

יהוה
INSTITVTIO THEOLOGICA
ANDOVER. FVNDATA MDCCCVII.
PS. CXIX
169
כדברך
הבינני
JOH XVII
17.
ὁ λογος
ὁ σος
ἀληθεια
ἐστι
ΑΚΡΟΓΩΝ
ΟΥ ΧΡΙΣΤΟΥ.

D. MARTINI LUTHERI

OPERA QVÆ EXTANT OMNIA

ET LATINA ET GERMANICA

TAM E CODICIBVS MANV SCRIPTIS QVAM

EX EDITIONIBVS PRINCIPIBVS

EDIDERVNT

CVM EDITIONIBVS REPETITIS CONTVLERVNT

APPARATV HISTORICO ET CRITICO

INSTRVXERVNT

I. K. IRMISCHER, CHR. S. T. ELSPERGER,

I. G. PLOCHMANN, H. SCHMID, H. SCMIDT,

E. L. ENDERS, I. LINKE.

EXEGETICA OPERA LATINA.

TOMVS XXV.

FRANCOFVRTI AD MOENVM.

APVD DEPOSITARIOS LIBRORVM SOCIETATIS

EVANGELICÆ.

MDCCCLXXXIV.

D. MARTINI LVTHERI

EXEGETICA OPERA

LATINA

CVRAVIT

IOANNES LINKE,
SS. THEOL. DOCTOR.

TOMVS XXV.

CONTINENS COMMENTARIOS IN IOELEM, AMOS
ET ABDIAM PROPHETAS,
(QVORVM SEX E CODICIBVS MANV SCRIPTIS NVPERRIME REPERTIS
HIC PRIMVM VSVI PVBLICO TRADVNTVR).

FRANCOFVRTI AD MOENVM.
APVD DEPOSITARIOS LIBRORVM SOCIETATIS
EVANGELICÆ.
MDCCCLXXXIV.

SALVO QVALICVNQVE IVRE.
(LEX DE XXI. IVNII MDCCCLXX.)

SVMME

REVERENDO

ORDINI THEOLOGORVM

ACADEMIÆ

IENENSIS

IOANNES LINKE D.

APVD ALTENBVRGENSES ARCHIDIACONVS.

INDEX.

Corrigas

p. 43, versu 25 vocabulum ‚ac'. Legas ‚ad'.

p. 45, versu 4 a fine: vocabula ‚expostularetur' et ‚perfici possent'. Legas: ‚expostulares' et ‚perficere posses'.

versu 3 a fine: vocabulum ‚doctor'. Legas ‚doctorem'.

p. 117 in ultimo versu contextus vocabulum: ‚mirabilia'. ‚mirabile' legendum est.

JOEL

I.

PROLEGOMENA.

Hic quem in primo loco posuimus D. Martini Lutheri commentarius in Joelem prophetam adhuc ignotus fuit. In illo quo tota ecclesia evangelica diem natalem Lutheri quadringentesimum celebravit et diligentissime ipsius òpera perscrutata est tempore Georgius Buchwaldus, philosophiae doctor, ss. theologiae candidatus, scholae latinae Zuiccaviensis collega, bibliothecae senatoriae Cygneensis amplissimae thesauros pervestigans in aliquot tomos manu scriptos incidit varia Megalandri scripta adhuc inculta sed gravissimi momenti complectentes.[1] Inter illa et noster Joel invenitur in capite Codicis H. III. signati. Quae sequuntur adnotationes Stephanus Rothius, S. P. Q. Cygneensis scriba ex ore Lutheri anno M. D. XXIV. Vuittembergae excepit et in ipso auditorio descripsit, Dr. Buchwaldus serio atque indefesso studio ad verbum exscripsit nobisque summa atque gratissima liberalitate maxime aestimanda et pro merito efferenda tradidit primum a nobis evulgandas.

1) Quorum analectorum Lutheranorum indicem re-imus in praefatione libelli: Doctoris Martini Lutheri | ıolas ineditas | de | Libro Judicum | habitas | e codice s. bibliothecae Zwiccaviensis | primum edidit | Georg chwald. | Lipsiae. | Sumptus fecit Julius Drescher biblio-a. | MDCCCLXXXIV. pag. I—X.

Quae hic in margine inferiore leguntur numeris vel asteriscis notata praeter versuum enumerationem adnotationes Rothii in marginibus libri manu scripti obviae, uncinis inclusa emendationes contextus saepissime nimio abbreviati Dr. Buchwaldo auctore additae sunt. Rothio acquievimus ipsius scribendi rationem in hac editione principe retinentes, calami interdum lapsus graviores aut exstirpantes aut denotantes. Codex manu scriptus ita comparatus est, ut prophetiae primum et ultimum caput continuo stili cursu et minus impedita verborum consequentia delineatum appareat, secundi capitis vero delineatio plane alia sit. Rothius folia libelli plicis bipartivit et in alteram partem paginae priusquam publicas scholas adiret verba biblica capitis secundum vulgatam editionem ita depinxit ut facile Luthero suo more interpretante inter singulas lineas varias Lutheri lectiones inserere, et in altera parte Lutheri enarrationes exegeticas collocare posset. Nos rem non sic reddidimus sed ea quae in codice manu scripto in uno loco commissa reperiuntur dissolvimus in singulas partes aliam post aliam ordine adiungentes. Haec pauca sufficiant ad explicandam rationem a nobis in re tractanda institutam et ad informationem lectori necessariam.

Adnotationes

in

Johelem Prophetam

ex

praelectione D. Martini Lutheri

Vuittembergae anno MDXXIV.

exceptae.

[1] IN JOHELEM D. MARTINUS LUTHERUS etc.

Qui nutrit carnem, nutrit hostem; qui occidit carnem, occidit amicum. —

Mundus non est dignus ut habeat dona dei, non est dignus ut honoret etc: —

Verbum domini.

Omnium prophetarum una est sententia ut spectent in futurum Christum, aliis omnibus utuntur ad id, ut nos omnia trahamus ad futurum judicium. Si pestilentia venit, futurum judicium, si beneficiis venit deus, mox veniet gloria.

Primum describit pestilentiam quandam in terra et revocat omnes ad respiciendum in futurum Christum etc. In primo capite recitat historiam praesentem quam videt in 2. ca.: prophetiam auspicatur. Sic nos primum habebimus multa mala, deinde futurum erit judicium extremum. In primo ergo capite terrefacit et ponit ob oculos istam plagam quam vidit in terra et prophetat ut ex ista plaga convertentur ad deum, quod si non cerint, significat futuram majorem pestem. In storia sacra ista videnda sunt: fides et infidelitas rca verbum dei etc.

1) Incipit fol. I. A. MSCi.

Ubi verbum dei est, semper habetur exemplum incredulitatis eorum qui contemnunt et fidelitatis, sed paucorum credentium etc.[1]

Quo tempore prophetarit Johel nihil certi habeo. credo antiquiorem omnibus aliis minoribus. videtur floruisse tempore pacis quia omnes vocat ut videant, ordo iste mihi non videtur servatus apud hebreos. videtur fuisse ante Esaiam et Ozeam etc.

[2]Audite etc.[3]

Videtur non in loco uno prophetasse ista, sed in multis ut debet propheta.

Super hoc[4]:

potius de hoc. q. d. nolite oblivisci illius miraculi: —

Ponit ob oculos istud malum praesens, tantum historiam recenset etc. Istis quattuor bestiis conscriptum est quicquid est in agris et vineis, horrenda plaga describitur, etsi temporalis sit, tamen et pestilentiam et famem adduxit.

Eruca,[5]

rauppe, cholrauppen. alia sunt nobis ignota. Si liceret divinare, Bruchum dicerem grosse rauche rauppe, nunc locustam nunc bruchum vertunt hebraicum vocabulum.

Rubigo vitium segetum vult appellare, sed non est, animal est nunc translatum bruchum nunc locustam etc. certum est quattuor animalia esse quae devorent quicquid viret in agris et vineis.

Locustae et bruchi potissimum nocent segetibus. iis provocat ad resipiscentiam.

Exper[*giscimini*][6]

q. d. der wein ist dohyn. Non vult dicere quod sint

---

1) a sacro verbo dicuntur historiae sacrae quo sanctificantur. 2) a magnitudine plagae orditur. 3) v. 2. 4) v. 3. 5) v. 4. 6) v. 5.

ebrii, sed habitum taxat: qui soletis repleri et libenter bibitis vinum, spectetis opus dei, quid sibi vult etc.

Dulcedine. non bene versum. qui bibitis libenter vinum mustum, quando recens est der noch suß vnd wol schmeyst etc.

Ascendet,[1]

ascendit. est, videtur mihi hic poetari ut Vir[*gilius*] in 4 geor[2]: de apibus quas reges vocat etc. q. d. ista animalia tantum damnum fecerunt, ac si rex vel gens cum magno equitatu vel exercitu vastasset terram etc. [3]Animalia komen doher quasi cum exercitu, non est minus, tantum damni faciunt ac si leones essent etc. loquitur hic in persona cujuscunque, deyner weingart ist dohyn, meyner auch.

Vineam[4]

vitem est.

In desertum: in desolationem,

decorticavit destructam significat etc. utuntur prophetae schematibus ut alii. Repetit eandem sententiam.

Spoliavit etc. fructibus et foliis vir[*idibus*]. hyems decussit sylvis honorem.

Projecit, id est: fecit eam fragilem et abjectam.

Albi facti sunt, id est: sine foliis: —

Plange.[5]

utitur similitudine, vehementis, melius undae.[6] summus amor est sponsi et sponsae, interdum fac tibi maximum planctum. amat non ..... sed insanit, ut qualis est sub coelo. maxime amat ..... habet ita maxime super virum juventutis suae est. plangit dum amittit sponsum.

1) v. 6. 2) Verg. Georgic. IV, 21. 68. e. a. l. 3) Incipit ol. I. B. MSCi. 4) v. 7. 5) v. 8. 6) Lacuna in MSCo.

Periit sacrificium.[1]

gloria vestra, id est: cultus ille divinus per verbum dei institutus. ille quoque patietur detrimentum quia non habebunt sacerdotes quod offerent etc. primitiae enim offerebantur deo etc.

Sacrificium etc.

ut triticum etc. legumina, solidum quodque erat. libatio erat quod fundebatur ut oleum et vinum. Peribit ergo hoc duplex sacrificum sacerdotum etc. Amplificat haec omnia ut ad resipiscentiam revocet etc.

Depopulata,[2]

sic vastatus est ager,
luxit terra, quoniam vastatum est triticum vel frumentum,
languet oleum, das öl ist madt,
confusum mustum, schentlich stehet der wein: —
merae heroicae figurae: — Es stehet alles schentlich.

confusi sunt agricolae etc.[3]

das es mich mocht erbarmen.
periit messis agri, ipsi vident quod messis nulla futura sit.

Vinea confusa.[4]

Vitis confusa est,
ficus elanguit etc.

Gaudium. unde deberent gaudere. Non loquitur propheta de populo humano, sed de gente animalium populantium agros et vineas etc.

Et plangite,[5]

lamentamini.

Cubate. jacete. Repetitio eadem ad provocandam poenitentiam.

---

1) v. 9. 2) v. 10. 3) v. 11. 4) v. 12. 5) v. 13.

Sancti [*ficate*] jejunium[1]
phrasis hebraica. a a a ach debet esse we we.

Quia prope est dies.[2]

Ibi incipit tangere prophetiam. Dies, non extrema, diem domini hebrei vocant omnem diem, quando deus visitat etc. ut in Petro: ehr wirt euch doheim suchen mit allem vngluck.

Vestri,[3]
nostri est, quia cultus dei corruit.

Computruerunt,[4]
variant interpretes, computruerunt semina in pulveribus suis, vastati sunt thesauri, destructa sunt horrea, quoniam confusum est triticum etc. q. d. yhr durfft nicht dencken das hr vil samlen wert diß jahr, der vorradt quod servamus praeter usum quottidianum thesaurus dicitur hic.[5] in seminaria servata quoque perierunt, quae dispergenda erant pro seminibus, perierunt. 2o vorradt ist auch hyn wegk. 3o horrea. ihr durff nicht sorgen das vil dreschens vorhanden seyn wirt. non aedificabitur area ad terendum, neque thesaurizabitis semina etc. quare? quia triticum stehet zcu schentlich, non est ut speretis semen neque thesaurum vorradt neque trituram etc: —

Qui [*Insuper: vel quid?*] ingemuit etc.[6]
Iterum ponit ob oculos, omnia animalia deficient.

Ad te domine.[7]
Ach laß dichs erbarmen wy jemerlich gehets zcu.

Speciosa etc. habitacula, tuguria, mapalia est, inepte redditum est. Ignem credo hic vocari metaphorice. q. d. evacuata sunt ista tabernacula quasi igne vastata essent, omnes arbores perierunt.

1) v. 14. 2) v. 15. 3) v. 16. 4) v. 17. 5) Incipit fol. II. A. MSCi. 6) v. 18. 7) v. 19.

Sic Christus ignis **ein vnglück, feuer,** id est: **ein schaden anrichten anzcunden.** Omnia vastata sunt et perdita etc.

quasi area sitiens imbrem.[1]

rugierunt est, ferae bestiae ferme ut cervi, **es mocht dich erbarmen, her,** quod bestiae ferinae debeant perire, **sye haben nicht zcu tringken,** omnia sunt plena ariditate: — Simplicissime describit istam poenam inflictam terrae per ista quattuor animalia: —

Caput Secundum.

[*Stephanus noster codicem quo in Lutheri praelectione concipienda uteretur ita sibi praeparavit pro hoc capite, ut translationem Vulgatae in altera parte foliorum scriberet.*]

Cantate tuba in Sion: ululate in monte sancto meo. Conturbentur omnes habitatores terrae, quia venit dies domini: quia prope est dies tenebrarum et caliginis, dies nubis et turbinis.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes inter versionis Vulgatae lineas scriptae:*]

Monet ut canant ad congregationem populi, **leutt alle glocken,** tempus est modo candidum, veniet tempus, ubi omnia **zcu scheitter gehen.**[2] — vociferamini, conclamate ut congregentur populi, vide li[*brum*] numerorum de differentibus vocibus tubarum.[3] — Commoveantur, **zcußammenlauffen,** quid hic? quid hic? [*super: contrahentur — habitatores.*] — quoniam res magna est, non semper ex[*tremum*]: diem significat, sed quemlibet diem visitationis, in petro, quoties visitet gratia vel ira ut humiliat et dejiciat.[4] — scilicet qui est propinquus vel prope [*s.: quia prope est*]. — alia constructio [*s.: dies tenebrarum*]. — sic omnes prophetae dixerunt,

1) v. 20. 2) in margine et super: Cantate. 3) in margine et super: ulutate — meo. 4) in margine et super: quia — domini.

comminationes omnes sonant, quod sint in novissima tempora, sed misericordia • domini differuntur.[1] — scilicet dies [*s.: et turbinis*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae a dextra folii parte scriptae:*]

propheta hoc agit 1. ca[*pite*] ut recitet istam modicam plagam simplicem bestiarum etc. ex qua postea colligit perfectam illam plagam quae imminebat toti populo. neminem nominat, sed in genere loquitur, patet hinc quod sit **der alden propheten einer.** Mirabiliter deus gubernat mundum ita ut nos putemus humano consilio fieri etc. ut patet de regno Turcarum quod imminet omnibus populis, jam si quis prophetaret: veniet Turca etc. Israhel habuit prae ceteris regibus assyrum qui imminebat eis maxime, hunc prophetae praedixerunt populum ad poenitentiam vocantes, dicentes: emendamini, emendamini etc. Prophetae spectant omnes ad adventum Christi et finem populi etc. eo vergunt omnes contextus in historiis, spiritus sanctus totum simul capit, sic capiendum est in communem conspectum **gantz wesen** totius regni Israel.

solum tractat propheta in hoc 2. ca[*pite*] ut comminatio sit, **hut euch, hut euch, es wirt ein mahl zcu scheitter gehen,** In 3. ca[*pite*] regnum Christi habebimus et judicium: —

Describit plagam totius populi manu assyrorum et Babylonorum factam.

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 2o usque ad v. 5um:*]

[2]Quasi mane expansum super montes populus multus et fortis. Similis ei non fuit a principio, et post eum non erit usque in annos generationis et generationis. Ante faciem ejus ignis vorans, et post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo et post eum solitudo deserti, neque est qui ef-

---

1) ad: quia prope est etc. 2) Incipit fol. II. B. MSCi.

fugiat eum. Quasi aspectus equorum aspectus eorum, quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammae ignis devorantis stipulam velut populus fortis praeparatus ad prelium.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes his versibus intersertae:*]

Similitudo.[1] Sicut, id est: aurora. — ut non possibile est aufugere montes a facie aurorae ita etc. — vel ejus [*super: Similis ei*]. — a seculo vel ab antiquo [*s.: a principio*]. — vel habetur [*s.: non erit*]. — coram eo [*s.: ante faciem*]. — Vorax[2] vel devorans [*s.: vorans*]. — ardens [*s.: exurens*]. — Sicut [*s.: quasi*]. — paradisus eden [*s.: hortus voluptatis*]. — populo vel igne vastante desertum solitudinis et etiam ereptum non erit ei [*s.: sequentia verba*]. — Sicut[3] nullus est qui aufugere potest, id est: vi belli vastabuntur omnia [*s.: Quasi aspectus equorum, aspectus*]. — ejus [*s.: eorum*]. — et sicut [*s.: quasi*]. — velociter[4] [*s.: equites*]. — vel vox [*s.: sonitus*]. — quibus non potest resisti [*s.: super capita*]. — salient lecken, vox, in psalmo: ut vitulus libani [*s.: exilient, sic sonitus*]. — So leicht ist ym das land ut [*s.: ignis devorantis stipulam*]. — sic [*s.: velut*]. — loquitur de vi et fortitudine populi [*s.: vv. ss.*] — vel robustus [*s.: fortis.*] —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

Veniet[5] populus qui vberfallen, ut non liceat auffugere, tenebrae et caligo quid sit scitis, pacem et lucem, quod nos bonus dies, wens wol stehet, Tenebrae, wens vbel stehet, calamitas, tenebrae, dies fortuna, miseria, afflictio poeticus est propheta, hoc redet ehr ut tristia tempora describit non diei tempestatem quae exhilarat et tristes facit etc. vult indicare vim et impetum irruentis populi assy-

1) v. 2. 2) v. 3. 3) v. 4. 4) v. 5. 5) v. 2.

riorum et Babi [*loniorum*] veniet **ehr sichs vmb gesihett** etc.

Loquitur de finali vastitate et perditione istius populi, comprehendit hic propheta totum statum populi et regni Christi, in conspectum etc. **zcu boden vnd scheitter wirts einmal gehen,** coram deo sunt sunt subito haec quae dicuntur etc.

Descriptio[1] est vastationis ignis metaphorice capitur hic ut supra ut ignis redigit in cinerem ita iste populus redigetur in nihilum, significat universalem destructionem populi: —

Comparat vastitatem cum florente terra, jam stat terra ut paradisus, postea erit desertum pulcherrima politia, omnia parata sunt flammae, igni et vastitati futurae, sic turri baby[*lonicae*] contigit: **must gebauet werden** antequam destrueretur. Regna cum semel ceciderint, non redit in gloriam pristinam, sic roma, mediolanum, maguntia, Corinthus, Syracusa.

Descriptio[2] venientis populi: **werden doher rasen,** tam securi incedent, tanto exercitu, ut nihil metuent, gaudebunt ut perdant terram. tantum abest, ut metuant.

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 6o u. a. v. 11um:*]

[3]A facie[4] ejus cruciabuntur populi, omnes vultus redigentur in ollam, sicut[5] fortes current, quasi viri bellatores ascendent murum, Viri in viis suis gradientur et non declinabunt a semitis suis, Unusquisque [6] fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt, sed et per fenestras cadent et non demolientur,[7] urbem ingredientur, in muro current. Domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur, A facie[8]

---

1) v. 3. 2) v. 4. 3) Incipit fol. III. A. MSCi. 4) v. 6. 5) v. 7. 6) v. 8. 7) v. 9. 8) v. 16.

ejus contremuit terra, moti sunt coeli, Sol et luna obtenebrati sunt, et stellae retraxerunt splendorem suum. Et[1] dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui, quia multa sunt nimis castra ejus, quia fortes [*sic! pro: fortia*] et fatientia verbum ejus. Magnus enim dies domini et terribilis valde. Et quis sustinebit eum.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes his versibus intersertae:*]

hostis[2] et adversarii [*super: ejus*]. — **weren in engsten stehen,** parturient, angustiabuntur, coartabuntur [*s.: cruciab. pop.*]. — facies [*s.: vultus*]. — vel congregabuntur olla [*s.: redigentur in ollam*]. — vel nescio quid sit in Nahum [*s.: red. i. oll.*] — gigantes [*s.: fortes*]. — sicut[3] [*s.: quasi*]. — bellaces, id est: bellicosissimi [*s.: bellat.*] copiosissime describam vobis vim populi hujus, non tenebunt lapides [*s.: asc. mur.*] — unusquisque in viis suis ambulabunt, **werden strags dringen,** non erit, qui resistet [*s.: viri — gradientur*]. — **werden nicht fehlen, werden strags zcu lauffen** [*s.: a semitis suis*]. — quilibet [*s.: unusquisque*]. — incedent[4] **fein geordent yn einer spiczen** [*s.: suum — singuli*]. — strato [*s.: calle*]. — et pro jaculo vel coram jaculo corruent et non vulnerabuntur [*s.: Sedet — domolientur*]. — descriptiones[5] sunt hostis capientis urbem [*s.: ingred. — current*]. — ascendent [*s.: consc.*] — et in fenestris [*s.: per fenestras*]. — nocte [*s.: quasi fur*]. — terra[6] et celi commovebuntur, hoc dictum est ad affectus patientium, quibus omnia tristia sunt, **alles was ansihet** est mors, econtra, **fraud,** quando laetus sum [*s.: A facie — luna*]. — nigrescunt [*s.: tenebrati sunt*]. — contrahent radios suos [*s.: retraxerunt — suum*]. — virtutem suam, scilicet assyrios [*s.: faciem — sui*].

---

1) v. 11. 2) v. 6. 3) v. 7. 4) v. 8. 5) v. 9. 6) v. 10.

haec[1] de assyriis dicta esse et non locustis postea intelligetis [*s.: castra ejus*]. — quia est iratus nobis [*s.: quia fortis et fatientia*]. — Hactenus non habuistis clarum locum [*s.: Magnus*]. — non dies illorum ut Assyrii putant [*s.: dies — terribilis.*] — nimis [*s.: valde*]. — hactenus comminationem habetis cadentibus omnibus nihil stat [*s.: sustinebit eum*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

Non[2] solum vos peribitis, sed regnum As[*syriorum*] tale est ut omnes populos. Sic est animata mulier laborans in partu ut nesciat quid expectet, quid fiet etc. [3]de dolore partus, est in angustia esse, quod non scit quo ex vel **ein**, usitatissimum verbum in psalmis .... fiant homines tam tristes ut prae tristitia atri incedent utqui lugent atrati incedunt. sed ego malo, ne olla pro nigredine accipiatur, ut in Esa[*ia*] incidi in ollo, **werden ßo zcerschlagen** ut caro quae in ollam conjicitur, concidentur in ollam et coquentur et non effugient etc. **wirt yn eyn hauffen geschmitz werden** ut carnes concisae in ollam projiciuntur, populus **felt vbr ein hauffen, weiß nicht was thuen sal**, ut Esa[*ias*]: vir ad virum. Deus[4] fortunabit hostes etiamsi jacula ferunt, tamen ita cedent ut non vulnerentur.

Non[5] de ex[*tremo*] judicio loquitur, sunt magnifica verba, quibus ostendit impetum hostium. prae nimio terrore et dejectu omnia sunt tristia et nullum solacium in creatura.

Haec[6] omnia fient non quia possunt tantum hostes, quia capillus non cadit etc. sed fiet ex ira dei, quae facit mihi malam conscientiam, non sunt vires eorum, non sunt potentes suis viribus, sed nostra infirmitate. Prophetae omnia auferunt ab hominibus et transferunt ad deum, **das thut we,**

1) v. 11. 2) v. 6. 3) Ro. 8. et in Thes: 4) v. 7. 5) v. 10. 6) v. 11-

non Turcam video, sed iram dei, qua vult ad poenitentiam ducere populum, sic bellat in omnibus gentibus, non solum in suis sanctis. —

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 12o u. v. 16um:*]

[1]Nunc ergo[2] dicit dominus, Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio et fletu et in planctu. et scindite corda vestra et non vestimenta vestra. Et[3] convertimini ad deum vestrum, quia benignus et misericors est, patiens et multae misericordiae et praestabilis super malitia. Quis[4] scit si convertatur et ignoscat et relinquat post se benedictionem, sacrificium et libamen domino deo vestro. Canite[5] tuba in Sion sanctificate jejunium, vocate cetum, congregate[6] populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos et sugentes ubera.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes his versibus intersertae:*]

Ex[7] quo ita sit, kehret vmb es wirt nicht besser [*super: Nunc ergo dicit*]. — toto corde [*pro: in toto corde*]. — von gantzem [*s.: in toto corde*]. — quo humiliet se coram deo [*s.: jej. et fl.*] — lamento [*s.: in planctu*]. — ad damnandam hypocrisin haec addit [*s.: scindite corda vestra*]. — zcureissen [*s.: scindite*]. — hoc maxime requirit [*s.: corda vestra et non*]. — prae indignitate rei [*s.: vestimenta*]. — scin[*dunt*] ves[*timenta*] phari[*saei*] et hypo[*critae*] [*s.: vestra. Et conver-*]. — Et[8] sic conv. [*pro: et conv.*]. — do kompt yr recht zcu Got, hic versus modus est conversionis ad deum [*s.: timini — benig-*] — dominum [*s.: deum*]. — gratiosus, favens, piens, gnedig, dens jammert nostrae misericordiae

---

1) Incipit fol. III. B. MSCi. 2) v. 12. 3) v. 13. 4) v. 14. 5) v. 15. 6) v. 16. 7) v. 12. 8) v. 13.

[*s.: benignus — patiens*]. — longanimis [*s.: patiens*]. — beneficentia abundans est ad praestandam misericordiam [*s.: et multae misericordiae et*]. — beneficiens, poenitens [*s.: praestabilis.*] — quem facile poenitet mali scilicet intentati [*s.: super malitia. Quis*[1] *scit se*]. — id est: vertatur et melius [*s.: convertatur*]. — poeniteat [*s.: ignoscat*]. — faciat reliquam benedictionem hernach [*s.: relinquat post se benedictionem*]. — scilicet ut adhuc possimus deo sa[*crificium*] et li[*bamen*] offere deo [*s.: sacrificium et libamen domino*]. — loquitur[2] pro ritu istius populi, nos habemus mystice laudem [*s.: deo vestro — Sion*]. — stelt euch als ernst mehr [*s.: congregate populum*[3]]. — q. d. alles herzu [*s.: ubera*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

Hactenus au[*divimus*] comminationem severam dei de futura ista persecutione et plaga, nunc dat consilium et consolatur si forte possit differri ista plaga, sed non est aversa, sic solet divina majestas, exemplum habemus et in Amos. sicut in loth et Abraham qui libenter distulisset devastationem Sodomorum. Ita nunc differtur intercessione sanctorum, sed non aufertur. tandem replet iniquitates Amorreorum etc. praescribit modum quo possit occurri isti vastationi, scilicet ut convertetur se ex corde et resipiscetur, id est: convertimini[4] ad me non ficte, sed vere, tangit hypocrisin et servilem timorem, quo solemus aliquando fallere deum. 77 ps. vide . . . . Sicut Ninive praedicante Jona gehet nicht von hertzen, imo non durat, ex fructibus cognoscitur arbor, jejunia et fletus postulat fides, sed ex corde, tunc est significatio verae conversionis. Jejunia non quod tum non comedat, sed quod abstineat et [s]ubrem vitam ducat, serio deus vorsuhnet wirt, [ib]e adsunt vestra jejunia et fletus, quia non ex [cor]de etc. lest bald abe vom vngluck das ehr thun

1) v. 14. 2) v. 15. 3) v. 16. 4) v. 12.

will,[1] sic in hiero[*nymo*]: agam et ego poenitentiam etc. poenitet deum mali, quando mutat sententiam quod non vult inferre mala, facilis est ad revocandum malum intentatum, quasi dicas poenitibilis, facilis est ad remittendum. Egregia promissio est, urget tentationibus ad promissiones ad spectandam divinam misericordiam. Ira dei haec est quae non velit perdere peccatores sed salvare. hoc non facit furor humanus. prov[*erbium*]: ira. quis sustinebit. ira dei est ad mortificandum et tollendum malum. In comminationibus percutiunt acerrimis verbis, mox sequuntur promissiones saluberrimae et dulcissimae. per iram pii comprimuntur, per promissionem eriguntur. Impii sunt incudes durissimi, comprehendunt tantum bonitatem dei, non comminationem. fassens nicht recht.

[*Sequentia leguntur in schedula interposita:*]
addit consolationem ne pii nimium frangantur et desperent comminationibus. haec a piis tantum intelliguntur.

Comminatio propter impios, sed non comprehendunt, propter pios consolationem, qui vix capiunt prae timore et terrore, ad consolandas conscientias valent hae promissiones etc. conscientia perterrefacta nihil audit libentius ach wens auff wolde horen das arge etc. non libenter deus infert malum, adversus nimiam afflictionem valet haec consolatio, quod faciliter poeniteat eum mali etc. vox egregia pro relevandis conscientiis afflictis. ist yhm von hertzen leid quod debeat male agere.

Quis scit.[2] Loquitur ad modum conscientiae perterrefactae, quae vix erigitur. hic incipit respirare ad spem,

relinquat ablasßen.

wehr weiß ehr kans wol andern ut non percutiat. Non sic effundat iram suam, quin reliquias habeat

1) v. 13. 2) v. 14.

adhuc misericordiae. Nam de muliere cananea, apprehendemus omnibus malis aliquid misericordiae.

Benedictionem ut non sit mera ira, sed addet aliquid benedictionis. Generalis adhortatio et commendatio: domine misericordiae: — Inter spem et desperationem haerent mincha: sacrificium solidorum, libamen liquidorum. Verba sunt dicta in persona dei.

Canite tuba.[1] Sanctificate jejunium. Setzt ein fasten eyn etc. quo significatur: deo sanctum est jejunium, abstinentia est, sed corde perfecta.

Quare[2] etc. deus populum suum vindicatum percutit, sed non totam terram reliquiae salvi [*sic!*] fient. sic paulus etc. et servat gloriam suam ne gentes dicant: ubi est deus etc. Parce tuae gloriae si non vis parcere nobis.

Zelatus[3] etc. quae sequuntur optativa magis verba sunt quam indicativa vel potius conjunctiva aut conditionaliter: si sic feceritis etc. Sic, sic zelatus esset et parceret. Hiero[*nymus*]: indicativa, et responderet et diceret, quasi conversi sint, etc. sed ego non credo quod fecerint ista omnia etc. quia non legitur ista historia facta de Assyrio, quod sit in terram desertam dejectus etc.

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 16o u. a. v. 19um:*]

[4]Egrediatur[5] sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo. Inter[6] vestibulum et altare plorabunt sacerdotes ministri domini et dicent. Parce domine, parce populo tuo, et ne des hereditatem tuam in opprobrium ut dominentur eis nationes. Quare dicunt in populis: ubi est deus rum. Zelatus est[7] dominus super terram iam et pepercit populo suo, Et[8] respon-

1) v. 15. 2) v. 17. 3) v. 18. 4) Incipit fol. IV. A. SCi. 5) v. 16. 6) v. 17. 7) v. 18. 8) v. 19.

dit dominus et dixit populo suo. Ecce ego mittam vobis frumentum et vinum et oleum et replebimini in eis et non dabo vobis ultra opprobrium in gentibus.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri ad versionem attinentes his versibus intersertae:*]

porticum[1] alias, dy hal vorhauß vom tempel [*super: vestibulum*]. — plorent, verbum exhortationis [*s.: plorabunt*]. — qui ministrant domino [*s.: ministri domini*]. — dicant, non solum modum dicam sed et verba [*s.: dicent — domine*]. — ‚parce' ante ‚populo tuo' delet: ‚superest' enim. — alios in ps. in fabulam [*s.: in opprobrium*]. — gentes [*s.: nationes*]. — dicent [*s.: dicunt*]. — mustum[2] [*s.: vinum*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

Hic[3] satis evidenter textum habetis prophetam non loqui de erucis et locustis, sed de populis, scilicet Assyrorum, das eyn ende sol haben etc. ante regnum Christi. est generalis exhortatio ad populum totius sui temporis: — de corporali vastatione terrae dicit hoc caput.

fortis oratio quando deo gloriam ejus auffruckt, sicut Moses in deserto, ach Jha dele, tunc dicent egyptii etc.

objicit mox gloriam suam. cogitur non sic saevire in populum etc. cum extracti fuerunt pii, tum saevit etc.

significat[4] quid ageret dominus poenitens a malo, si converterentur. ostendit non frustra meam esse conversionem istam si converterentur. scietis experientia non frustra sperasse.

ne[5] dominentur vobis et glorientur contra me et contra vos.

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 20o u. a. v. 27um:*]

---

1) v. 17. 2) v. 19. 3) ad v. 17. 4) ad v. 19. 5) ad v. 19 fin.

[1]Et eum[2] qui ab aquilone est, procul faciam a vobis, et expellam eum in terram inviam et desertam, faciem ejus contra mare orientale, et extremum ejus usque ad mare novissimum. Et ascendet putredo ejus, quia superbe egit. Noli[3] timere terra, exulta et laetare, quoniam magnificavit dominus ut faceret. Nolite[4] timere animalia regionis, quia germinaverunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus et vinea dederunt virtutem suam. Et[5] filii Sion exultate et laetamini in domino deo vestro quia dedit vobis doctorem justitiae et des[6]cendere faciet ad vos imbrem matutinum et serotinum sicut in principio. Et[7] implebuntur areae frumento, et redundabunt torcularia vino et oleo. Et[8] reddam vobis annos quos comedit locusta, bruchus, rubigo et erucha. fortitudo mea magna quam misi in vos. Et[9] sic comedetis vescentes et saturabimini et laudabitis nomen domini dei vestri, qui fecit mirabilia vobiscum, Et non confundetur populus meus in sempiternum, et scietis[10] quia in medio Israel ego sum. Et ego dominus deus vester et non est amplius.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes his versibus intersertae*:]

[11]generalissimo [12]nomine [*super: qui ab aquilone*]. — wen yhr nur from werd [*s.: procul faciam a vobis*]. — sitientem [*s.: inviam*]. — desolatam [*s. desertam*]. — ut Sodomae perierunt [*s.: mare* *·ientale*].— caudam vel finem [*s.: extremum*]. —

---

1) Incipit fol. IV. B. MSCi. 2) v. 20. 3) v. 21.) v. 22. 5) v. 23. 6) Incipit fol. V. A. MSCi. 7) v. 24. v. 25. 9) v. 26. 10) v. 27. 11) Incipit fol. IV. B. MSCi. ?) v. 20.

occidentale [*s.: novissimum*]. — vel foetor [*s.: putredo*]. — quoniam [*s.: quia*]. — magnificavit dominus ut faceret [*s.: superbe egit*]. — magnifice[1] fecit [*s.: magnificavit*]. — mapalia,[2] lignaria habitaculi ubi sunt pastores [*s.: speciosa deserti*]. — afferet [*s.: attulit*]. — dabunt [*s.: dederunt*], id est: facultatem, energiam, id est: quicqnid possunt [*s.: virtutem suam*]. — exultabitis [*s.: exultate*]. — laetabimini[3] [*s.: laetamini*]. — dabit [*s.: dedit*]. — imbrem misericordiae vel clementiae [*s.: doctorem justitiae*] — [4]mittet [*s.: descendere faciet*]. — sicut ante[5] [*s.: sicut in principio*]. — si conversi fueritis [*s.: implebuntur*]. — erit[6] [*s.: magna*]. — mittam [*s.: misi*]. — si[7] conversi fueritis [*s.: et sic*]. — quam[8] perpetua sit statura ista benedictio [*s.: sempiternum*]. — pro incerto tempore ponitur [*s.: sempiternum*]. — ultra alius praeter me [*s.: amplius*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

[9]Si humiliamini[10] et poenitemini etc.[11] q. d. wen yhr euch nit bekert etiamsi venerit hostis wil yn wol dempffen, eyn stugk dohyn, das ander dort hyn schmeitzen etc. wil yhn weit gnungk von euch brengen, debet nescire ubi maneat. — [12]inter ista duo maria sita est terra Judea. — wil yhn Ins mare ori[*entale*] mit dem kopff stecken, mit den beynen in occidentale. Non potest intelligi de Sedechiae etc. Senacherib tempore. sed propheta vult eos reddere securos de hostibus etc. si poenituerint etc. magnifice aliquid faciet etc. wirt was redlichs an yhm thuen. dominus kan groß Ding thun et hoc benefaciet etc. si vos conversi fueritis.

---

1) v. 21. 2) v. 22. 3) v. 23. 4) Incipit fol. V. A. MSCi. 5) v. 24. 6) v. 25. 7) v. 26. 8) v. 27. 9) Incipit fol. IV. B. MSCi. 10) ad v. 20. 11) [ad ‚eum‘ qui ab aquilone]: Assyriorum et Babylonium. 12) ‚ad contra mare etc.‘

Consolatur[1] rursus singula per ordinem ut prius terruit.[2] fructus sive hominum sive dei, arborum, animalium vocat hebrea lingua heil, virtutem. arbores dant was sie vormugen, 77. ps. primitias etc.

dora[3] multum facit negotii translatoribus, significat doctorem et imbrem etc. non de doctore loquitur, sed de pluvia quam dominus dabit terrae etc. —, id est: misericorditer, cum clementia, gern und fruntlich thun. — ps. 23. hic accipiet benedictionem et misericordiam etc.

[4]imbres illos duos habet scriptura, significat prius et posterius, id est: per vices det pluvias ne exiccetur terra ariditate, id est: dabit pluviam zcu rechter zceit frue quando debet crescere, et postea ne arescat etc.

explicatio[5] promissionis.

non[6] solum inimicum perdam sed restituam vobis copiosius damnum quod perpessi estis.

reddam vobis fortitudinem, facultatem opulentissimam, magna mea facultas erit in vobis.

he[*braica*][7] phrasis, ridens ridebit, gaudens gaudebit etc.

deus ita punit ut salvas velit reliquias suas etc. agit per comminationem ut convertantur, si non convertuntur etc.

Istam[8] clausulam solent omnes prophetae addere: moses, ps., petrus. hoc vult: vnd mein volck sal nicht mehr zcu schanden werden, intelligitur de isto tempore weyl das reich weret et propheta ille etc. non . . . . in helisaeo etc. et amplius non sunt reversi latrunculi. — de temporali illa perditione (si non poenituerint) et restitutione (si)enituerint).

1) ad v. 21. 2) omnia in conjunctivo immo vel)nditionaliter, id est: copiosum et plenum fructuum.[9] — ad v. 23. 4) Incipit fol. V. A. MSCi. 5) ad v. 24. ad v. 25. 7) ad v. 26. 8) ad v. 26. s. 9) ad v. 22.

[*Sequitur versio Vulgatae a. v. 27o u. a. v. 32um:*]

[1]et non[2] confundetur populus meus in eternum. Et erit post haec. Effundam[3] spiritum meum super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri et filiae vetrae. Senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt, sed[4] et super servos meos et ancillas in diebus illis effundam spiritum meum et dabo[5] prodigia in coelo et in terra, sanguinem et ignem et vaporem fumi. Sol[6] convertetur in tenebras et luna in sanguinem, antequam veniat dies domini magnus et horribilis. Et erit[7] omnis qui invocaverit nomen domini salvus erit, quia in monte Sion et in Jerusalem erit salvatio, sicut dixit dominus, et in residuis quos dominus vocaverit.

[*Sequuntur adnotationes Lutheri versionem spectantes his versibus intersertae:*]

repetit[8] [*super: non confundetur*]. — non[9] ad Assyrios referendum est [*s.: post haec. Effundam spiritum*]. — non[10] est in hebreo meos [*s.: meos*]. — metuendus,[11] reverendus ut dicitur deus in scripturis, terribilis est locus iste, id est: vehementer reverendus scilicet filiali reverentia [*s.: horribilis*]. — sic[12] fiet [*s.: Et erit*]. — reliquis [*s.: residuis*]. —

[*Sequuntur adnotationes Lutheri exegeticae:*]

Act. 2. hic locus trac[*tatus*] est a Petro. Prophetis est in januis res de qua prophetant ut nos de ex[*tremo*] judicio, ita dicunt ut ad Christum referantur, licet omnes missi sint ad temporalem

1) Incipit fol. V. B. MSCi. 2) v. 27. 3) v. 28. 4) v. 29. 5) v. 30. 6) v. 31. 7) v. 32. 8) v. 27. 9) v. 28. 10) v. 29. 11) v. 31. 12) v. 32.

poenam vel benedictionem praedicandam. Johel proponit sibi populum quem etc. jam transit a populo praesenti ad populum futurum etc. Intermittit[1] quae facta sunt interim etc. Primo est observandum quod spiritus sanctus effunditur dupliciter: manifesta visione et occulta inspiratione, hic loquitur de spiritu sancto manifeste infuso, per signa et prodigia probato et palpato, vult enim loqui de regni Christi institutione et hujus populi fine, erit nova syna[*goga*] quae regetur mirabilius quam alia, erit regnum sine omni respectu personarum, regentur per spiritum sanctum divinitus, longe aliud regnum erit quam praecedens, erit regnum spirituale quod spiritus sanctus regere debet, necesse est ut auspicetur signis et prodigiis per politicam institutionem vetus synagoga regebatur, qui spiritum dei habuerit, ille debet audiri. Dabo legem meam in corde etc. erunt omnes docti a deo cum his convenit haec prophetia, **was nicht** spiritus sanctus, hoc non est dei. De manifesta donatione spiritus loquitur hic textus, completum est hoc in die pentecoste. Instituta autem nunc ecclesia et repleto mundo per evangelium ut in Ephe. tunc cessant signa et miracula, verum non est trahendus hic textus ad nostra tempora et me et te etc.

[2]quod deus inter me et se agit, non sunt signa et mirabilia. Unicuique datur spiritus, sed manifestatio spiritus datur ad utilitatem aliorum, **das erauss bricht,** Deus dedit tum signo pro confirmando suo verbo, regno etc.

loquitur de spiritu sancto manifestando, semper fuit spiritus sanctus, non semper manifestatus, manifestatio et effusio spiritus sancti illa venit super omnem carnem, sed non donum ipsum, omnis mundus vidit in apostolis spiritum.

1) ad v. 28. 2) Incipit fol. VI. A. MSCi.

Et videbit omnis caro salutare dei, quod parasti ante faciem omnium populorum, omni creaturae praedicate Evangelium: — Christus revelatus est ad spectandum omni carni, sic spiritus sanctus effusus est et revelatus, quod omnes potuerint videre, loquitur de manifestatione spiritus sancti effusi. simul manifestatur et infunditur ad aliorum utilitatem. nostri jactant spiritus suos.

Non satis est habere spiritum infusum, hoc tibi sufficit, sed ut tu doceas spiritum, necesse est ut ostendas certis signis, possum in scriptura tibi ostendere, aliam ostensionem spiritus sancti non habemus quam quae est in scriptura, de me nihil possum dicere.

loquitur hic textus de alio regno distincte etc.

mitti spiritum sanctum est ipsum manifestari in mundo. Sic Aug[*ustinus*].

Et prophe[*tabunt*]:

haec dicuntur contra respectum personarum, der spiritus sanctus wirt doher faren, quoscunque voluerit, tanget, non solum sacer[*dotes*]: et levites, ante non licebat mulieres loqui etc. Paulus: non licet mulieres loqui etc. ja praesentibus viris in domo sua possunt etc. 3a genera illustrationis divinae, prophetia, somnia, visiones.[1] Prophetia est ubi pure et evidenter prophetare mysteria Christi, Somnia in Daniele, ubi imagines obscurantur quae non nisi per interpretem intelliguntur etc. visiones ut hic Johel et Amos etc. illis modis illustrat deus cor humanum vel prophetia aperta vel somnio vel visione.

Servos[2] etc.

q. d. jam differentiam habetis personarum, sed illam differentiam tollam et faciam ex servo sacer-

1) ad ‚prophetia': et haec summa est. 2) ad v. 29.

dotem et ancillam etc. das heist contra sacerdotes geredt, qui loquitur mysteria Christi, habet spiritum sanctum, nos tamen ereximus discrimina personarum.

[1]Vult dare spiritum qui manifestario cernatur. Dicit enim:

prodigia dabo,[2] hoc uno wollen wyr unser propheten noch wol lang gnungk auffhalden. objiciatur hoc, non facient, werdens lassen etc.

ista manifestatio spiritus non separanda est ab infusione spiritus interna, in ve[*tere*] testamento fuit ein spiegelfechten, non sicut in novo isto regno et populo instituendo etc. In Abacuk instituendo novum regnum commovit totum orbem terrae et coelum etc. ut fides nostra esset omnium firmissima et certissima, imo signis et miraculis probavit. Novum verbum novis et inauditis signis, miraculis et prodigiis confirmat. Nota legem etc. evangelium. haec omnia in confusionem spirituum mendaciorum qui venient quidem in signis et prodigiis etc. omnis terra et coelum sal sich regen ut sentiat omnis creatura novum verbum adesse, nemo nesciat hoc factum etc.

Sanguinem etc.

ubi[3] ista signa facta sunt, non satis scio. certum est fuisse facta sub tempus passionis Christi et praesenti evangelii fumum credo factum in missione spiritus etc. ibi credo fuisse vorpoten fumi, insigne miraculum et signum quo significabatur praesentia spiritus sancti. praedicante petro cecidit super gentes etc. sicut super nos in specie scilicet ignis. Sanguinem nescio quid sit, an de vero sanguine an de sanguine metaphorice ut saepe, pro rubore, pro rubore velim ego interpretari si auderem. significat vox hebra[*ica*] ut

1) Incipit fol. VI. B. MSCi. 2) ad v. 30. 3) ad v. 31.

plurimum ruborem ut in canticis. alias non lego sanguinem, circa istud tempus, utitur audax interpretatio de sanguine Christi et martyrum, rubor rubor hic fuit et ventus, significabat ferventem charitatem, qui vult weitter, suchet, trahat signa adextremum diem, quem praecedent haec signa ut Christus praedicit Luce 19 vel 21. Haec autem omnia malim ego interpretari ad tempus missionis spiritus, et quod dies ille etc. sit dies revelati evangelii. lunam verti in sanguinem et similem fieri sanguini, phrasi hebraica ut in Apoca[*lypsi*]: quod nos diceremus sanguineum etc.

Et erit omnis.

hic textus[1] me movet ut intelligam praece[*dentia*]: de die revelati evangelii qui refulsit. lux magna justitiae, Christus etc. haec signa data sunt pro confirmatione spiritus dati et missi etc. [2]Et erit eo tempore quo ista signa erunt et ubi spiritus ceciderit etc. ist dem nicht ante geschehen? Jha. sed loquitur hic de manifesta revelatione invocationis. prope est omnibus invocantibus cum haec invocatio revelabitur toti mundo: — manifestum ministerium spiritus indicabitur toti mundo etc. haec auctoritas destruit quicquid est humanarum virium etc. salutem constituit propheta non in justitiis nostris sed invocatione nominis. Quid autem est salvum fieri? est redimi a peccato, morte et omnibus malis et transire de hac vita in aliam vitam. id habetur a spiritu sancto effuso super omnem carnem. is faciet ut invocetur nomen domini etc. Vide Paulum Ro. 10. ex missione spiritus praedicatio fit, ex praedicatione auditus, ex auditu fides, ex fide invocatio etc. salus nostra stat in virtute dei mittentis spiritum

1) v. 32. 2) Incipit fol. VII. A. MSCi.

suum, et non in meritis nostris. Invocare est misericordiam implorare. nomen domini dicit regnum ostendens Christi. Salus nostra consistit in pura misericordia implorata et invocata etc. semper mors, peccatum, necessitas invocandi nominis domini manet.

Quia in monte Sion.

Ibi erit fundamentum salutis, sic omnes prophetae. Sic Esa[*ias*]: lex exibit etc. oportuit praedicari remissionem peccatorum incipienda a Jerusalem etc. in luca. magnam diligentiam fecit deus in suo populo ut certificaret loco, tempore, personis, signis, quamquam non sit ad salutem necessarium sed fecit ad confirmandam suam doctrinam et verbum etc. **ßo feint ist ehr den fligenden geystern gewesen:** —

Das must Sion **seyn** ut possit scribi: verbum domini incepit a Jerusalem, initio fuit necessario ut alligaretur verbum, jam non est alligatum etc. Nominaliter addit: hoc dicit dominus q. d. ex quo dominus vult, ibi incipere verbum aliquid est, **sonst** nihil opus esset etc. In reliquis suscitavit doctores et ministros verbi ubique in terra non discernent inter personas etc. haec est potissima pars hujus prophetiae.

[1]Caput Tertium.

Volumus **lassen bleyben** hoc ca[*put*] cum regno Christi, declarationem reor esse praecedentis ca[*pitis*[.

Tempore Johelis vicini ardebant hunc populum perdere Judaicum etc. q. d. Veniet tempus bi cessabit viam vindicta, ego rursum vindicabo opulum meum, **furt, furt,** agite pro libidine, veniet

1) Incipit fol. VII. B. MSCi.

tempus, ubi omnia rependentur. furiam et malitiam describit hostium super populum Israel et differt vindictam in adventum Christi etc: —

Hebraismus est in diebus illis, in illo tempore.

Cum convertero etc.

werde erretten a vera cap[*tivitate*] qua tenetur in peccatis etc.

Josaphat,

hoc non[1] est factum, neque verum est quod referunt ad extremum judicium sententia mea etc. notum est in monte oliveti futurum judicium dei extremum etc. Absurditas sententiae cogit allegorice intelligere vallem Josaphat, dicit ergo de praedicatione evangelica, quae congregat omnes gentes et homines etc. videt ad tempus missionis spiritus, ubi congregatae sunt omnes gentes per praedicationem evangelii etc. Saepe prophetae quando volunt obscurare prophetiam, ex proprio faciunt appellativum. Et sic ecclesia vallis Josaphat, ut alias vallis Achor, et supra in Ozea Galaad pro Synagoga. In valle Josaphat, id est: judicantem, non sic, sed ecclesiam intelligi etc. q. d. ich wil semel auch ein vnglück anrichten vnd wol bezcalen, etc. Dilatio est corporalis vindictae in spiritualem etc. dicit de omnibus gentibus, cum tamen non omnes gentes persecuti [*sic!*] sint Israel etc. hinc non potest accipi etc.

Sunt praesentia mala quae proponit et differt vindictam in futurum, scilicet in praedicationem evangelii.

Vox[2] hebraea ambigua est, id est: pueros Judaicos fecerunt servos, et puellas virgines zcu meiden.

---

1) ad v. 2. 2) ad v. 3.

Et posuerunt puerum pro caupone et puellam pro cauponario, id est: ut esset serva in vino vendendo, id est: fecerunt etc. cum populo meo ut voluerunt, ergo vindicabo hoc cum evangelio, vindicta evangelii est facere ex inimicis amicos, ex dominis servos et ancillas etc.

[1]Verum quid.

non[2] patior Judaeos hunc trahere textum ad sua somnia, ad poenam scilicet temporalem. was wolt yr mir thun? pro terminis galilea est in hebraeo. tam cito quam cito venerit evangelium, ut, qui jam sitis inimici, faciam ut sitis amici.

Desyderabilia

dy hubschen schonen gefeß, geschir quae fuerunt in templo.[3] Vide ps. superflua, exinanite, machst auß mit der statt.

Ecce ego.

hic textus[4] me sic exponere cogit, ut exposuit, was wil ich thun? hoc faciam, ego etc. Duplex sensus videtur esse hujus capitis, primus de externa et corporali vindicta contra gentes, sed hic mihi non placet, secundus est de spirituali vindicta, scilicet evangelii, ubi omnes gentes in ecclesiam dei vindicabuntur et arguentur etc. et hanc sententiam amplexi sumus etc.

Suscitabo.

per evangelium quod non solum ad Judaeos, sed et ad gentes migravit, primum tamen ad Judaeos, q. d. ich wil mich auch eyn mal rechen etc. In,[5] pro, per, germanice: durch,

manibus, id est: per filios Juda ipsi erunt vendent vos.

1) Incipit fol. VIII. A. MSCi. 2) ad v. 4. 3) ad v. 5. 4) ad v. 7. 5) ad v. 8.

Sobea

regio est longior a Jerusalem quam sit Graecia a Palestinis. Arabia. 3 habetis: petraeam, desertam, foelicem.[1] Per synecdochen dicit: Vendam vos rursus in longinquas terras, in Sabeas. hoc factum est per praedicationum evangelii Pauli et aliorum. Christiani non habent certum locum in terra, quocunque dominus detruserit, illic sunt. Dominus locutus est. q. d. **es muß geschehen,** haec ducit qui habet potestatem exequendi.

Clamate.[2]

rufft's auß quod jam dictum est quod Palestini sic vendentur, clamate per evangelium. Metaphoris utitur ut saepe sicut hic lapidem quem reproba[*verunt*] aedificantes, id est: Christus crucifixus a sacerdotibus, hic factus est ...... [*lacuna in MSCo.!*], id est: in regem Christiani populi. Ecce ponam in Sion lapidem etc. sonant Christum, unum verbum dat lucem metaphoris.

Sanctificate bellum etc.

scilicet gladio spiritus.

suscitate robustos, gygantes, **dy grossen helden.**

accedant et ascendant omnes viri bellatores, **herzcu alles was zcum kryge dinet.**

Concidite, id est: apparate[3] bellum, assumite ea quae ad bella pertinent. Esa[*ias*] vertit haec etc. ea quae pacis sunt signa, vertite in gladios etc. qui habet duas tunicas,[4] vendat alteram et emat gladium.

bellum summum et summa pax est in regn[o]

---

1) ad ‚foelicem': ad Indiam vergit quae hebraic[e] Schaba dicitur ut in ps. 2) ad v. 9. 3) ad v. 10. 4) Incipit fol. VIII. B. MSCi.

Christi. pertinaces sensus et errores qui sunt in corde, illos percutite, id est: apprehendite verbum dei,

fortis ego sum, ich byn ein halt, suscitat totum populum ad magnificum bellum, ad Christianos proprie pertinet, virtus in infirmis perficitur, arma nostra non carnalia, sed posita in deo, nudi sumus et nullum locum habemus etc. eyn wunderlichr krigk.

Infirmi, id est: impotentes qui patiuntur multa, mortem etc. et tamen illi morientes dicent: fortis ego sum. peripsema mundi sunt.

Erumpite,[1]

herauß

omnes gentes a circuitu et congregamini. robustos, id est: potentes in ista congregatione. evangelium suscitabit totum orbem terrarum et tamen ad Palestinos tum dicit, cum omnes gentes intelligat. potentissime occidit in verbo oris sui.

Consurgant,[2]

hört ir nich wu yhr hyn salt, locum designo in quo omnes gentes convenient, id est: ecclesiam ubi est verbum dei quod volat super totum orbem terrarum ut sol. omnes congregantur sub verbum, licet non omnes credant. Do wollen wir schlahen. Ibi, in valle Josaphat, sub umbra verbi, dei, omnia refer ad diem evangelii, non extremi judicii.

Mittite.[3]

Exhortationes metaphoricae pro verbo. Veniente verbo inveniet mundum satis paratum, unde dicit Mittite etc.

Torcular dicitur keltner, ist vol gelegt, als wirt was drunder ist, totum orbem terrarum reputat › area et torculari etc. Torcular calcavi solus.

---

1) ad v. 11. 2) ad v. 12. 3) ad v. 13.

Vox est evangelii, per verbnm conterit, torculari. haec vis est verbi et evangelii, virtutum verbi dei exaltatio etc.

Populi populi etc.

hebraice[1] Amon, ein grossr hauff, in nomine Abraham significat multitudinem filiorum etc., id est: grosse hauffen volcks hyn vnd dort ubi vel cunei [?] vel cumuli vel turbae atque non in uno loco etc.

Concisionis, Esa[*ias*] hac voce utitur verbum consummans et abbreviatum. Item Danielis IX. de antichristo,[2] est in dye kurtz fassen. Venite populi, populi in valle praefinita, ein genanten bstimpten tahl, haec est vallis concisionis, definitum et limitatum locum significat, designatum, certum. In Daniele proprie, habet suum certum et definitum tempus, es muss so gehet, sic verbum abbreviatum, es muss so gehen etc. non est igitur vallis Josaphat.

Malitia eorum habns gnungk gemacht. In actis neglexit praeterita tempora. Nunc aliud saeculum agitur in quo debent emandari.

Juxta est. nova lux. dies evangelica ist nit weit.

Sol et luna.

Sic[3] proprie loquuntur prophetae. Sapientiae V. Impii deuchten totum mundum vmbgehen cum sentiunt judicium dei.

Obtenebrati sunt. prae nimio bello et nimia caede et ira, ut fit in bellis magnis. de spirituali bello hic loquitur, in corporali videntur coelum et terra commisceri etc. terror mortis et horror accedit quoque.

---

1) ad v. 14. 2) Incipit fol. IX, A. MSCi. 3) ad v. 15.

Rugiet etc.[1]

non gladium et ferrum addet, sed solum verbum erit et efficiet etc. terrebit omnes gentes per evangelium. Esa[*ias*] quoque Aggeus adhuc semel et movebo coelum et terram, hatt sich geregt, coelum et terra hat mit dem verbo zcu schaffen gehabt.

Et dominus spes. Do stehets klar, quod sit bellum spirituale quo regnabit dominus in fiducia populi sui etc. ipse erit spes, melius fiducia populi sui, trotz trost zcuvorsicht, ergo cessabunt vomeres gladiis etc. cessabunt unßer vormugen, vires etc.

Per eam.

Hoc[2] nunquam est impletum nisi per Christum, cepit in monte Sion evangelium et verbum dei, et id facit locum sanctum, das ist nu nicht do, non loquitur de terrestri Jerusalem et Sion, sed de ecclesia etc.

[3]Dulcedinem,[4]

mustum potius vel favum. von sußen seynen most, ibi videtis meras metaphoras esse. In omnibus locis ubi erit verbum dei, ibi praedicabitur dulcissima doctrina evangelii, parvulis lac dulce etc. Dulcedo verbi est hic significata. Et super omnes rivos non erit ibi amplius siccitas et sterilitas etc. fons ille qui est Christus, eyn pornquel wirt angehen.

Torrentem, ubi aqua est quando pluit etc. pro torrentem vallem Sethim lege, quis sit locus, vide in Josue et numeris, regio in moabitica terra trans Jordanem, non longe a mari mortuo versus ontem etc. ex terra Idumea in gentium regiones, fons iste etc. significat cursum verbi evangelici,

1) ad v. 16. 2) ad v. 17. 3) Incipit fol. IX. B. Ci. 4) ad v. 18.

verbum] cursum per omnem orbem terra-
als wen eyn bach auß brech vnd flueret a
n ad Sethim etc.

Egyptus.

ogus[1] recapitulat virtutem belli. quando
ab ista aqua et dulcedine wirt Egyptus
en. Describitur regnum Christi. Injuriam
fecerunt filiis Juda, ich wils rechen, et hoc
e verbi evangelici, hae metaphoricae locu-
gunt lectores spiritualiter intelligere.

Et mundabo etc.

s[2] hactenus lex non mundavit, ego mun-

Sion, id est: in ecclesia.

---

1 v. 19. 2) ad v. 22.

finis Johelis.

JOEL

II.

PROLEGOMENA.

Fere eodem tempore, quo Dr. Buchwaldo Cygneensi contigit seriem adhuc ignotam tomorum manu scriptorum D. Martini Lutheri et conciones et epistolas et commentationes complectentium indagare, et ego fausta manu libellum manu scriptum, cuius facies sane parum splendens ab ipsius libri exploratione per trecentos sexaginta annos egregie absterruisse videtur, ex loculo suo protraxi. Libellus est forma quartanaria consutus, CCLVI folia continens, quorum X inscriptionibus ad titulos accommodatis inserviunt, XIV vacua apparent. Decem D. Martini Lutheri enarrationes in prophetas minores asservantur in eo latine descriptae ex praelectionibus Vuittembergensibus divi auctoris exceptae. Attamen etiamsi ex iisdem Lutheri scholis MDXXIV. Vuittembergae habitis, qua de re codex Cygneensis testis est, exceptae sint, nihilominus non ad verbum cum illis conveniunt. Illius codicis adnotationes in ipso audirio delineatae sunt quoad Rothius scriba pro ua facultate alata magistri praedicantis, explicantis, ocentis verba mente ac stilo potuerit sequi; huius odicis contextus politiore stilo confectus, accuraissima enunciatorum coniunctione et abundantio-

ribus eloquentiae Lutheranae notis ac vestigiis ornatus praecellit. Vitus Theodorus Norimbergensis in praefatione sua ad Micham prophetam anno MDXLII. instituta definite contendit, Lutherum adnotationes suas dictasse, etsi saepenumero festinante ore tamen dictasse. Habuit ergo Lutherus libellum sua ipsa manu descriptum, ex quo dictavit. Quibus schedis propositis ipse anno MDXXVI. et MDXXVIII. commentarios in Jonam, Abacuc et Zachariam prophetas vernacula lingua explanatos edidit. Qui codicem Altenburgensem confecerit mihi longum per tempus non satis constitit. Literarum indole ductum saepius ac diutius subiit animum cogitatio, totum opus Luthero ipsi esse addicendum et hodie quoque id quidem contendere mallem, nisi inscriptionum verba ac literae opinionem dissuaderent meque de sententia fortassis inconsulta demoverent. Hoc vero mihi in confessis est, codicem ab homine quodam descriptum esse, qui Luthero familiarissimus fuit, qui beneficio vel contubernalis vel famuli usus Luthero concedente licentiam habuit transscribendi exemplum libri quotidiano usui doctoris destinatum. Propter amorem erga dominum ardentissimum, propter communionem cum eo intimam, propter exercitationem assiduam et quotidianam in transscribendis Lutheri scriptis tantopere ad Lutheri rationem scribendi se accommodavisse videtur, ut manus motio et stili gestus in similitudinem consuetudinis Lutheri redigeretur. In quam sententiam, scilicet codicem transscriptionem schedarum a Luthero ipso compositarum esse, eo magis adducor, quod editio quam nóvimus princeps huius prophetae anno MDXXXVI. Argentorati instituta exceptis exiguis et maximam in partem levissimis vocabulis sententiisque contextum enarrationis ad verbum convenientem cum codice Altenburgensi praebet. Sed de hac editione loquamur in se-

quentibus. Interim hoc dumtaxat statuendum est, codicem authenticam Lutheri commentationem Joelis caeterorumque prophetarum complecti. Haud dubie inter omnia quae ad nos pervenerint opera exegetica Lutherana monumentum non minimum.

Eorum operum, quae adhuc typis impressa cognovimus, maxima pars non a Luthero ipso edita est, pars ne ab auctore quidem comprobata sed invito et valde irato Luthero promulgata. Multisque in locis contextus, quem ad hoc usque tempus habuimus, nulla authentica Lutheri auctoritate nixus sed ad sententiam et opinionem editorum flexus, abbreviatus, auctus, mutatus, correctus, immo corruptus, disperditus ac depravatus ne simulacrum ac vestigium quidem ingenii atque propriae virtutis summi magistri praebet.

Commentarius in Genesin multorum et amicorum et discipulorum opera ac studio multo post mortem Lutheri absolutus est. Scimus iam a codice Cygneensi Genesin continente quasi manu paterna ducti quanti tantummodo flores e hortulo Megalandri decerpti, quanti e silvis amicorum inserti insunt! Nihilominus adhuc maximum opus habebatur ac diiudicandam Lutheri vim exegeticam. Eandem rationem licet existimare in Esaia, Osea, Micha caeterisque exceptis forsitan editionibus Joelis, Amos, Abdiae prophetarum Argentoratinis supra laudatis. Quae Vitus Theodorus Luthero familiarissimus ediderit opera non Martini sed Viti sunt. Vitus videlicet magistro ac domino dilecto enarrationes praelectionibus Lutheri aptatas, politiore stilo compositas atque maiore verborum ac splendidiore ornatu commendatas misit ac tradidit corrigendas ac probandas, attamen optime novimus, quanta securitate ac mansuetudine usum esse Lutherum neque tum nihil reprehendisse, neque arguisse atque repudiasse, quum scriptoris

et erga se amorem ferventissimum et in re absolvenda animum candidum atque evangelicum cognovisset. Ne unus quidem Lutheri in prophetas veteris testamenti commentarius nobis potestatem fecit intelligendi, qualiacunque a Luthero dictata, quaecunque ab editoribus addita iudicemus. Defuit adhuc liber manu scriptus auctoris contextum nec suspectum nec depravatum, sed integrum et accuratissima fide descriptum complectens. Codices a Dr. Buchwaldo et a me nuper reperti principes ac praecellentes fontes inde valebunt, ad quos accedere oportet Lutheri professoris cognoscendi cupidos.

Quo tempore atque quibus diebus Lutherus singulos prophetas minores auditoribus suis explanaverit nostram ad hoc usque tempus notitiam fugit. Verum certissimis iamiam argumentis ac notis confirmatur, quibus annis ac diebus hoc suo munere academico functus sit. Nunc amplius non est, ut mirandum sit, Lutherum in explicandis his prophetis tam saepe ad tristissimam rerum omnium et publicarum et ecclesiasticarum conditionem respexerit, tam saepe infirmitatem et inconstantiam principum ac dominorum huius mundi castigaverit, tam saepe gravissimis verborum iudicis tonitrubus, vehementissimis prophetae comminationibus, ardentissimis pastoris precibus auditorum pectora commovere ac concitare studuerit, ne in crudelissimos atque detestabiles errores ac furores tam Muntzeri quam Carolstadii eorumque asseclarum inciderent atque inde corrumperentur. Explanavit enim prophetas maiores inde a reditu ex Pathmo suo, minores inde a festo resurrectionis d. n. J. Ch. MDXXIV. usque ad Cal. Apriles anni MDXXVI. In codice Altenburgensi modo in titulis modo in finibus singularum praelectionum accuratissime delineatarum et notis marginalibus illustratarum dies initiationis vel confectionis

cuiusque commentationis indicatur. Legitur in titulo Johelis: ,Vuittembergae MDXXIIII. cessantibus principibus omnibus et neque religioni neque tranquillitati publicae consulentibus'; et in fine eiusdem prophetae: ,Vuittembergae in profesto Laurentii MDXXIIII.' In titulo prophetae Amos: ,mense decembri MDXXIIII', in fine: ,MDXXV'; in fine Abdiae: ,I. die Februarii'; in titulo Jonae: ,mense Martio'. Idem in titulo Micheae, cuius in fine denotatur: ,VII. Aprilis'. Titulus sequentis prophetae ad delectandos lectores preciosissimus omnium hic est: ,Christianissimi patris D. Martini Lutheri novi mariti commentarius in Nahum prophetam', cuius in fine: ,4. Julii'. In titulo sequentis Abacuc: ,18. Julii', et in fine: ,II. Augusti'; in titulo Sophoniae: ,XIV. Augusti'; Aggei: ,XI. Septembris'. In Zacharia tantummodo annus MDXXV. denotatur, sed facile intelligitur ex circuitu voluminis, explanatum esse inde a Calendis Octobribus usque ad initium anni MDXXVI., quod praeterea probatur ex testimonio Poachi in codice Cygneensi obvio. Malachiam tractavit ante festum resurrectionis MDXXVI. Sed hic nec in Altenburgensi nec in Cygneensi codice reperitur. Deest etiam in Altenburgensi Oseas, quem usque ad festum Pentecostes finisse, paullo post resurrectionis festum MDXXIV. incepisse Lutherum statuere fas est, id quod et a codice Cygneensi satis dilucide probatur, in quo Oseam praecedit concio Lutheri die dominica Palmarum habita et sequitur concio die octava post Pentecostes habita.

Licet cognoscere, Lutherum per diem circiter formae quartanariae pagellas tres discipulis dic-e solitum esse, quas si a nobis scribendas exstularetur intra horae intervallum perfici possent. quae dictavit doctor modo propter temporis gustiam parum, modo si fieri potuerit plus ıtione ex tempore ac momenti impulsu fusa ad-

didisse e codicibus evidenter confirmatur. Sed paene omnia, quae discipulis studiosis dedit, habemus.

Iam cogimur ex editionibus exegeticorum Lutheri operum ab amicis evulgatis illud eradere, quod non Lutheri sed amicorum est.

Tres tantummodo commentarii anno MDXXXVI. Argentorati ab obscuro quodam, quem typographum fuisse puto ex praelectionibus Megalandri in Johelem, Amos et Abdiam prophetas editi et in unum libellum redacti fidem verborum, quae in schedis magistri ipsis legebantur, maiorem in partem satis servavere. Sed et hi, quemadmodum ex praefatione anonymi probatur, ab „homine diligente ac studioso pietatis, qui multos annos Vuittembergae didicit", retractati sunt; quam ob caussam in futurum tempus praelectionum manu scriptarum exempla solam Lutheri auctoritatem obtentura esse libentissime concedamus. Ad unam omnes ceterae quas novimus enarrationes nil nisi paraphrases explicationum dictatarum sunt.

Haec de auctoritate atque gravitate librorum manu scriptorum et Cygneensium et Altenburgensium. Potuissemus hos codices separatim nostrorum met ipsorum editorum principum nomine ornatos edere, nec defuerunt qui impendio privato libros imprimendos curare promiserint, sed noluimus maximam illam et dignissimam operum quae extant omnium et germanicorum et latinorum Lutheri collectionem, quam dicimus Erlango-Francofurtensem deficere thesauros modo apertos. Quae editio absoluta est usque ad tomum XXIII. Qui sequantur tomi commentarios in prophetas minores afferre debebant. Justo tempore Dr. Buchwaldus et ego codices reperimus, justoque tempore viros, quorum sumptibus editio instituitur, adii, qui me editorem sequentium tomorum editionis latinorum prophetas minores ad unum omnes

complectentium designarunt. Sic factum est, ut haec collectio princeps margaritas adhuc in agro occultas iam exaratas atque reconditas in usum communem queat proponere.

Restat, ut de institutione sequentis commentationis in Johelem prophetam pauca addantur. In contextum recepi codicis Altenburgensis materiam immutatam. Notas in marginibus codicis positas primo loco in margine huius editionis ulteriore asteriscis quibusdam signatas collocavi. Quae secundo loco numeris arabicis denotata leguntur variae lectiones sunt editionis quam novimus unicae, cui inscribitur:

„ENARRATIO
D. MARTINI LVTHERI IN
TRES PROPHETAS,
Iohelem,
Amos, &
Abdiam.
Nunc primum in lucem ædita.
ACCESSIT AEDITIONI HVIC
Index locupletissimus.
ARGENTORATI, ANNO
M. D. XXXVI.“

In fine:

„ARGENTORATI APVD IOHAN.
Albertum, Anno, M. D. XXXVI.“

quae servatur in bibliotheca Gothana ducali, et ex cuius praefatione quae sciri dignissima sunt, in prolegomenis ad Abdiam prophetam allaturus sum.

Quae denique cruciculis denotantur illa glossas marginales esse scias collectionis Ienensis, cuius in tomo III. (priorum editionum pag. 497, illius de anno MDLXXXII. fol. 478b—494) contextus editionis principis de anno MDXXXVI. repetitur.

Huius prophetae commentarium accuratissime et quidem vernacula lingua secundum editionem principem interpretatus est M. Joannes Iacobus Greiffius in usum collectionis Lipsiensis, cuius in tomo VIII. p. 156 invenitur. Repetitur in collectionis Halensis Walchianae tom. VI. pag. 2066. Commentatio et latina et germanica desideratur tam in tomis Vuittembergensibus utriusque linguae, quam in Altenburgensibus.

De nostro propheta Seckendorfius disserit quidem in historiae Lutheranismi libro III. §. 48. pag. 132, sed nihil affert, quod notatu dignum videatur.

Joannes Linke, SS. Th. D.

In

Prophetiam Johelis

adnotationes

ex **D. Martino Luthero**

exceptæ.

Vuittembergæ M. D. XXIIII. cessantibus principibus omnibus, et neque religioni neque tranquillitati publicæ consulentibus.

*PRÆFATIO [D. MARTINI LVTHERI] IN JOHELEM [PROPHETAM].

Omnium prophetarum una est sententia, hic[1] enim unus est scopus, ut in futurum Christum, seu in futurum regnum Christi respiciant.** Huc omnes eorum spectant prophetiae, nec alio sunt referendae, [2]quanquam varias intermisceant historias, sive rerum praesentium sive futurarum, tamen eo omnia pertinent, ut regnum Christi futurum declarent. Itaque quandocunque sive mala sive prospera annunciaverunt prophetae, in regnum Christi respici voluerunt. Idem hic in propheta Johele videre licet, qui primo tractat pestem no-

*) Incipit p. III. MSCi. Vocabula uncinis inclusa desunt in MSCo. sed leguntur in editionibus. **) Scopus omnium prophetarum.

1) et idem scopus,† ut sqq. 2) et quanquam sqq.

†) Scopus omnium prophetarum.

centissimam populo Judaeorum illatam, quam arripuit ad terrendos Judaeos, ut ad poenitentiam territos revocaret, sicque futurum Christum (de cuius regno satis copiose dicet[1] infra) expectarent.

*Itaque de primo huius prophetae capite mea haec est sententia, quod[2] in primo capite non prophetet, sed simpliciter, ut dixi, recitet praesentem historiam de clade illa et interitu segetum et omnium fructuum terrae, quam viderat.

In secundo vero capite prophetiam ordiri videtur, quae est de alio locustarum genere, de Babyloniis. Sicque primi capitis haec summa est, neque aliud in eo agit, quam quod terrefacit populum Judaeorum, plaga illa ob oculos posita, quam dominus intulerat, ut sic territi poeniteant et se agnoscant.

**Sed quia haec est mundi natura, ut verbum

---

*) quid agat Johel in primo cap. **) Mundus non potest non odisse verbum dei et eius ministros.

---

1) dicit. 2) quod praedicat futuram cladem, quam erat populus accepturus ab Assyriis.† Vocat autem Assyrios figurate erucas, locustas, bruchos et rubiginem. Quia Assyrii paulatim Judaeos carpebant, et accidebant vires eorum, donec tandem totum populum captivum abducerent. Sennacherib tamen magnam cladem accepit in obsidione Jerusalem, cuius rei meminit infra Cap. 2. In secundo sqq.††

---

†) Sententia de primo capite. ††) Sententia secundi capitis.

dei contemnat et irrideat, idem[1] enim semper accidisse et adhuc hodie accidere videmus; ideo non dubium est, quin idem et Joheli acciderit. Mundus[2] nunquam sui est dissimilis; huius princeps[3] Sathan est, quo impulsore ducitur ad quaevis mala; est enim regnum tenebrarum, quod non potest non odisse lucem. Ioan: I.[4] Sicque praecones verbi dei contemnit, persequitur, stultos proclamat et tandem etiam ut nihili homines occidit. Vocat enim Paulus Christianos περίψημα[5] mundi. [1. Cor. 4, 13.] Hic non est quod meliora speremus.

Non[6] satis constat, quo tempore prophetarit Iohel; tacet enim et tempora et reges, quae alii prophetae in principio suae prophetiae* solent praemittere. Mihi plane videtur antiquus propheta esse, atque adeo, ut putem, eum ante Esaiam, Ozeam et reliquos prophetasse; nempe eo tempore quando adhuc floruit et in summa pace constitutum fuerit[7] regnum Iudaeorum atque tum vidisse eum hanc, de qua hic loquitur,[8] plagam.

*) Incipit pag. IV. MSCi.

1) deest: idem — accidere. Legitur: sicut adhuc hodie videmus.† 2) Mundus enim nunquam est sui sqq. quia Sathan est, ducitur ad quaevis mala. 4) deest: an. I. 5) περιψήματα. 6) Non autem satis sqq.†† fuit. 8) loquimur.

†) Mundi natura. ††) Quo tempore prophetarit.

*Ceterum ordo ille prophetarum, immo et aliorum librorum scripturae, a Hieronymo itemque aliis probatus, nullus est; falluntur plane, cum putant, ita se[1] subsecutos fuisse prophetas ut sunt in ordinem redacti. Quidam sub Ozea[2] eum prophetasse putant, mihi vero non fit veresimile.

*) Ordo prophetarum in sacris literis nullus est.

1) ita deinceps subsecutos sqq. 2) Osea.

[D. MARTINI LVTHERI ADNOTATIONES IN IOHELEM PROPHETAM.][1]

[Caput primum.][2]

Audite haec senes.

Huius capitis concionem non uno tantum loco, sed multis in locis saepe habuit, nam omnes habitatores terrae compellat.

Super hoc.*

Hebraismus est scripturae frequens, quo etiam usus est auctor epistolae ad Hebraeos, cum inquit: Ad angelos autem dicit etc.; id est de angelis dicit.[3] Ita hic: super hoc, vel: ad hoc, id est: de hoc, id[4] quod Graeci solent exprimere per praepositionem *περί*.

Residuum erucae.

Simpliciter recitat historiam plagae quam vidit, qua consumptae sunt omnes fruges, segetes,

*) Super hoc.

1) Titulus uncinis inclusus deest et in MSCo. et in litione sed bene repetitur in editione Ienensi. 2) deest ι MSCo.: Caput primum. In collectione Ienens. III. adantur verba primi capitis secundum transl. vulg. ed.) deest: dicit. 4) deest: id.

poma, vites; plaga certe nimium noxia, inducens simul et famem et pestilentiam.

Ceterum enim non constat, neque aliquid certi ausim affirmare, quaenam sint illae bestiae, quarum hic meminit, per quas omnia sunt depasta et perdita. Tanta enim est Hebraeorum varietas, ut nihil certi inde[1] liceat colligere.

*De eruca autem certum est. Super hoc enim vocabulo sibi constant. Vocabulum hebraeum Iasem[2] [גָּזָם] latine erucam significat, teutonice eyn raup. **Sed quod sequitur locusta: Hebraeum nomen est Arbe [אַרְבֶּה]; id vero inconstantissime vertunt, alias bruchum, alias locustam interpretantur, quae animalia nobis sunt incognita, nostra enim terra ea ignorat. ***Ego bruchum libenter interpretarer die grosse raupen, sed tamen non ausim. Locustas certum est nos non habere, neque bruchum, nisi, ut dixi, velimus interpretari magnas illas erucas. Rubigo.**** Rubiginem germanice vocare solemus den brantt,[3] den mehl tau. Verum hic[4] non idem est, sed animalis nomen significat propheta, de cuius quoque nomine certant mirum in modum grammatici he*****braei, ut nihil certi liceat nobis de eo statuere.[5]

---

*) Eruca. **) Locusta. ***) Bruchus. ****) Rubigo. *****) Incipit p. V. MSCi.

---

1) liceat inde. 2) Gasem.† 3) Brandt, oder den melthau. 4) hic animalis nomen significare interpretes contendunt, de cuius sqq. 5) Pergitur: Et tamen quia liberae opiniones de incertis relinquuntur, mea sententia est חסיל significare rubiginem, den melthau, quae cum rore decidit, et adhaerescens foliis, sole superveniente animatur et vivit, sicut videmus, ut sit חסיל†† in genere positum pro vermibus passim ita nascentibus et cumulatis, ein Geschmeiß. Porro omnia haec allegorica sunt. Significat enim populum adfligi, iam ab his, iam ab aliis

---

†) Gasem. Eruca. Arbe. Locusta. Bruchus. Rubigo. ††) Chasil.

Certum[1] est autem, quatuor esse animalium genera diversae speciei, quae abreserunt ac perdiderunt segetes, fructus omnes arborum ac vites.

Expergiscimini ebrii et flete.

Hoc est quod supra dixi: provocare prophetam hac historia devastatarum segetum et frugum ad poenitentiam. Sed, cum inquit, expergiscimini ebrii, non iam ebrios esse ait, neque de praesenti eos arguit ebrietate, sed hoc vult q. d.:[2] Expergiscimini vos, qui laute vivere et splendide soletis, quibus solet abundantia omnium rerum esse, ut vos inebriemini ab ista abundantia, expergiscimini iam, flete, ululate, agite poenitentiam, spectate opus dei et terreamini, considerate, quid vobis[3] sit superventurum.

Qui bibitis vinum in dulcedine.

Rectius sic: qui bibitis libenter vinum mustum, quando adhuc recens est et dulce; q. d.: O adsueti istis lautitiis, lugete, deerit[4] vobis, famem et inopiam patiemini, es[5] wirth euch fehelen werden; siquidem omnia videtis devastata, periit vinum ab ore vestro.

Gens enim ascender.

Ascendit legendum est in praeterito perfecto.* Hic[6] poëticari videtur Johel, sicut et Virgilius in

*) Ludunt prophetae poeticis descriptionibus et verbis.

---

hostibus, Syris, Assyriis, Babyloniis, Aegyptiis etc., ut sit quasi aenigma haec prophetia. Nunc subiiciet interationem, qui sint isti vermes.

1) deest: Certum — vites. 2) hoc vult di-† 3) sit vobis. 4) deest: deerit vobis. 5) deest aanica interpretatio. 6) Deest: Hic — inutiliter.

†) Adhortatur ad poenitentiam.

IIII. Aene: apibus miram tribuens sagacitatem fingit sequi duces, fingit alias excubias agere etc. Ita hic velut instructis aciebus aliqua fingit ascendere animalia illa, de quibus est locutus, q. d.: Tanta sunt istae bestiae illatura* mala, quanta vix potens aliquis rex intulisset. Est ergo sententia: Eruca, locustae, bruchus, rubigo quasi cum exercitu veniunt.

Hanc simplicem textus sententiam cum non adsequerentur doctores: nescio quid pro solito more sint nugati de populis venientibus. Mire enim Hieronymus se torquet sed inutiliter.

Dentes eius ut dentes leonis.

**Hebraea lingua quia verbosissima est, saepe rem[1] eandem solet repetere, id quod vel hic maxime videre licet, si nusquam alibi. Id quod summe necesse est scire eos qui sacra legunt. Ita hic repetitio est prioris sententiae de potentia et multitudine bestiarum[2] animalium illorum. q. d.: Tantus est eorum numerus, ut non possit intelligi, tantaque mala inferunt, ut vel leones quantumvis rabidi vix tanta potuissent inferre.

***Posuit vineam meam in desertum.

Induit et adsumit hic propheta personam uniuscuiusque Israhelitae de clade ista[3] et interitu

*) (Sic!) **) ταυτολογία sacrae scripturae. ***) Incipit p. VI. MSCi.

Pergitur: Atque hic exponit quae sint erucae et nocentes illae bestiae, quae depascunt vineta et segetes, nempe potentes hostes, quos deus sit excitaturus contra hunc populum. Judaeorum sententiam probo, qui putant figurate locutum Prophetam de insectis tanquam instruct acie hostium.

1) solet rem eandem.† 2) hostium, q. d. sqq. 3) De

†) Ebraea lingua saepe idem repetit.

frugum ac vineae suae conquerentis. Et ergo hic locus argumento est, gentes innumerabiles vocasse prophetam haec animalia. Assyrii enim (hos enim interpretantur gentem fortem et innumerabilem) sive quicunque tandem inimici, non vites tantum aut agros depopularent, sed et civitates et eorum incolas, cuius hic nulla fit mentio, sed tamen depastas dicit vineas et fruges, quod bestiis istis tribuit.

Et ficum meum decorticavit.

Male redditum est. Sic est in hebraeo: Ficum meam in confractionem. Itaque simpliciter: vineam, ficum, ego[1] naturalem vineam et ficum intelligo, quae sunt destructae et depastae per istas bestias, non populum, ut quidam interpretantur.

Nudans spoliavit eam.

Mera est repetitio eiusdem sententiae, sic enim mos est hebraeae linguae, ut pluribus verbis abundet. Spoliavit, scilicet fructibus et foliis, sicut et Virgilius eodem modo tribuit hiemi, adimere honorem silvae. Albi facti sunt, i. e. nudi sine foliis.

Plange quasi virgo.

*Adducit similitudinem, qua rem amplificat,

*) Vehementissimus amor sponsi et sponsae, a quo tam saepe similitudinem accipit scriptura.

sunt quae in MSCo. sequuntur verba ab: et interitu usque ad: tribuit. Legitur: ista populi conquerentis.† Vocat vineam et ficum, ipsum populum institutum et excultum lege divina, caeremoniis, iudiciis, regno divinitus instituto, ibus tamen omnibus abutebantur contra ipsum Deum luxum suum.

1) Desunt verba: naturalem — interpretantur. Legitur: ego populum intelligo.

†) Querela de accepta clade. Vinea et ficus Israel.

q. d. Perinde atque puella, perdite amans sponsum, acerbissime flet et luget sponso suo, quem adamarat, extincto. Sponsae enim et sponsi vehementissimus est amor. Ita et tu plora et luge. Atque ita invitat eos ad poenitentiam q. d. fac tibi[1] maximum planctum, quo non est maior. Ceterum quod nos legimus: pubertatis suae, rectius lege[2]: iuventutis suae.

Periit sacrificium.

Amplificat miseriam et aerumnam q. d. ea plaga non solum[3] in perniciem frugum, arborum et vinearum pertingit, sed et corruent sacrificia,[4] libamina. Haec gloria vestra, qua prae omnibus nationibus terrae[5] celebres estis, cultus ille divinus per verbum dei institutus, detrimentum patietur, non poterunt sacrificare sacerdotes aut libamina offerre, frugibus sic consumptis. Primitias enim et decimas omnium frugum dabant domino iuxta legis mandatum Deuteron. 26.†

††Sacrificium autem erat in quo solida offerebantur ut triticum, farina etc. Libamina fiebant ex fusilibus, ut ex oleo, vino etc.

Depopulata est regio.

Ex hebraeo sic lege: depopulatus est ager, luxit terra, quoniam vastatum *est triticum, confusum est mustum, elanguit oleum. Reddit rationem, quare sit periturum sacrificium et libamen, quia, inquit, depopulatus est ager, perierunt fruges omnes, periit vinum etc. Videmus autem in hoc

*) Incipit p. VII. MSCi.

1) tum.††† 2) leges. 3) deest: non solum — sed et. 4) sacrificia et libamina. 5) deest: terrae.

†) Deuter. 26. ††) Sacrificium. Libamina. †††) Adhortatio ad poenitentiam amplificata simili.

textu manifeste poeticas figuras.* Dicunt enim poetae, ridere prata et segetes, hoc est felicia esse. Hic in[1] contrarium dicit lugere terram, confusum esse vinum etc.

Confusum est mustum.†

Nova vox in isto propheta, frequenter enim sic loquitur. Germanice recte[2] hunc modum loquendi imitamur dicentes der weyn stehet schentlich,[3] qua voce etiam Salomon in proverb. saepe usus est de filio confuso et muliere confusa loquens, eyn schentlich weyp.[4]

Languit oleum.

Der[5] oel ist mat. Id est: Non profert fructum. Confusi sunt agricolae, miseret me eorum.

Super frumento vino et ordeo.

Ex hebraeo. Super triticum et ordeum. Vinum enim non est in hebraeo, id est: vident agricolae non futuram messem omnibus frugibus consumptis, nihil superesse vident quam luctum et dolorem.

Vinea confusa est.

Rectius vitis confusa est. Eadem est repetitio cladis praesentis.

Confusum est gaudium.

Vides quod haec propria est phrasis prophetae, quod de confusione loquitur. Gaudium,

*) Poeticae figurae in prophetis.††

1) Hic autem contrarium. 2) recte imitamur hunc dum loquendi dicentes sqq. 3) schantlich. 4) germanica criptio deest. 5) deest: der — id est.

†) Confusum vinum. Confusus filius. Confusa lier. ††) Poeticae figurae.

id est: de quo deberent gaudere, id totum periit et consumptum est.[1]

Accingite vos etc.[2]

Alia repetitio eiusdem calamitatis, ut ad poenitentiam eos provocet. Verum quod nos legimus: ‚quoniam interiit de domo dei': in hebraeo est: ‚quoniam prohibitum est etc.'

Sanctificate jejunium.

Phrasis est hebraica in scriptura frequens.

Quia prope est.

Hic attingere videtur prophetiam, de qua in secundo capite et sequentibus videbimus, q. d.: Videtis praesens malum, horrendam calamitatem, quae procul dubio aliud malum super vos venturum significat.

Dies domini.*

**Scilicet alia, in qua[3] visitabit dominus, sicut et Petrus vocat diem inspectionis vel visitationis.

Vastitas ab omnipotente.

Hoc est: talis erit dies, quae cum venerit, vastitatem secum est adductura, quam non prohibere poteritis. Poenitemini ergo.[4]

Nunquid non coram oculis vestris.[5]

Iterum praesens malum opponit, ut vel sic futurae adhuc[6] visitationis non obliviscantur,

*) Dies domini. **) Infra cap. II.

1) Additum est: etc. 2) deest: etc. 3) MSC.: quo. Editio recte: qua. 4) Ergo poenitentiam agite 5) nostris. 6) deest: adhuc.

q. d.[1]: Ich meyn er wirth euch heym suchen. Resipiscite ergo.

Computruerunt iumenta.

Mire hoc loco variant interpretes. Sic autem est in hebraeo: Computruerunt semina in pulveribus suis, demoliti sunt *thesauri etc. Nil[2] est quod de iumentis sunt nugati. Mihi autem haec videtur esse sententia: Thesauri vestri devastati sunt, hoc est: quae reponenda erant et servanda in usum alterius anni aut cuiuscunque necessitatis, ea omnia perierunt.** Vocant enim hebraei thesaurum ea, quae in hypothecis et horreis[3] reponuntur, seu[4]: der für rath. Item computruerunt semina, hoc est: non sola ea perierunt, quae escam praeberent vobis in diem, sed et semina non relinquentur vobis, ea omnia computruerunt; non est quod speretis vos aliquid accepturos vel etiam sementa[5] reservaturos.

Destructae sunt areae,

vel horrea, q. d.: non opus erit aedificare areas, nihil eduliorum vobis redibit, adeo omnia consumentur ab ista peste, ut et non sint mansura vobis semina.

*) Incipit p. VIII. MSCi. **) Thesauri.

1) deest: q. d. — ergo. Legitur: Est autem sententia, vastati et misere sumus afflicti, non compotabimus, non commessabimus posthac amplius. 2) desunt verba: Nil — nugati. 3) Lapsus calami videtur esse in MSC., nhi hordeis legitur. 4) deest: seu. Pro der für rath legitur Vorrath.† 5) semen. [Fausta Minerva mihi videtur herus novum cudisse vocabulum sementum, ut signintissime reddatur quod rustici nostri dicunt das ime.]

†) Thesaurus Ebraeis.

Quid ingemuit.

Ex hebraeo: Quam ingemuit bestia etc.; hoc est: miserandum est. Desunt enim et bobus et gregibus armentorum sua pascua, quibus erant alendi.[1]

Et[2] greges pecorum.

Ex hebraeo: Etiam greges omnium desolati[3] sunt.

Ad te domine clamabo.

Commiserantis voces sunt, quas nos germanice recte possumus reddere in hunc modum: Ach her laß dichß erbarmen, Ach her gott wie gehet es zu.

Speciosa deserti.

Mirabiliter variat in sacris literis haec vox.[4] Significat enim speciosum, habitacula, tuguria et mapalia.* Hic per vocabulum habitacula est reddendum.

Ignis.

Metaphorice hic ignem accipi puto, ut sit haec sententia: Adeo sunt habitacula[5] ista evacuata, ut per ignem depasta putes, sed tamen hic quemque suo iudicio uti volo.

Flamma.

Etiam metaphorice accipio, q. d.: Adeo omnes arbores perierunt, ut credas flamma esse exustas. Adeo nulla spes inveniendi cibaria, vel hominibus, vel iumentis, reliqua est.

*) Sic et infra cap. 2.

1) MSC.: alendae (sic!) 2) In edit. 1536 deest: et greges — desolati sunt. 3) MSC.: desolatae (sic!). 4) haec vox נאות.† 5) ista habitacula.

†) Neoth.

Sed etiam bestiae agri.

Hoc est: etiam ferae clamant et pro restinguenda siti aquam quaerunt rugientes, nam eadem vox est quae et in psalmis est.

Sed exiccati sunt omnes torrentes.

[1]Non inveniunt potum. Pereundum etiam eis est. *Ita simplicissime propheta Johel in hoc I. capite describit poenam et pestem illam inflictam terrae per[2] animalia illa ut audivimus.

Caput secundum.

**Primo capite hoc egit propheta, ut recitaret[3] plagam istam modicam locustarum et bruchorum, ex qua colligeret veram et perfectam illam plagam universo Israheli imminentem, id quod agit in hoc capite secundo. Loquitur autem in genere, non nominans vel Assyrios vel Aegyptios cum hostilem exercitum describit, qui super Israhelem sit venturus, ut indicet magnam fore cladem. ***Deus mirabiliter pro suo more in administrando mundo semper egit, et hodie adhuc idem praestat, ut putemus humano consilio omnia geri et administrari. Sed[4] voluntas divina est quid-

*) Epilogus.† **) Incipit p. IX. MSCi. ***) Consilium dei in administrando mundo.

1) id est: non inveniunt. 2) pro: per — audivimus legitur in editione: ab iratis hostibus. 3) Deest plagam — describit. Legitur: ut recitaret futuram plagam figurate.†† Hic loquitur sine figura in genere, non nominans vel yrios vel Aegyptios, sed hostilem exercitum simplir describit. 4) Et tamen voluntate divina fit, quid.d fit.

†) Epilogus cap. I. ††) Supra figurate, hic aperte ıram calamitatem praedicit. Calamitates esse a Domino.

quid fit. Et[1] ita etiam interpretatur hic propheta cladem venturam domini opus esse, non inimicorum,[2] valituros hostes non suis viribus, non suo robore, sed domini. Daturum enim dicit dominum vocem suam ante exercitum suum, atque ita territurum Israhelem revelata conscientia peccati, ut non possit persistere, non possit non timere vel folium cadens.

*Idem nostris temporibus evidenter in Turca experimur, cuius regnum et vis quantum creverit paucis annis, non ignoramus, feliciter ubique[3] fere victor evadit, nostri vero succumbunt; et certe veniet tandem etiam super nos; est enim evidentissimum flagellum dei.† Sicut ergo nos de Turca venturo solemus praedicare, ita et in hoc capite idem fecit propheta. Israheliticus populus inter medios hostes habitabat, invisissimus erat gentibus circumquaque habitantibus, ut Amorraeis, Moabitis, Agaraenis etc. quibus[4] cum semper illis res erat. Praecipuusque illi inimicus tum erat rex Assyriorum; penes Assyriacum enim regnum erat monarchia. Atque in hoc respicientes prophetae comminati sunt populo futuros semel vel Assyrios vel Babylonios qui vastaturi sint totum Israhelem.

**Hieronymus itemque alii prophetarum interpretes mirum in modum se torquent in cohaerentia

*) Turca. **) Cohaerentia prophetarum vide infra in hoc cap.

1) deest: Et — propheta. Legitur: Quare propheta hic affirmat, cladem sqq. 2) ac valituros. 3) fere ubique. 4) deest: quibus — Israhelem. Legitur: Praecipue autem infestum habebat regem Assyriorum, tum orbis monarcham.†† Hunc praedicit propheta venturum et afflicturum eos hoc in loco.††† Quia autem statim ad regnum Christi transit, Hieronymus sqq.

†) flagellum domini. ††) Assyriorum rex monarcha. †††) Qua ratione prophetarum conciones inter se cohaereant.

textus,[1] quia totum factum, seu rem totam non respiciunt, sicut spiritus sanctus[2] totum complexus est, nempe populum[3] et Christi regnum. Ideo[4] intellecturi comprehendant simul regnum Israhel et regnum Christi in communem conspectum, tum optime cohaerebit.

*Secundo ergo capite vera et solida plaga, quae sit destructura totum populum Israhel, prophetatur. Comminatur autem et ad poenitentiam revocat, sicut in contextu videbimus explicaturi[5] duas capitis partes, q. d. Cavete, ca**vete vobis, agite poenitentiam, resipiscite, visitabit vos dominus, **es[6] wirt ein mahl zu scheytern gehn.**

Canite tuba in Syon.

Quod nos legimus: ululate, rectius ex hebraeo legis: conclamate vel vociferate.

***In numeris descriptae sunt a Mose voces tubarum, quales fieri deberent, quando principibus populi esset conveniendum, quando populo, quando pax vel bellum significabatur, sicut et apud nos certae sunt tubarum voces quando hostes adsunt aut quando igne[7] in urbem saevitur etc. Monet ergo propheta ut vociferent ad congregandum universum populum, q. d. clamate, clamate, advocate totum populum, **leut[8] mit allen glocken,** sicut apud nos solet fieri, ut audiat universus populus instare sibi devastationem. Praeveniamus hostem, paenitentiam agamus etc. sicut et subiicit.

---

*) Summa capitis secundi. **) Incipit p. X. MSCi. ***) Certae tubarum voces apud Iudaeos.†

---

1) Sed id fit ideo, quia. 2) qui totum. 3) pop. praesentem. 4) deest: Ideo — cohaerebit. Legitur: Hoc qui considerat, videbit prophetas optime cohaerere. 5) deest: explicaturi — partes. 6) deest germanica commentatio. 7) incendia in urbibus oriuntur etc. 8) leuttet.

---

†) Tubarum voces.

Conturbentur omnes habitatores terrae,[1]

nos dicimus: commoveantur, hoc est, omnes adsint, omnibus luditur.

Quia venit dies domini.*

Diem domini vocat[2] non diem solum extremum iudicii, sed quamlibet[3] diem visitationis, sicut et Petrus vocat diem ἐπισκοπῆς, visitationis. Tempore enim suo venit dominus et perdit, quos perdere voluit, quibus ad tempus connivebat.[4] Et haec tum vocatur dies domini, hoc est, dies qua vel in gratia vel in ira visitat nos deus.

Quia prope est.

Ex hebraeo: qui est propinquus. Sic† omnes propheticae comminationes sonant, quasi sint in foribus ea, quae praedicunt, sicut et Petrus diem iudicii brevi venturum praedixit. Sed hic longanimitas dei ad poenitentiam nos invitat. Hic[5] commendantur nobis piorum hominum orationes.

Dies tenebrarum et caliginis.

Hic alia constructio est, et non est connectendum hoc cum praecedentibus, sicut in nostris libris est connexum, q. d. certe irruet semel in nos populus inimicus devastaturus omnia ut non liceat nobis effugere. Est autem notanda haec scripturae phrasis**: Lucem et pacem vocat scriptura felicem rerum successum, wens wohl stehet.

*) Dies domini. **) Lux in Scriptura. Tenebrae.

---

1) deest: terrae. 2) vocant prophetae. 3) quemlibet. 4) indulsit. 5) deest: hic — orationes.

†) propheticae comminationes omnes de instanti loquuntur.

E contra vero tenebras[1] wenß vobel (übel) stehet.[2] Sic usus est et Salomon: Proverb. XXVIII[3]: Non extinguetur in nocte lucerna eius. Atque hi sunt poetici[4] modi loquendi poetis[5] familiares. Vocat ergo diem tenebrarum et caliginis, diem nubis et turbinis, tristia tempora et *diem adversitatis ac tribulationis.

Sicut mane expansum super montes.†

Similitudo est qua declarat potentiam venturi exercitus adversariorum. Aurora irretentibilis est, non est qui eam possit effugere, talis, inquit, futura est multitudo venturi hostis, cuius manum non poterimus effugere, sicut montes lumen solis orientis non possunt effugere, quin veniat super eos et declaret ac ostendat.

Sic et nobis cum Turca accidit.†† Graeci securi nihil periculi subesse putabant, tum statim venit Turca et subiugavit eos sibi.** Hoc est quod Paulus ait,††† cum dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Idem hodie nostri quoque egregie indicant, se ipsos consolaturi inquiunt, non veniet super nos, nihil poterit hostis adversarius praesente nobis domino. Bene quidem. Piis adest dominus, hos tuetur, hos eripit, impios non item.

Coram eo vorax ignis et post eum lucens flamma.

Hieronymus hunc textum ad locustas et

*) Incipit p. XI. MSCi. **) Turcae victoria.

1) tenebras, calamitatem et pericula. 2) germanica [...]erpretatio deest. 3) 31. [Editor Lutheri errorem cor[...]cit.]†††† 4) deest poetici. 5) poetis quoque.

†) Simili pingit futuram calamitatem. ††) Accomodatio ad nos et nostra tempora. †††) 1. Thess. 2. [...]†) Lux. Pax. Prov. 31. Tenebrae et caligo.

bruchos vult referre, sed male; ad Assyrios enim, vel ad hunc populum, qui Israhelem est destructurus, referri debet, id quod evidentissimi textus infra declarabunt.[1]

Sicut[2] primo capite metaphorice dixi accipiendum esse ignem,[3] ita et hic, q. d. sicut ignis vorat, consumit et in cineres redigit omnia, ita et iste populus super vos venturus perdet ac omnimode omnia destruet.

Sicut hortus Eden terra coram eo.†

Idem verbum est in Genesi, quando paradisum voluptatis describit Moses. Comparat hic vastitatem futuram cum florente terra, q. d. si conferas vastitatem sequentem cum praesenti copia, videntur iam omnia florere, abundare omnia; sed omnia parata sunt igni et vastitati, nihil remanebit, corruent omnia ac demolientur.[4] Sic nos quoque aedificamus splendide, multa congerimus, quae alii sunt destructuri, sicut et turris Babylonica splendide prius ac magnifice est aedificata, ut postea a domino destrueretur.†† Adeo etiam periit regnum Israhel, ut postea nunquam damnum sarcire potuerit, nunquam rursus surrexit, nunquam tam gloriosum factum est atque fuit antea;[5] non tam splendide aedificavit, non fuerunt eius tantae copiae, tantae opes, breviter inglorium mansit.* Id quod agit dominus cum omnibus regnis quae perdere vult et deiicere. Sic accidit Rhomae, Corintho, Mediolano, Hierosolymis etc.; quae civi-

*) Domino semel perdente aliquod regnum nunquam postea pristinas vires recipit.

1) Evidentissime textus infra declarabit. 2) Sicut igitur. 3) ignem esse. 4) peribunt. 5) deest: antea.

†) Vastitatem futuram varie inculcat. ††) Vide num haec adimpleta sint.

tates quantum floruerint non est obscurum et quibus opibus valuerint,[1] sed per dominum semel *destructae nunquam postea damnum resarcire potuerunt.[2] Hoc est quod ait propheta: Et post eum solitudo deserti.

Sicut aspectus equorum.

Per haec omnia fortitudinem venientis populi describit, quod sit velociter cursitaturus, fortiterque pugnaturus.

Sicut vox curruum super vertices montium exilient.

Id est: quibus non possit resisti, superiores evadent ubique. Et diserte addit: salient.† Quod verbum etiam est in psalmo: Montes exaltaverunt ut arietes, et colles sicut agni ovium, q. d. propheta: Tantum abest, ut vestram potentiam aut resistentiam timeant, quod et gavisuri sunt laetique aggressuri devastationem vestri Sie werden lecken prae gaudio. Sic enim proprie significat.

Ignis devorantis stipulam.

Hoc est, sicut stipula statim consumitur ab igne atque ita consumitur, ut nihil reliquum maneat, ita vos praeda eritis Assyrio aut Babyloniis.

A facie eius cruciabuntur populi.

A facie eius parturient populi, hoc est: non solum vos peribitis, sed et reliquae omnes regiones vobiscum devastabuntur per regnum illud Assyriorum. Hae omnes parturient, id est: an-

---

*) Incipit p. XII. MSCi.

---

1) floruerint et quibus opibus valuerint non est obscurum. 2) potuerunt resarcire.

---

†) Salient.

gustiabuntur, cruciabuntur.* Huius verbi[1] frequens est usus in scriptura, tractum enim est a dolore mulierum parturientium, quae cum partu laborant, nesciunt prae dolore an morituræ aut victurae sint; dolorem libenter fugerent, sed effugere non possunt.† Sic usus et Paulus ad Rho[2]: 8: omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc; et in psalmis frequenter legitur; significat autem angustiam et cruciatum in periculis, e quibus non licet evadere, quando nescias modum quo effugias.

Omnes vultus redigentur in ollam.

Hoc[3] quid sit mihi non satis constat. Eadem autem figura loquendi est fere in propheta Naum cap.** II.: facies omnium sicut nigredo ollae. Eius qui sic est interpretatus haec fuit sententia,*** ut fierent homines tam tristes et moerore confecti, ut pro tristitia atri et confecti incederent, sicut pullae vestes luctus indicia esse solent, sed haec sententia, quia in hebraeo aliter legitur, mihi

---

*) Parturire in scriptura. **) Locus ex cap. II. Naum. ***) Sententia Hieronymi.

---

1) verbi חיל.†† 2) Romanos.††† 3) Desunt omnia quae hic leguntur inde a: Hoc quid — ad: Sicut Gigantes current. Legitur plane contrarium in editione: Est mirabilis et aliena a nostro sermone figura, qua usus est etiam Naum. cap. 2. Fauces[4] omnium sicut nigredo ollae.†††† Hieronymus exponit, et mihi non displicet, ut sit sententia, ob ista mala sic conficientur Judaei, et moerebunt, ut tanquam ollae videantur pallere, seu nigricare,††††† Sicut enim in laetitia diffuso sanguine rubent homines, ita contra in moerore et tristitia contracto sanguine nigricans quidam pallor relinquitur. 4) Fauces lapsus est calami editoris. In Naum legitur, quod etiam MSC. recte denotat: facies.

---

†) Chol. ††) Dolor parturientium. †††) Rom. 8. ††††) Ollae. †††††) Nigricare.

non probatur. Sic enim est in hebraeo:. Omnes vultus congregabuntur olla. Ita et hic vellem sic intelligi locum, et haec mea est sententia, q. d.: Confregerunt populum meum, quasi carnes in olla, quae res etiam in Mose significata est in frustis carnium concidendis. Judaeis in hac re nihil est fidendum, qui linguam hebraeam integram iam non habent apud se. Quibus ergo placet Hieronymi sententia: congregabuntur in ollam, id est: ſie werden zuſchlagen ſein,* sicut carnes in frusta concidi et in ollam coniici solent, concidentur sicut in lebete, ut inquit Micheas,** hoc est: non poterunt effugere adversarii vim. Id enim omnino certum est, verbum congregandi hic esse in hebraeo. Sic enim legitur: congregabuntur in ollam, vel redigentur; es wirt in hauffen gehen. Atque ita erit metaphora sumpta a carnibus concisis et in ollam coniectis, similis fere phrasis est et in Esaia 3: Adprehendet vir fratrem suum, domesticum patris sui etc. Ruit enim Hierusalem, et Judas concidit etc.

Sicut Gygantes current.

Omnino non est de locustis intelligendum, sicut[1] intelligi vult Hieronymus, id quod et plerique alii textus infra indicabunt. Est autem sententia: fortissimi et bellicosissimi sunt hostes isti,[2] sine timore contra vos pugnabunt etc.[3]

Viri in viis suis gradientur.

Ex hebraeo*** sic lege: Unusquisque in viis suis gradietur. Viri† enim vocabulum in hebraeo signum est aliquando universale affirmativum, id

*) Incipit p. XIII. MSCi. **) Micheae 3. ***) איש hebraeo.

1) deest: sicut — Hieronymus. 2) et sine. 3) deest: etc.

†) Viri.

est: quilibet, sicut statim sequitur: Unusquisque fratrem suum non coartabit. Est ergo sententia: In viis suis gradientur, hoc est: perrumpent, et non erit qui resistat.

Et non declinabunt,

id est: Sie werden nicht fehelen.[1]

Sed et per fenestras cadent.

Mirum est, si recte sic sit translatum. Septuaginta interpretes[2] pro fenestra iaculum sunt interpretati. [3]Ego sic verto: Et pro iaculo corruent et non vulnerabuntur, q. d.: Deus fortunabit insultum inimicorum tuorum, ut etsi sint coram eis iacula tamen corruere[4] possint, ne pertingant eos iacula neque vulnerentur, ut frusta contra eos nervum intendatis cum iaculis vestris, quae in eos detorquebitis, egregie[5] poterunt elabi.

A facie eius contremuit terra.

Sonat hic textus quasi de iudicio extremo loquatur propheta, sed non est.* Haec autem est sententia prophetae, q. d.: terra turbabitur, stellae contrahent splendorem suum, quae omnia dicta sunt ad affectum patientium, quia morituris et sic in angustia constitutis omnia nigra, tristia et adversa videntur ac inimica.** Laetis vero etiam alioqui non satis iucunda, iucunda tamen sunt, qui etiam de stercore[6] aut quacunque vili re

*) nota. **) Prophetae ad adfectus eorum de quibus loquuntur sermonem adcommodant.

1) feilen.† 2) deest: interpretes; legitur: certe. [Editor abbreviatum vocabulum non recte legit.] 3) Quare ego sic verto: Cum irruent, non vulnerabuntur gladio vel iaculis, q. d. 4) tamen non vulnerabuntur, ut frustra contra eos nervum. 5) enim poterunt elabi. 6) deest: stercore aut.

†) Sic legitur in contextu collect. Ienens. non in editione.

gaudere possunt. In hoc ergo affectu loquitur propheta, quod etsi sol sit iucundissimus et splendidissimus, stellae clarissimae, tamen omnia videbuntur turbatissima.

Et dominus dedit vocem suam.

Haec† omnia, inquit, fient, non quia ipsi hostes tantum possint, non quia ipsi tantum valeant robore, sed quia *domini est voluntas, quia dominus voce sua terrebit nos, atque ita non poterimus persistere; non illis potentibus, sed nobis peccantibus, talia mala nos obruent. Id quod est maxime horrendum et terribile in quacunque adversitate, cum deus revelata conscientia peccati nos terret, sic territis cadit omnis[1] animus et fiducia, ut vel folium cadens nos terreat, sicut in principio capitis dixi.†† Alioqui si omnes diaboli in pium hominem caderent, nihil tamen contra eum praevalerent salva eius coram deo conscientia, si scit[2] deum adhuc sibi bene[3] velle, se[4] non deserturum etc.[5] sed quando dominus dat vocem suam,** wen[6] er vnß das hertz nimptt, ßo hat er guth mit vnß fechten, hic nemo poterit persistere.

Quoniam magnus dies domini.†††

Non est dies adversariorum tuorum, sed domini dies est, quamquam putent Assyrii suis

*) Incipit p. XIV. MSCi. **) Dominum dare vocem suam.

1) deest: omnis. 2) sciat. 3) bene sibi. 4) seque. 5) deest: etc. 6) deest germanica interpretatio, sed itur: et conturbat seu aufert animum, tum nemo potest :sistere.

†) Hostes non valent suo robore, sed domini volune. ††) Domino terrente cadit animus et fiducia. †) Dies domini non adversariorum.

viribus talia effici, sed vires domini sunt.* Hic mos est prophetis cum plagas huiusmodi describunt, ut omnia ab hominibus et ab hominum viribus ad deum et ad dei vires referant. Sic enim agit deus, vocem suam dat, qua perterrefacit conscientias eorum, quos perdere vult, et sic territos necesse est occumbere, quantae quantae sint eorum vires et arma etc. Idem agit dominus in omni victoria.† Hactenus plagam proposuit propheta, qua voluit eos ad poenitentiam revocare, ut sic resipiscentes praeveniant futurae cladi.

Sequitur altera pars capitis.

Convertimini ad me in toto corde.

Hactenus audivimus comminationem severam dei de futura persecutione et plaga. Subiicit iam consilium et consolatur eos, si[1] forte possit avertere vel saltem differre hanc plagam. Aversa autem non est, sed dilata. Sicut et in Abrahamo videmus, qui tanta vehementia pro Sodomorum salute oravit, ut etiam differret iudicium dei, sed nihil promovit, poenitere noluerunt. Itaque tandem venit super eos ira dei et ad unum omnes sunt extincti. Praescribit ergo hic propheta modum, quo huic malo possit occurri, sed populo

*) Sic vocat in Esaia dominus Assyrium virgam furoris suae.

1) desunt verba: si forte — sed dilata. Legitur: si forte in viam revocari se patiantur, et ita effugiant poenam. Non enim vult dominus mortem peccatoris, sed magis ut convertatur et vivat. Et ideo est longanimis et patiens, ut sit spatium poenitentiae. Sed qui nolunt in viam redire, his eo maior imminet poena, et cumulant sibi iram Frustra autem fuit haec admonitio apud Judaeos. No enim aversa, sed dilata tantum est poena. Sicut sq.

†) Hactenus futuras miserias praedixit nunc, ut illas effugiant, ad poenitentiam invitat.

tandem non perseverante,[1] secutum est iudicium dei, quod hic eis erat comminatus.

In toto corde vestro.*

Hebraismus est, id est: toto corde, in[2] enim abundat. Diserte ait: toto corde, non ficte, sed vere, sine omni hypocrisi. Tangit egregie hypocrisin et servilem illum hypocritarum† cultum dei, de quo est et in psalmo LXXVII.††: Cum occideret eos quaerebant eum et revertebantur etc. Cor autem eorum non **erat rectum cum eo etc. Simulant enim hypocritae tempore persecutionis poenitentiam, sed non recto corde aut integro.[3]

---

*) Cordis toti (sic) poenitentiam requirit. **) Incipit p. XV. MSCi.

---

1) obediente. 2) Mirum in modum editio ad vocabulum ‚enim' adnotationem addit: eum, quasi alteram lectionem, sed satis stulte. Abbreviatura libri manuscripti eadem est atque in centum aliis locis, ubi ‚enim' legendum est. ‚Eum' sensum omnem fugit. 3) Editio addit: Quanquam autem postea excludit hypocrisim, cum dicit: Scindite non vestes, sed corda, tamen hic quoque clare idem iubet. Dicit primum: convertimini, ergo requirit novitatem.††† Qui? Vos.†††† Hoc pronomen non partem aliquam hominis, aut externa corporalia opera vult mutari, sed totum hominem, ut incipiat sibi displicere, et odisse peccatum, deinde concipiat spem misericordiae, et credat deum gratis propter promissum semen ignoturum. Sicut hic non merita, non opera aspera aut acerba proponit, in quae confidamus, sed tantum misericordiam et clementiam Dei, quam in verbo et promissionibus suis nobis proposuit. Et insignis locus, quo cum papistae††††† pro merito operum utuntur, non vident, quam pugnent omnia contra merita et opera. Exigit enim veram poenitentiam, quae non est in ebrietate aut sed in fletu, lachrymis, ieiunio etc. Et tamen nudam ricordiam proponit, in qua sperent, et gratis se igno- n promittit.

---

†) Taxat hypocrisin. ††) Psal. 77. †††) Vera paeni- ††††) Vos. †††††) Papistarum caecitas.

In ieiunio et fletu etc.[1]

An etiam haec externa aliquid ad rem faciunt, an non sola cordis vera poenitentia satis est?† Maxime, sed per fructus arborem iudicamus. Postulat quidem ieiunia, fletum, planctum etc. sed praemittit, toto corde,* q. d. nisi ex recto corde procedant, hypocrisis sunt, et nihil valent, vera autem conuersio per externa illa signa postea[2] indicatur. Sic pulchre descripta est a spiritu sancto conversio, ut cor primum vere poeniteat, non[3] fucate, tandem etiam externo ostendat operibus istis fidei, quae nisi adsit, reliqua omnia nulla sunt, sicut et diserte adiicit propheta:

Scindite corda vestra et non etc.**

Diligenter hoc addit ad damnandam hypocrisin.†† Is mos fuit Judaeis, ut adflicti vel lugentes de re aliqua scinderent vestimenta, id quod ubique est cernere in sacris litteris, quo magnam[4] et vehementem animi commotionem significabant, sed tandem ex longo rei usu in hypocrisin degeneravit, sicut et apud nos mera hypocrisis facta est genuum[5] inflexio, processiones, quas vocant, et pleraque alia. Itaque corda vult scindi, non tantum vestes, q. d. soletis nonnunquam vestes scindere per hypocrisin et non corda.

---

*) Nisi cor rectum sit, reliqua omnia nihil valent.
**) Scissio vestimentorum apud Judaeos.

---

1) deest: etc. 2) deest: postea indicatur. Legitur: tanquam per notas agnoscitur. 3) deest: non fucate — propheta. Legitur: quod cum fit, sequuntur ista externa etiam. 4) magnum [error editoris]. 5) in libro MSCo. ir venitur lapsus calami: genuarum!

---

†) Verae conversionis notae. ††) Vestimentorum scissio.

Et convertimini ad dominum,

q. d.: Iste erit modus, si corde toto et vero veneritis, sic convertimini ad dominum, alioqui non fiet.

Quia benignus et misericors est etc.[1]

Benignus,[2] id quod rectius vocamus gratiosus, favens, gnedig.*

Misericors.† Vocabulum hebraeum[3] raom [רחם] proprie significat barmhertzig. Qui miseratur, hoc est condolet nobis de nostro lapsu.

Multae misericordiae. Rectius: beneficentiae, qui abundat iuuare omnes. Haec omnia sunt et in psalmo††: Miserator et misericors dominus, patiens et multae misericordiae** etc.

Praestabilis super malitia.

Hoc quid sit latine dictum, mihi non constat. In hebraeo autem sic est: quem facile poenitet mali, scilicet intentati,[4] er lest bald ab vom vnglück das er thunn wil. Haec phrasis††† passim[5] est in prophetis familiaris, ut in Hieremia††††: Si poenitentiam egerit regnum, agam et ego poenitentiam. Atque haec poenitentia saepe tribuitur deo, quando scilicet mutat sententiam de malo, quod inferre proposuerat.*** Est[6] autem sententia,**** quasi dicas: facilis est ad remittendum. Pulcherrimae[7] et ditissimae sunt hae promissiones atque amplissimae in hoc a spiritu sancto propositae, ut in tempore

---

*) Maxime consolatorius locus. **) Ps. LXXXV. ***) De comminationibus et consolationibus prophetae. ****) Incipit p. XVI. MSCi.

---

1) deest etc. 2) Benignus, חנון; ††††† 3) Ebraeis num. 4) deest germanica interpretatio. Sed legitur: eum poenitet irrogatae poenae. 5) deest passim. deest: Est autem — remittendum. 7) igitur et.

---

†) Misericors. ††) Psal. 144. Psal. 85. †††) Phrasis ata prophetis. ††††) Jerem 18. †††††) Chanun.

irae et furoris domini pusilla anima sive conscientia consolationem quaesitura ad eas recurrat,* eorum[1] recordetur, nam[2] mirum est hic cernere spiritus dei consilium, qui hactenus eo magis exaggeravit et auxit comminationem, ut remitteret eos ad bonitatem et misericordiam dei; per hoc indicans, iram[3] dei et furorem in salutem operari, ut peccatores sic per comminationes et iudicium dei territi resipiscant, et deum misericordem patrem adprehendant et agnoscant. In hoc enim adeo[4] terret peccatores, ut erigant[5] eorum corda in spe et misericordia dei. Atque hic mos est omnibus prophetis, quod primo vehementissimis et acerrimis comminationibus terrent, sed statim subiiciunt maximas et dulcissimas de misericordia et[6] bonitate dei promissiones. Sed[7] alius est effectus verbi utriusque (comminationum scilicet et promissionum) in piis quam in impiis.** Impii† enim neque promissionibus neque comminationibus recte utuntur. Audientes enim comminationes, non putant ad se[8] pertinere, sic[9] suae hypocrisi patrocinantur, atque ita perdurant in impietate, quam tamen summam putant esse pietatem. Ideo[10] non sunt etiam efficaces in eis tam

*) Mira spiritus dei bonitas, quae in hoc nos terret et damnat, ut salvet. **) Impii tam comminationibus quam prommissionibus dei abutuntur.

1) earumque meditatione se erigat. 2) deest: nam — cernere. Legitur: Utique cernitur hic mirabile spirtus sqq.†† 3) quod ira et furor dei non ad perdendum sed salvandum pertineat, ut sqq. 4) In hoc enim terrentur. 5) erigantur corda spe misericordiae dei. 6) deest: et bonitate. 7) deest: Sed alius — impii enim. Legitur: Sed impii neque sqq. 8) se eas. 9) sed. 10) deest: Ideo — Pii vero recte. Legitur: Deinde promissiones arripiunt, sed tam diu donec felices sunt. In calamitatibus autem desperant, quia non egit in eis radices verbum dei. Pii autem recte utuntur sqq.†††

†) Impii neque promissionibus neque comminationibus moventur. ††) Mirabile dei consilium. †††) Pii contra utroque genere recte utuntur.

amplissimae promissiones, quae non nisi contribulatos et contritos animos requirunt, id quia non fit in impiis per comminationes; non sunt etiam in eis efficaces promissiones.* Pii vero recte utuntur,[1] nam per iram dei et comminationem conteruntur in se et deiiciuntur, ferunt iudicium divinum, agnoscunt suum peccatum et damnationem. Ideo[2] auditis promissionibus ad misericordiam dei se convertunt, et sic rursum eriguntur, et pacatae fiunt eorum conscientiae. Impii durissimae sunt incudes, non moventur istis omnibus, nunquam[3] aliter egerunt, ideo frustra speramus hodie aliter acturos. Sed hic mos est deo optimo maximo, ut prius ad inferos ducat fideles suos quam reducat, tandem autem sic damnatos et territos reducit ac consolatur. **Sic hodie in nostris impiis idem egregie videmus. Principes[4] nostri, quam diu evangelium sanctum magni dei per Christi gratiam recepimus, nihil aliud egerunt quam quod obtorto collo deo sint adversati, nos cum iudicium dei et vindictam venturam praedicamus, ab ipsis irridemur, siquidem omnino impietatis alicuius argui no***lunt se[5] etiam maxime ab evangelio stare fingunt. Sic excaecati non moventur ullis comminationibus, et[6] differt interim deus iudicium suum quod[7] eis procul dubio intentavit iam dudum, differt, inquam, propter quosdam pios, ne et ipsi cum impiis pereant, et sic cedat in igno-

*) Pii omni verbo dei recte utuntur. **) Principes nostrorum temporum. ***) Incipit p. XVII. MSCi.

1) utuntur utraque doctrina. 2) Deinde. 3) nunquam consolatur deest. 4) Papa, episcopi, principes, nobiles, torto collo deo adversantur, nos igitur cum iudicium sqq. 5) deest: se etiam — Sic. Legitur: nolunt ac caecati. 6) desunt: et interim. Legitur: Differt autem us sqq. 7) deest quod — inquam. Pergitur: pter sqq.

miniam evangelio.† Quibus[1] piis sublatis sentient tandem iram dei et vindictam super se contemptores isti. Hoc est quod Esaias ait: Viri iusti colliguntur, et nemo consyderat. Absconditum enim est hoc domini consilium cur sensim pios colligat ad patres, tandem autem intelligitur etc.

Summe certe hic locus prophetae est notandus, est enim vel inter praecipuos hic unus.†† Deus non potest non eripere suos pios, quos terret suo iudicio, sed non sinit desperare. Statim enim consolatio sequitur, propter pios etiam solos consolatio subiicitur. Idem licet videre in omnibus prophetis, ut primum satis horrenda comminentur, postea vero suavissimas[2] subiiciant consolationes.* Nam, territis conscientiis et stupefactis, fecit suum officium verbum comminationis, ideo statim est erigendum cor, ut sic territum et conturbatum amplectatur misericordiam et bonitatem dei, quod cum fit, impiguantur rursum eius ossa.

Quis scit si convertatur et ignoscat.

Loquitur ad modum perterrefactae conscientiae,* quae vix tandem post adflictionem erigitur, et incipit respirare ad spem et dei bonitatem. Est[3] autem et hic non satis bene translatum; Germanice

*) Mos omnium prophetarum summe notandus. **) Vide quantum referat quibus verbis dicas aliquid. ***) Μίμησις adflictae conscientiae.

1) Sed piis sqq. 2) In MSCo. legitur: suasissimas, sed lapsus calami est. 3) deest: Est autem — velle nobis etc. Legitur: Porro est haec phrasis ebraica, quae non significat dubitationem, sed affirmationem cum voto, ut si dicam germanice: Er wird sich ob Gott wil/ noch wenden. Utrumque enim significat spem mutationis et votum Latine non ita bene reddi potest. Si enim dicas: Qui scit? dubitative sonat.

†) Propter pios differt deus iudicium suum. ††) Deus quos suo iudicio terruit rursus consolationis verbo erigit

sic dicimus: wer weyß, er mocht sich vombwenden, et poeniteat eum mali, id est, desinat a malo quod intenderat, non pergat male velle nobis etc.

Et faciat aliquas reliquias benedictionis suae post,

id est, non sic irascetur quin reliquias misericordiae ostendet, sic certe fit in contritis conscientiis, ut vel micam aliquam bonitatis et misericordiae dei desiderent.† Id quod adparet in muliercula Chananea, de qua in evangelio.†† Atque[1] ita consolatur se contrita et humiliata conscientia, norunt et intelligunt talia qui sunt experti. Ideo etiam[2] maxime rotundis et adpositis verbis usus est propheta, quae tamen dolendum est in nostris libris tam obscurissime esse translata; sic enim est in hebraeo: Et faciet aliquas reliquias benedictionis suae post (id est her naher),[3] ut scilicet non sit in eo mera ira[4] et indignatio, sed et ostendet specimen bonitatis et misericordiae.

Videmus hic qualis res sit conscientia, quam mordicus tueatur conceptam de[5] deo* spem ut et in summa desperatione, in maxima tribulatione et angustia apprehendat dei bonitatem,** bene adhuc de deo sperat,[6] ut maxime in omnibus creaturis iram dei cernat, ut maxime videat deum totum mundum perdere, tamen non desperat. Credit adhuc reliquam sibi esse misericordiam et reconciliationem. Et[7] hoc summe nobis notandum est, nam hic locus communissima vox est serviens

*) Incipit p. XVIII. MSCi. **) Conscientia adflicta.

1) deest: Atque — conscientia. 2) deest: etiam. deest germanica interpretatio. 4) Indignatio et ira. deest: de deo. 6) deest: ut max. in omm. cr. in dei nat. Pergitur: et ut maxime videat sqq. 7) deest: Et — Ideo. Pergitur: Debet sqq.

†) Insignis consolatio. ††) Matth. 15.

omnibus tentationibus. Ideo debet iste locus nobis esse commendatus, ut et in nostra tentatione quali[1] quali possimus eo uti etc. Porro addit:

Sacrificium et libamen domino[2] deo vestro.

Cohaerent haec cum praecedentibus in hunc modum: non usque adeo obliviscetur bonitatis suae deus,* quin reliquias aliquas faciat post, sacrificium scilicet et libamen domino deo vestro; hoc[3] est, ut adhuc sacrificemus et libemus domino, serviamus ei et annunciemus eius mirabilia etc. Idem est** quod in psalmo dicitur: quare tristis es, anima mea, et quare conturbas me, spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi etc. Item alibi: non moriar, sed vivam et narrabo opera domini. Sic et[4] in psalmo VI.† Miserere mei domine, quoniam infirmus sum etc. salvum me fac propter misericordiam tuam, quoniam non est in morte, qui memor sit tui, in inferno autem quis confitebitur tibi. Sed[5] tamen hae omnes sunt fluctuationes inter spem et desperationem. Est ergo sententia:*** Miserebitur nostri, remittet iram, benignam[6] ostendet nobis

*) Spiritualium tentationum exemplum. **) nota. ***) O dulcissimae consolationes.

1) deest: quali quali. 2) Legitur: domino etc. 3) deest: hoc est — quare tristis. Legitur: Utitur autem hic sicut infra quoque duabus certis sacrificii speciebus, ut significet se loqui non de sacrificiis Mosi†† (sic enim holocaustum, quod erat magnificentissimum, nominasset) sed de cultu mentis, hoc est, oratione et gratiarum actione, quae pii offerunt deo.

Nam cum adfliguntur, orant et cum liberantur gratias agunt, sicut haec duo etiam in psalmis coniunguntur: Invoca me in die tribulationis et eripiam te et tu honorificabis me. Item, quare tristis sqq. (ut supra.)

4) deest: et. 5) deest: Sed tamen — desperationem. 6) benignum ostendet se nobis dominus.

†) Psalm. 6. ††) Oblatio piorum. Oratio et gratiarum actio.

faciem dominus, agamus modo poenitentiam, non abiiciet nos, adprehendamus modo eius bonitatem. Erit aliquid reliqui misericordiae suae, non irascitur in perpetuum etc.[1]

Canite tuba in Sion, sanctificate ieiunium.

Loquitur[2] iam ipse propheta praescribens modum loquendi, et quomodo converti debeant, ut ubique videamus fidelem doctorem spiritus sancti, qui usque adeo nostram damnationem non vult, quod[3] et orationis et resipiscendi modum nobis praescribat, quae certe ingens est consolatio.

Egrediatur sponsus de cubili.

Exponit fere quid per ieiunium intellexerit, nempe, non tantum ciborum abstinentiam, sed et[4] ut abstinerent et temperarent sibi ab omnibus iucundis et delectabilibus. Et in hoc vocari vult senes, iuvenes, breviter totum populum, ut omnibus innotescat. Vide adfectum vehementem etiam in propheta, qui usque adeo cupierit populi sulutem.

---

1) deest: etc., sed pergitur: ut scilicet maneat sacrificium et libamen, hoc est, ut nobis suam commendet misericordiam, ac nos ei gratias agamus, laudemus, praedicemus, ornemus, eum etc. 2) deest: Loquitur — spiritus sancti. Legitur: Hic iam exponit libationis partem, et praescribit formam orationis.†) Commendat autem hic spiritus sanctus nobis suam misericordiam, qui usque sqq. 3) ut. 4) deest: et ut abstinerent — etiam in propheta. Legitur: sed ut tota mente in orationem incumbant relictis omnibus voluptatibus quae impedire animum, quominus ...io oret, possint. Porro non damnat hic nuptias, sed ...tionem seriam postulat, quam non vult impediri ulla ... Vides autem hic adfectum vehementem in propheta, ... sqq.

---

†) Oratio.

Inter vestibulum (porticum[1] templi)*
et altare plorent sacerdotes, ministri domini et dicant.

Sic docet eos orare.

Parce domine populo tuo.

Hic textus satis evidens est pro confirmanda mea sententia quam in princ**ipio capitis dixi, non loqui prophetam de locustis, sed de hostili exercitu vel Assyriorum vel Babyloniorum, qui sit vastaturus et perditurus totum regnum Israhel etc.[2]

Haereditatem tuam,
id est, populum tuum Israheliticum;

Nationes,
id est gentes,[3] quas tamen non exprimit.

Quare dicent in populis, ubi[4] est dominus eorum.***

Sic semper urgent† prophetae dominum per propriam suam gloriam. Et certe vehemens est et multum apud deum valens haec oratio,**** q. d. Quid tandem fiet, si nos omnes perdideris domine, res tibi cedet in contumeliam, tuae gloriae periculo fiet, erit enim res ista occasio gentibus incredulis blasphemandi contra populum tuum et sanctum suum

*) Sic recte legitur. **) Incipit p. XIX. MSCi. ***) ubi est deus eorum. ****) vehemens oratio.

1) deest parenthetica interpretatio lutherana. 2) deest: etc. Pergitur: Est autem hic etiam unus ex praecipuis huius prophetae locis. Sicut enim supra de poenitentia et misericordia dei docuit, ita et hic de oratione docet, quam sit efficax†† et deo grata. Manifeste enim significat, deum orantes non solum imminenti poena liberaturum, sed etiam cumulaturum omni genere bonorum. Hae saepe erant inculcanda populo in concionibus publici 3) deest: quas — exprimit. 4) Legitur: ubi etc.

†) Argumento gloriae suae urgendus Deus inter orandum. ††) oratio efficax.

verbum, wen wyr gleich all verderben, so wer es dyr eyn schand. Atque hac oratione certe urgetur deus. Id quod et scivit Moyses, qui domino perdituro Israhelem simili modo obiecit agi de sua gloria, quae sit periclitatura extincto sic populo isto quem sibi [1]elegerat, suumque[2] multis portentis et miraculis evidentissime declararat; sic enim ait Moyses Exod. XXXII.†: ne quaeso dicant Aegyptii, callide eduxit eos ut interficeret in montibus et deleret de terra etc. Et procul dubio parcit hodie nobis[3] contemptoribus evangelii, propter suam gloriam; alioqui iam dudum in nos animadvertisset.* Haec[4] non est vulgaris quaestio, sed dura satis,

*) Questio de reiectione Judaeorum etiam Paulo negotium fecit.

1) Elegerat sibi. 2) ac suum esse sqq. 3) nobis et non nobis solum, sed et cont. sqq. 4) Desunt omnia, quae in MSCo. sequuntur inde ab: Haec non — usque ad: Paulus argumentatur. Sed legitur: „Utile autem est hanc orationem diligenter expendi;†† nam nobis quoque forma orandi in omnibus periculis esse debebat. Initio dicit: Parce. Hic simpliciter confugit ad misericordiam et gratuitam remissionem peccatorum. Cui est parcendum? Populo tuo. Vide quomodo oratio seu fides orantis utatur promissione, et contra spem in spe speret.††† Primum enim caput satis ostendit, per comminationes qualis fuerit populus, et tamen fides, relicto spectro suae indignitatis, peccatorum suorum et meritae poenae, figit oculos in unam, puram, certam misericordiam, quam promissio ostendit. Nam si se confideret, qualis in se fit, dicet: Non sum populus dei, sed populus diaboli, qui deum offendi peccatis, cumulavi iram dei super me, nec agnoscit me deus pro populo suo, siquidem ego non agnovi ejus mandata. Sed fides abiicit hic indignitatem suam, et in gratiam vel promissionem intuetur. Qualis ualis sum, inquit, tamen deus, promisit se fore mihi ɔum, me fore sibi populum. Domine igitur, memineris

†) Exod. 32. ††) Haec orationis forma imitanda ɔbis. †††) Fides nititur promissione.

quae etiam multum negotii fecit apostolo Paulo, ut in ea tractanda quatuor capita vix sufficiant, ut est cernere in Rhomanis, et tamen adhuc satis frigide rem solvit, neque omnino satisfecit. Tandem putat, se egregie absolvisse, inquit, non omnino repulit deus populum suum, nam et ego Israhelita sum etc. Egregia scilicet solutio. Ideo in ea solvenda nos longe erimus inferiores. Deus percutit populum suum, ita tamen, ne dicant gentes: ubi est deus eorum; quamvis etiam minima populi pars servetur, sicut et Paulus argumentatur.

Zelatus est dominus super terram suam etc.

Quae iam sequuntur† omnia legenda sunt per verba coniunctiva sive optativa, sicut et in Ozea idem erat faciundum, sicque erit sententia:

---

verbi tui, parce populo tuo. Nec id solum, sed haereditati tuae.

Hic amplius urget promissionem. Sumus haereditas et pars tua, quam tu tibi delegisti. Certe non dissenties a te, non revocabis verbum tuum. Quem enim alium habebis populum, si nos abieceris? Sumus portio et haereditas tua, quam tu excoluisti lege tua,†† cultu tuo. Sines ne nos a gentibus possideri?††† Sines ne tuum tibi eripi ab iis, qui te blasphemant, oderunt, criminantur, persequuntur? Considera igitur primum tuum periculum, quod tua haereditas tibi peribit. Deinde etiam tuam gloriam. Nullus enim alius populus est, qui nomen et cultum tuum habeat. Si igitur nos abieceris, non solum de nobis actum erit, sed etiam de tua gloria. Colligent enim ex nostra ruina, doctrinam et cultum hunc fuisse vanum, immo te nihil esse nisi vanum nomen, si quidem passus sis nos, qui soli tuum verbum habuimus et nomen tuum confessi sumus. Contra idola gentium interire et quidem ab idolatris, gentibus et impiis interire. Glorificabunt igitur sua idola contra te, ac dicent, te esse nihil, sua idola esse verum numen etc.“

---

†) Promittit agentibus poenitentiam liberationem etc.
††) I. †††) II.

Si* sic humiliaveritis vos et conversi fueritis ad dominum toto corde, sicque oraveritis: Parce domine etc.[1] tum verum fiet quod dico.** Loquitur autem per modum praeteriti quasi iam fecerit dominus, et tamen significat fore; q. d. si sic oraretis et converteremini, ita fieret.*** [2]Zelaret dominus super terram suam, et parceret populo suo, responderet et diceret etc. Atque ita admonet eos veritatis dei q. d.: Experientia tan****dem disceremini[3] dominum resipuisse, et vobis bene velle etc. quando mitteret vobis frumentum et vinum et oleum etc.

Et eum qui ab aquilone est.

Et[4] hunc textum de locustis intellexerunt,† sed male; nam de veniente rege loquitur, quem dicit se prohibiturum esse, ne possit eis nocere, modo resipiscant,[5] q. d. wert yr from seyn, so wil ich dem Assyrio wol weren.

In terram sitientem et inviam etc.

Valde torquetur hic Hieronymus. Mea sententia, ut dixi, est, quod coniunctive sit intelligendum. Hieronymus[6] simpliciter indicative ex-

*) Mos propheticus. **) nota. ***) Idem vides et psal.: 89; ubi orat: convertere, domine, usque quo etc. Statim subiicit: Repleti sumus mane misericordia tua; q. d. si conversus fueris ad nos, tunc replebimur etc. ****) Incipit p. XX. MSCi.

1) deest: etc. 2) ut celaret. 3) Disceretis, dominum vobis bene velle, quando sqq. 4) deest: et. 5) deest germanica interpretatio. Legitur: Omnino autem existimo l---i cum de Sennaherib Assyrio, de quo Esa. 36 et 37 †† n libris Regum. 6) Sed Hieronymus quoque etsi cative exponit, tamen intelligit de fuso Sennaherib sqq.

†) Haec de adventu regis non locustis intelligenda. Esaia 36 et 37.

ponit producens historiam de occiso Sennacherib et centum octoginta quinque milibus occisis ab angelo in castris Assyriorum. Esa: XXXVII.† Sed[1] quam historiam dabis mihi de foetore isto et putredine, quam statim subiicit hic propheta Johel. Sed nos quia usum et consuetudinem hebraeae linguae ignoramus, nec possunt etiam ista ex grammaticis peti, sicut et in aliis linguis sunt pleraque, ideo nobis est divinandum; tum quando haec dicebantur optime intelligebantur a Judaeis. Meo ergo iudicio haec est sententia, q. d. Confidite tamen, redite ad cor, resipiscite tantum, faxo ego, ne obruamini ab Assyrio. Est enim in manu mea, **ich wil in wol hin werffen wu ich hin wil. das eyn stuck hie faul wirt das ander dortt.** Sic et intelligemus quae sequuntur.

Faciem eius contra mare orientale etc.[2]

Anterius mare vocat mare mortuum. Mare novissimum sive occidentale vocat mare mediterraneum, inter utrumque situm est regnum Judaeae. Est ergo sententia: Si conversi fueritis, compescam Assyrium, ita disperdam ut partem unam in mare mortuum, partem alteram in mare magnum coniiciatur, et sic tabefiat et in terra consumatur. Haec mihi simplicissima videtur esse sententia.

Quia superbe egit.

Quod[3] si liceret mihi hic hebraicari, ego

1) Desunt omnia, quae in MSCo. leguntur a: sed quam — ad finem loci: quae sequuntur. 2) deest: etc. — usque ad finem: videtur esse sententia. Legitur: Sententia simplicissime est accipienda, q. d. dissipabo regem una cum suo exercitu huc illuc, ut occidantur et con putrescant. 3) Desunt omnia, quae in MSCo. leguntu Verba editionis haec sunt: Est plena consolationis sen

†) Esaiae 37.

libenter hoc ad dominum, non ad Assyrium referrem. Sic est in hebraeo: Quoniam magnificavit facere. Nam omnino eadem est vox quae statim in altero versu sequitur, ubi a nostro interprete etiam sic est reddita: quoniam magnificavit dominus ut faceret. Est et eadem vox in psalmo 125†: Magnificavit dominus facere nobiscum. Et sic esset sententia: Dominus magnifice furiet, **er wirt etwas tapffers dar bey thun.**

Noli timere terra.

q. d.: Si vos poenitueritis†† et conversi fueritis ad dominum, magnifice aget pro vobis dominus, nihil poterit adversarius exercitus contra vos, damnum omne resarciet dominus, abundabitis rursum omni copia vini, olei, animalibus, quae omnia per locustas[1] antea sunt devastata, sicut subiicit.

Nolite timere animalia re*gionis.

Sicut supra comminatus est internitiem et devastationem terrae, hominibus, iumentis, ita iam rursum per ordinem omnes consolatur, non fore ut intereant, modo agant poenitentiam, latura esse omnia uberem fructum etc.

---

*) incipit p. XXI. MSCi.

---

tentia, sed non ita bene reddita. Nam sic fere legitur in Ebraeo: Computrescat et foetebit, quia superbe egit; sed noli timere, o terra. Nam dominus quoque potest superbe agere. Est enim vocabulum††† quo usus est psalmus 125: Magnificabit dominus facere nobiscum. :o haec promissio eo pertinet ut sciant regnum hoc diu duraturum, donec Christus veniat.

1) per hostes.

---

†) Psal. 125. ††) Poenitentibus promittit liberatio-ı. †††) Psal. 125.

Speciosa deserti.

[1]Idem est vocabulum, quod supra in I. cap. habuimus, quando ignis comedit speciosa deserti, id est: mapalia, tuguria. Sicut ergo supra dixit, igni consumpta esse mapalia, ita iam dicit germinatura, lignum allaturum fructum suum, resipiscant modo.

Ficus et vinea dederunt virtutem suam.[2]

Hebraicus modus loquendi est, virtutem* suam, id est†: facultates suas, hoc est: arbores dabunt et producent hoc quod in virtute sua habent, cuius verbi usus est etiam in psalmo[3] 77: Breviter significat, eos copiosum et plenum fructum rerum omnium accepturos esse; virtutem enim illam efficientem et energiam in arboribus significat.

Et filii[4] Sion etc.

Filii legendum est, non filiae.

Quia dedit vobis doctorem iustitiae.**

Hebraica ista vox magnam facit in translatoribus varietatem. [5],More'†† enim hebraeis et doctorem et imbrem significat, id quod hic in uno versu Johelis videre licet, ubi idem vocabulum versum est per vocabulum et doctoris et imbris. Ideo nos hic etiam non de doctore intelligemus, sed de[6] imbre, sicque vertemus: quia dabit vobis imbrem misericorditer.*** Caeterum vocabulum iustitiae, quod hic est, pulchre vertitur per voca-

---

*) virtus. **) doctor iustitiae. ***) imber misericordiae.

---

1) נְאוֹת. Idem sqq.††† 2) deest: suam. 3) psalm. 77.†††† 4) filiae. 5) מורה. 6) deest: de.

---

†) virtus arborum. ††) Moreh. †††) Neoth. ††††) Psal. 77.

bulum clementiae vel misericordiae, sicut et in psalmo† versum est: Hic accipiet benedictionem a domino, et misericordiam a deo salutari suo. Ita nos hic adverbialiter[1] accipiemus, misericorditer dabit vobis imbrem.

Et descendere faciet ad vos imbrem serotinum et matutinum.

Celebrati sunt in sacris literis duo isti imbres, uterque enim maxime est necessarius, q. d.: Dabit vobis dominus pluvias per vices. Pluvia matutina dabit, ut crescant sementa.[2] ††Et serotinum,[3] ne nimia ariditate consumptae marescant fruges etc. Procul dubio enim misericordiae divinae sunt isti imbres, ne scilicet nimia sit humiditas terrae, neque etiam nimia ariditas.

Et implebuntur areae frumento.

Videmus interpretem ipsum variasse verba, iam enim in praeterito, iam in futuro transtulit, ut sibi constet nostra sententia, quam supra diximus, coniunctive verba ista omnia esse legenda. Sunt autem hae omnes explicationes copiosae promissionis.

Reddam vobis annos quos co[medit].

Hoc est: Restituet vobis dominus copiose ea omnia, quae a locustis sunt devorata et vastata, sarciet damnum acceptum idque affatim.

---

1) צדקה.††† 2) Semina iam primum in terram coniecta. Nam ille matutinus imber dicitur, qui sationem sequitur. 3) Et serotinam, ne adultae iam segetes nimia litate consumptae marcescant. Pulchre autem miserilia divinae isti imbres dicuntur. (Caetera quae in Co. leguntur in editione desunt.)

---

†) Psal. 24. ††) Imber matutinus, serotinus. †††) Zah.

Fortitudo mea magna.

[1]Eadem est hic[2] vox quae supra est translata per vocabulum virtutis. Ego[3] in accu- *sativo accipio, quamvis non laborem utut accipiatis; modo rectam sententiam capiatis, quo voluerit hic referre propheta. Sic autem dicit: Reddam vobis virtutem meam, hoc est, facultatem meam ditissimam mittam in vos ut abundetis copia rerum omnium, et haec erit fortitudo mea magna; ut scilicet fortitudinem non ad locustas referamus, sed ad divinam benedictionem. Id quia non fecit Hieronymus, sed retulit ad locustas, ideo hallucinatus est.

Et non confundetur populus meus in sempiternum.**

Hac forma loquendi uti solent omnes prophetae, usus est et Moyses, et sonant verba quasi generatio ista Judaeorum perpetua sit futura et gloriosa, sed non est haec sententia. In sempiternum† enim sive in aeternum apud Judaeos significat tempus incertum.[4] Et[5] est omnino sententia q. d. **vnd meyn folck sal nicht meher zuschanden werden.** Idem frequenter videmus in scriptura. Sic est etiam in libro regum et passim alibi. Ceterum quod nos legimus:

---

*) incipit p. XXII. MSCi. **) in sempiternum.

---

1) חיל.†† 2) deest: hic. 3) Omnia quae in MSCo. sequuntur in editione desunt ab: Ego — hallucinatus est. Legitur: Placet mihi quod Hieronymus refert ad locustas, seu exercitum hostilem, ut sit sententia, locustae et bruchi illi, qui erant meus exercitus, sicut Graeci quoqu δυνάμεις vocant exercitus. Sic autem dicit. 4) tempu finitum, licet durans et longum. 5) Quae sequuntur: E est — alibi in editione desunt.

---

†) In sempiternum. ††) Chil.

Et non est amplius,

ex hebraeo est legendum: Et non est ultra alius praeter me.* Atque hactenus prophetavit de temporali illa perditione populi, collapsura esse omnia si non poenituerint, sicut nec poenituerunt, restituturum autem deum omnia, si poeniteant, abundaturos eos esse omnium rerum ubertate et copia. Quo ostendit propheta misericordiam et bonitatem dei, qui magis velit vitam peccatoris et conversionem quam mortem.

Et erit, post haec effundam[1] spiritum meum.

Hic incipit recta prophetia, quae plane a superioribus est separanda. Est autem tractata a Petro Act. 2.† Primum autem est dicendum de transitione** prophetae,†† quae non intellecta vehementer offendit lectores prophetarum.*** Hic enim est mos prophetis,††† cum prophetiam suam, ad quam erant missi, nunciaverunt, dimittunt[2] hoc quod interim post revelatam prophetiam factum est, et statim de Christo pergunt prophetare. Licet enim omnes prophetae ad temporalem aliquam poenam nunciandam missi sunt, tamen semper etiam de Christo annectebant.[3] Idem[4] hic egit propheta Johel, qui mox transit a populo Judaeorum ad futurum populum Christi, omissis interim omnibus iis quae gesta sunt post annunciatam prophetiam de devastando[5] universo Isra-

*) Epilogus superiorum. **) de transitione prophetarum. ***) nota.

1) deest: effundam — meum. 2) obmittunt. 3) pro-ıones addunt. 4) Sicut hic videmus in Joele qui sqq. 5) deest: universo Israhele. Legitur: de de-ındo populo per Assyrium.

†) Actor. 2. ††) transitio prophetae. †††) Consuetudo ıetica.

hele. Itaque plane incipit hic novam prophetiam, et[1] sic, cum inquit ‚Post haec‘, non est referendum ad Assyriorum devastationem, sed hic mos est prophetarum, ut omittant historias aliquas quae gesta sunt, et pergunt alia longe post futura annunciare; longe enim post facta est illa spiritus sancti revelatio, de qua hic prophetat.

*Effundam spiritum meum super omnem carnem.

Bipharium † effunditur spiritus sanctus, manifesta[2] visione seu revelatione, et occulta inspiratione.** De spiritu igitur sancto manifeste effuso et revelato manifestisque signis confirmato hic loquitur.[3] Desinit hic loqui de synagoga*** veteri Judaeorum et de populo synagogae,†† cuius certi erant reges a deo instituti et principes, certus levitarum ordo a Mose institutus, penes quos erat officium docendi. Erat ibi respectus quidam personarum. Longe vero aliter, inquit propheta, in novo illo populo,**** nullus erit ibi respectus personarum, singulis enim dabitur auctoritas do-

---

*) incipit p. XXIII. MSCi. **) Duplex revelatio spiritus. ***) synagoga. ****) nova ecclesia.

---

1) quare particula post haec est referenda ad Assyriorum devastationem seu ordinem rerum, sed simpliciter ad ordinem temporis, quod haec sint secutura, ista praecessura. (Omnia quae in MSCo. leguntur hic desunt.) 2) primo occulto modo per verbum, occulta inspiratione. Deinde manifesta visione seu revelatione. 3) Pergitur: hoc est de revelatione, quae est facta in die pentecostes. Primum autem hic observabis prophetam tollere legem, regnum et populum veterem, qui erat distributus in certas tribus et ordines. In tribu Juda erant principes; in tribu Levi sacerdotes, qui in publico erant docendi officio. Hoc discrimem primum tollit propheta, et dicit Longe aliter in novo illo populo fore, nullus erit sqq.

---

†) Bifariam effunditur Spiritus sanctus. ††) Sublat lex. Principes Iuda. Sacerdotes Levi.

cendi,[1] praedicandi, non per hominem neque ab homine, sed per deum divinitus, non erit ordo aliquis, sicut in veteri populo, eorum penes quos solos sit officium sacerdotale, sed effundetur spiritus super omnem carnem, omnes erunt doctores et sacerdotes dei. Et ergo maxime oportebat hoc regnum, plane diversum ab illo priori manifestis signis instituti et confirmari, et aperta spiritus revelatione seu effusione, siquidem occulta spiritus revelatio et in synagoga erat. Huc quadrant et referendi sunt loci qui passim in prophetis leguntur et in scriptis apostolorum, ut cum Hieremias† ait*: Dabo[2] meam in visceribus eorum, et in corda eorum scribam, et ero eis in deum, et ipsi erunt mihi in populum; omnes enim cognoscent me a minimo usque ad maximum. Item Esaiae LIIII.††: Universos filios tuos faciam doctos a domino. Ioann: VI.†††: Erunt omnes θεοδίδακτοι etc. Atque id impletum est die Pentecostes.

Revelato igitur[3] evangelio et omnibus finibus terrae per apostolos palam facto, sic[4] enim erat prophetatum in psalmo: cessaverunt[5] iam haec signa,** quia non iam dubitatur†††† de evangelica veritate, quae tam apertis et visibilibus signis confirmata est tum cum opus erat, cum adhuc nova erat praedicatio illa. Ideo non sunt iam a nobis requirenda signa pro verbi confirmatione, quod iam antea tam evidenter est confirmatum et mundo exhibitum. Signa quae dat deus non

*) Hieremias 13. **) signa.

1) autoritas spiritus sancti, non per sqq. 2) Legem ...m. (Sic recte.) 3) Rev. autem iam ev. 4) Sicut ... proph. 5) cess. signa ista.

†) Jerem. 13. ††) Esaia 54. †††) Johan. 6. ††††) Duratio et usus.

propter unum hominem dat, sed ad utilitatem multorum, sicut inquit Apostolus Paulus in Corinth*: Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem. Tu non opus habes manifestatione spiritus, sed alii. Itaque nugae sunt, quae nostris temporibus fingunt sibi prophetae nostri de suis signis.†

Est itaque haec prophetia Johelis de spiritu sancto palam revelando, nam semper a principio mundi, id quod negari non potest, fuit spiritus sanctus in piis. Sed** non est palam[1] manifestatus.

Super omnem carnem.

[2]Effusio illa spiritus facta quidem est super omnem carnem, sed donum ipsum non item. Omnis enim mundus ostensionem illam spiritus sancti vidit[3] in apostolis, quando docebant et praedicabant evangelium. Donum autem ad omnes non pervenit. Nam eodem modo loquitur et Esaias††: Et videbit, inquit, omnis caro salutare dei nostri. Et Symeon in cantico suo: quod parasti ante faciem omnium populorum. Hoc est: Christus paratus est, revelatus est, positus est spectandus[4] omni carni. Et sic in novo testamento[5] diffusus est in corda piorum spiritus sanctus, et tamen etiam palam declaratus evidentissimis signis pro verbi confirmatione. Ideo[6] non

*) 1. Corinth. XII. **) incipit p. XXIV. MSCi.

1) palam ita copiose m. 2) Quidam hunc locum sic exponunt, et non male, quod effusio sqq.††† 3) in apostolis vidit. 4) exspectandus. 5) Et sic in nov. test. spiritus sanctus iam declaratus est evidentissimis sqq. 6) Ac valet hic locus contra fanaticos, qui sui erroris patrocinium ex hoc loco petunt sqq.

†) In sectarios. ††) Esaiae 40. Luc. 3. Luc. 2 †††) Ut locum hunc quidam acceperint.

est, quod nostri prophetae sui erroris patrocinium† ex hoc textu petant, cum dicunt se spiritum sanctum habere,[1] et oportere quenquam spiritum sanctum sentire, qui tamen spiritum nondum declararunt.* Quibus sic est respondendum: Non satis est habere spiritum infusum, siquidem hoc tibi soli prodest, sed ostensio et effusio spiritus est manifestanda et palam declaranda, ut omnis caro videat, quod cum non possint, sicut nunquam poterunt nostri[2] prophetae, maneant nobiscum discipuli sacrae scripturae, qui iam aliam spiritus sancti revelationem non habemus quam scripturam sacram, et non insinuant novum quoddam doctrinae genus, quod se spiritu sancto auctore instituere fingunt.†† Christus enim instituturus novum praedicandi genus non aget id[3] in tenebris aut in corde unius aut alterius cuiusdam hominis, sed aperto signo declarabit, ne possit de eo dubitari, id quod in promulgatione novi illius regni, de quo hic prophetatur, praestitit. De quo et gloriatur Petrus** cum inquit: Misso de caelis spiritu sancto etc.[4]

---

*) Contra prophetas nostrorum temporum. **) 1. Petri 1.

---

1) secundum promissionem Johelis. Sed homines dementati non vident, prophetam loqui de manifesta spiritus effusione, ipsi autem spiritum suum nondum declararunt. Quare sic eis est respondendum, quod non satis est dicere, habere se spiritum infusum sqq. 2) deest: nostri prophetae. 3) deest: id. 4) Sed haec††† sententia quanquam non mala est, non tamen propria est huius loci, sed catachresis quaedam. Quare nos simplicius accipiamus, quod propheta voluit significare, quod llum sit futurum discrimen personarum, sed deum ıpliciter super omnem carnem, id est, omnes credentes,

---

†) Refutatio iactantium spiritus infusionem. ††) Scrip-ı revelatio spiritus sancti. †††) Germana huius loci -ositio.

Et prophetabunt filii vestri.

Hoc est, quod supra dixi. In hoc regno non erit differentia aliqua personarum, non solum erunt[1] prophetae sacerdotes et Levitae ut antea, sed indifferenter prophetabunt et docebunt tam filii quam filiae. †Tria[2] hic genera divinae illustrationis[3] ponit: primo*†† prophetiam, quae est, ubi clare et rotunde dicitur[4] mysterium Christi,[5] sive gratia per Christum mundo exhibita, ut quando Hieremias ait: Dabo legem meam in visceribus eorum; et quando Paulus aut alii Apostoli evidenter scripturam interpretatur,[6] haec interpretatio est prophetia. Secundo somnia** sunt, ubi quaedam imagines††† adumbrantur,[7] quae tamen interprete spiritu intelliguntur, ita ut nihil dubitent ii, qui talia[8] viderunt quin dei sint. Tertio visiones***†††† sunt[9] spectra quaedam, ut quando Johel vidit locustas et erucas et bruchos; quando Esaias vidit gloriam domini super templum etc.[10]

Sed et super servos et ancillas.

Pronomen meos non est in hebraeo. Est

*) prophetia. **) Somnia. ***) visiones.

---

cuiuscunque loci conditionis ordinis fuerint, effusurum spiritum sanctum, ut primum hoc modo sacerdotium significet abolendum esse. Deinde ut ostendat peccatoribus, et iis, qui caro sunt, promitti spiritum sanctum, hoc est, gratuitam remissionem peccatorum.

1) erunt certi ordines prophetarum et sacerdotum, ut antea, sed indifferenter prophetabunt tam filii quam filiae. 2) Tria autem hic. 3) Revelationis. 4) praedicatur. 5) hoc est gratia sqq. 6) interpretantur. 7) in somnis offeruntur. 8) qui eas viderint. 9) sunt, quae oculis subiiciuntur, habent enim certam analogiam, cum rebus consentientem, ut quando sqq. 10) deest: etc.

†) Tria genera revelationis divinae. ††) I. prophetia. †††) II. Imagines in somniis. ††††) III. Visiones.

autem sententia, q. d.: Differentia iam est *servorum et ancillarum.[1] Ego vero hanc cessare faciam, erunt enim et servi et ancillae prophetae.** Qui locus evidentissimus est contra papisticum illud larvale sacerdotium, in quo non quosvis sacerdotes esse volunt sed respectus est personarum. Christus autem fideles suos omnes fore dicit sacerdotes. Nam quid aliud requirit sacerdotium nisi annunciationem operum et verbi dei. Hanc, nemo negare potest, hic omnibus Christianis concedi, siquidem Christus sine omni discrimine personarum dicit se daturum spiritum sanctum, et filiis et filiabus, servis et ancillis etc.

Et dabo prodigia in coelo.†

Hoc est, dabo spiritum meum ita, ut confir-

*) incipit p. XXV. MSCi. **) Christiani omnes sunt sacerdotes.

1) Sunt iam infimus ordo huius populi, et contemptissima portio reipublicae. Ego igitur stulta et egena mundi eligam, et faciam, ut et servi et ancillae sint prophetae. Hic locus egregie valet contra larvas papisticas, hoc est, contra illam superbiam, qua papistici sacerdotes se praeferunt communi Christianorum ordini, nam quod promittitur hic deum uncturum suo spiritu servos et servas, multo est praestantior haec et melior unctio, quam illa episcoporum.†† Non autem haec sic accipienda sunt quod damnemus officium docendi et administrandi in ecclesia, illud enim necessarium est, et est servandus ordo, ut sint certi homines, qui id faciant, ne fiat ἀταξία. Sed tamen officium id non facit eos meliores reliquis credentibus.††† Non ideo habent alium Christum, aliud baptisma, aliud sacramentum. Et quanquam officium sit certarum personarum, tamen Christus fideles suos omnes dicit sacerdotes, qui orent. Verbum exerant pro se et fratribus ac sacrificent sua corpora per ucem, quod est sacrificium laudis. Haec vera sacerdotis ficia singuli baptizati habemus. [Omnia quae in MSCo. guntur usque ad finem loci desunt in editione.]

†) Signorum usus. ††) Docendi officium non damandum. †††) Christiani omnes sacerdotes.

maturus sim evidentissimis et satis firmis testimoniis, signis[1] scilicet, ut quilibet[2] non dubitare possit. Atque hoc textu prophetas* nostros† diu[3] morabimur; non[4] credemus eorum spiritui, nisi et ipsi manifesta signa et prodigia ostendant, spiritus praesentiam confirmaturi, id[5] quod nunquam fiet.

Dedit ergo ista signa deus et in coelo et in terra ut declararet novum illud regnum suum mundo testificantibus de eo omnibus creaturis, non enim ludit aut in tenebris agit deus promulgaturus verbum aliquod novum. Sic et in promulgatione legis†† scimus quantis portentis[6] et signis satis horrendis confirmarit, nempe igne, fumo, tonitruis, grandine, ingenti tubarum sonitu etc. Quae omnia, sicut et ista de quibus hic prophetatur, in hoc facta sunt[7] in certificationem conscientiarum, ne ullo modo possent dubitarent (sic!) sed omnino certissimae redderentur, esse verbum dei de[8] quo audirent.[9] Atque ita est sententia, q. d.: Es sol sich himmel und erd regen oriente evangelio, ut testi-

*) cum spiritum suum non poterunt ostendere omni carni prophetae nostri, non credemus eis.

---

1) figuris. 2) ut nemo dub. p. 3) nostros videmus confundi. 4) non enim. 5) deest: id — fiet. Legitur: quem sic iactant. 6) miraculis et signis novam doctrinam confirmarit. 7) facta sunt, ne conscientiae possent dubitare, sed omnino sqq. 8) quod aud. 9) deest: Atque ita — pseudoprophetis. Legitur: Magis autem in promulgatione evangelii††† tali signorum et miraculorum apparatu et pompa fuit opus. Non ideo solum, quod lex divinitus per Mosen lata, cum omni cultu esset abolenda, de quo cultu tantas et tam magnificas habebant promissiones, sed etiam quod tantae res gererentur per obscuros et contemptos homines, quibus se totus populus, et praecipue ii, qui in populo erant summi, oppositurі erant. Ideo dicit propheta, ut eo tutius novae praedicationi et miseris piscatoribus credere possitis, faciam ut coelum

†) Novi prophetae sine signis explodendi. ††) lex signis confirmata. †††) Evangelium signis etc.

ficetur omnis creatura, verba dei esse. Id quod non faciet pseudoprophetis, † siquidem non testificabitur Deus contra suum verbum antea semel tam magnifice mundo tam variis miraculis exhibitum.

Sanguinem et ignem et vaporem fumi.

Non satis scio, ubi facta sint signa illa omnia, neque satis scio an scriptum sit, omnia esse facta.

Ignem.††

Id procul dubio quando ignis de coelo venit, et adparuerunt in apostolis die πεντηκοστῆς dispartitae[1] linguae tanquam ignis, ut scribit Lucas in actis,††† ubi veresimile est etiam fuisse fumum, quo signo non hic solum sed et postea spiritus sanctus se evidenter declarabat, sicut est in actorum[2] cap. X.††††: Cecidit spiritus sanctus super omnes, qui audiebant verbum. Id quod visibiliter factum esse nemo negat, siquidem statim sequitur: Et obstupuerunt ex circumcisione fideles. Itaque veresimile est et tum per ignem sese ostendisse spiritum sanctum; sicut Petrus ait: Hi *spiritum sanctum acceperunt quemadmodum[3] nos.

Sanguinem.

Nescio an eo modo loquatur et accipiat sanguinem††††† sicut accipit[4] in sequenti versu. Ego

*) incipit p. XXVI. MSCi.

et terra commoveantur et nova miracula magno numero ebeant. Pseudoprophetae vera miracula non faciunt, iidem sqq.

1) dispertitae. 2) Actis 10. 3) et nos. 4) accepit.

†) Pseudoprophetae. ††) Ignis. †††) Act. 2. †) Act. 10. †††††) Sanguis.

enim libenter hic interpretarer sanguinem pro rubore, id quod et hebraica vox[1] patitur. Sicut est Genesis 49†: In sanguine uvae pallium suum. Et Deutero: XXXII.††: Sanguinem uvae biberent meracissimum, id est rubellum,††† de electissimis uvis. Ita hic[2] quoque significare puto (quamvis non satis certus sim) nam quod pro signo isto statuere volumus sanguinem Christi et martyrum effusum in terram ut quidam faciunt, nimium audax†††† et detortum mihi videtur. Qui ea signa referre vult ad diem extremum iudicii, ille me non repugnante faciet, sicut et Christus praedixit de signis praecedentibus iudicii diem, Lucae XIX.††††† Ego vero[3] simpliciter relatum vellem ad tempus missi spiritus, quod scilicet ea omnia signa comitata sint spiritum sanctum missum die pentecostes. Et quod dies ille magnus sit dies revelati evangelii.†††††† Scimus enim solem obscuratum esse tempore passionis Christi et alia multa[4] fortassis signa facta sunt quae tamen ab evangelistis non sunt scripta.

Luna in sanguinem.

Phrasis est hebraica, id est: sanguinea facta est; similis facta est sanguini. Sicut et in Apocalypsi* similis est loquendi modus: sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, et luna tota facta

*) Apoca: VI.

---

1) vox דם·††††††† 2) quoque hic. 3) autem hic non de extremo die agi statuo, sed de die invulgati evangelii, et missi spiritus sancti, quod scilicet ea omnia signa comitata sunt sqq. 4) alia plura signa forte f. s

†) Gene. 49. ††) Deute. 32. †††) Rubellum. ††††) Audax quorundam expositio. †††††) Lucae 19. ††††††) Propheta loquitur de die invulgati evangelii. †††††††) Dam.

est sicut sanguis. Utuntur enim hebraei substantivis pro adiectivis.† Verum quod nos legimus:

Dies domini horribilis,

rectius legitur ex hebraeo: metuendus, reverendus. Sic saepe vocatur deus in scriptura: horribilis;*[1] et quando Jacob ait in Genesi: Terribilis est locus, locus[2] iste. Idem[3] est vocabulum quod hic ab interprete est translatum horribilis.††

Et erit, omnis quicunque[4] invocaverit nomen domini, salvus erit.

Ille textus me movit, cur signa[5] omnia intelligi velim de die revelati evangelii, quae valde est reverenda et magna. [6]An non a principio mundi invocaverunt nomen domini pii? Immo maxime; sed iterum ad manifestam revelationem est referendum, semper idem fuit Christus,[7] eadem fides piorum. Biberunt de spirituali petra, ut ait Paulus, 1. Corinth. X.††† Sed tamen sub lege et timore et ministerio illo erat absconditum, quod iam est palam factum tempore revelati evangelii. Tractavit hunc locum satis pro reverentia apostolus Paulus ad Rhomanos X.†††† Consistit enim in eo summa salutis nostrae.††††† Simpliciter,[8] ut

*) In margine hic manus altera, non autoris propria, addidit: horribilis, terribilis, reverendus.

1) Horribilis, id est reverentia dignus, quem debeamus timere, et quando sqq. 2) comma et locus deest. 3) Eadem est vox נורא,†††††† quae hic ab interprete est translata, horribilis. 4) qui. 5) signa illa omn. 6) Sed hic obiicias: An non sqq. 7) deest: eadem — um. Legitur: et patres biberunt sqq. 8) Est autem pliciter sqq.

†) substantiva pro adjectivis. ††) Deus horribilis: esis 28. †††) 1. Cor. 10. ††††) Rom. 10. †††††) Sum a salutis nostrae comprehensio. ††††††) Nora.

verba sonant, est[1] intelligendus nullis additis peregrinis glossis, salvus erit, id est: redimetur a peccato morte et inferis, transibit de miseria huius vitae ad aeternam vitam, non habetur aliunde haec salus nisi a spiritu sancto super omnem carnem effuso, qui facit, ut nomen domini invocetur. Breviter *idem est, quod hic dicitur cum eo, quod ubique Paulus urget, iustificari hominem absque operibus legis per fidem. Invocare† enim credere est, sicut interpretatus est Paulus pulcherrima gradatione ad Rhomanos X.††: Quomodo invocabunt in quem non crediderunt, quomodo credent etc. Qua gradatione universam rationem salutis nostrae brevissime est complexus.** Primum enim oportet, ut mittantur quidam qui evangelium nuncient. Hanc missionem sequitur auditus, auditum sequitur fides, fidem sequitur invocatio, invocationem sequitur salus. Sic regnum christianum††† nihil aliud est quam regnum fidei in verbo Dei, quod scilicet non nostris viribus, non nostris meritis aut iustitiis salus nobis contingit,[2] sed ex gratuita misericordia dei, qui etiam dilexit nos, ut inquit apostolus[3] in Rhomanos††††: cum adhuc essemus inimici, qui misit spiritum sanctum in corda nostra effectorem invocationis divini nominis, in quo solo salvandi sumus etc.

Et diserte dixit: nomen domini.††††† Siquidem in hac vita non possumus facie ad faciem dominum videre, sed hic regnum est fidei[4] donec

*) incipit p. XXVII. MSCi. **) summa ratio christianismi.

1) deest: est. 2) contingat. 3) deest: apostolus; legitur: Paulus. 4) deest: donec — ad faciem etc. Le-

†) Invocare. ††) Rom. 10. †††) regnum Christianum. ††††) Rom. 5. †††††) Nomen domini.

moriamur, tum cognituri dominum facie ad faciem etc. Summa summarum: In sola misericordia dei invocata et desyderata consistit salus nostra, sicut pleni sunt psalmi huiusmodi locis; Salvum*† me fac propter misericordiam tuam. Item**††: Propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Quia in monte Syon et in Hierusalem erit salvatio,

id est: ibi erit fundamentum salutis. Hoc est, quod Esaias ait†††: De Syon exibit lex et verbum domini de Hierusalem. Et Christus Lucae ultimo†††† inquit: Sic scriptum est et sic oportebat pati Christum et resurgere a mortuis tertia die, et praedicari in nomine eius poenitentiam et remissionem peccatorum in omnes[1] gentes, incipientibus a Hierosolyma etc. Itaque hic etiam locus

*) Ps. VI. **) Ps. 78.

gitur: Habemus enim nostras opes tantum in nomine, id est, in verbo dei quod audimus. Plus de deo non habemus donec moriamur, tum videbimus dominum de facie ad faciem etc. Inprimis autem est observanda particula infinita; quicunque††††† neminem enim excludit a salute, quam gratis promittit invocantibus.

Prodest autem hoc nosse propter periculosas cogitationes†††††† de praedestinatione, quas animi sine verbo dei, immo contra verbum sibi fingunt. Primum enim in genere omnibus verbum et misericordia dei offertur in hac et similibus sententiis. Deinde mandatum etiam habent ministri, etiam singulis remittendi peccata, hac ordinatione dei debebamus esse contenti, et credere, quia deus nobis mittit verbum suum, nos esse eos, qui simus praedestinati. Deinde etiam secundum hanc promissionem invocare debebamus et certi esse de salute, quam n clare promittit. Summa sqq.

1) omnibus gentibus.

†) Psal. 6. ††) Psal 78. †††) Esa. 2. ††††) Lucae imo. †††††) quicunque. ††††††) praemunitio adversus edestinationis pericula.

unus est, qui habet proditurum primum ex Hierosolymis evangelium, quem et plerosque alios procul dubio Christus discipulis suis aperuit. Hic vide miram dei bonitatem, qui usque adeo conscientias nostras voluit certificatas,* ne possent ullo modo dubitare de verbo dei, ut et in prima promulgatione evangelii[1] usus sit certo loco,† certis personis et externis etiam certis signis, id quod tum maxime erat necessarium, ut sic evidentibus signis et locis et personis prima evangelii divulgatio ostendi posset et testificari: so ist got den fligenden geistern feynd, qui sic incerta omnia producunt, verum iam palam facto evangelio, non alligatur amplius ullis personis aut locis. **Sicut statim sequitur:

Et in residuis, quos dominus vocaverit.

q. d. Hierusalem initium quidem erit salutis, praedicabitur istic primum omnium evangelium salutis, sed non solum[2] ibi manebit, perveniet etiam ad†† gentes et praedicabitur ubique in toto orbe terrarum, postea nullum erit vel locorum vel personarum discrimen.[3]

Caput tertium.

Incertus sum[4] quo nam referendum sit hoc caput, ad sequentia ne vel ad praecedentia. Ego pro meo iudicio ad regnum Christi refero, putoque

---

*) Cur certum locum elegerit deus primae promulgationi evangelii. **) incipit p. XXVIII. MSCi.

---

1) evangeliis. 2) deest: solum. 3) Additur: Quod autem gentes significet, clarum est, quia dicit de iis, qu sunt vocandi. Judaei autem erant iam ante vocati 4) Dubitatur quonam sqq.

---

†) Locus annunciati evangelii. ††) gentibus quoqu evangelium annuntiabitur.

esse expositionem praecedentis textus, scilicet[1] quomodo procedat res in orbe terrarum ut[2] regnum Christi latius explicetur. *Summa summarum,[3] ut in principio dixi, hic propheta unus est ex vetustissimis, qui tum prophetavit cum res Judaeorum essent felicissimae, et tum vidit Idumaeorum, Palaestinorum, Moabitarum ceterarumque gentium accerrima contra Israhelitas, a deo in populum electos,[4] odia et persecutiones, id quod habent sacrae historiae.† Et ergo inquit propheta in hunc modum.[5] Age, saeviant et adservantur[6] impiae gentes contra populum dei, erit tempus, erit aliquando cum fiducia illa omnis hostium populi dei auferetur,[7] vindicabo rursum egregie hanc contumeliam populo meo illatam, ita tamen, ut salutaris futura sit mea vindicta, nam mittam eis verbum evangelii, ut sic agnoscant suum errorem et suum peccatum, faciamque mihi amicos, qui antea summe mihi adversati sunt.[8] Ut hic praesentes inimicorum furias referat ad diem Christi, de quo prophetat.

Cum convertero captivitatem Juda.

Praevidit captivandos Judaeos. Ideo ad regnum Christi referenda sunt haec,†† q. d.: Cum ex vera captivitate mortis scilicet peccati ac infe-

---

*) Summa tertii capitis.

---

1) deest: scilicet. Legitur: ut ostendat, quomodo. 2) et. 3) deest: summa — ut. Legitur: Sicut in princ. 4) deest: a deo electos. 5) deest: Et ergo — modum. Legitur: Sic igitur, inquit, age sqq. 6) deest: et advertur. 7) Et cum vindicabo. 8) Additur: Si qui autem inaces sunt et verbum ferre nolunt, illi peribunt, ic sqq.

---

†) Evangelium in gentibus annunciandum. ††) de Christo loquitur.

rorum redimam Juda populum meum, cum resurrexero a mortuis, dederoque spiritum sanctum.

Tum congregabo omnes gentes etc.[1]

Id quod nunquam factum est corporaliter, qui[2] etiam fieri posset ut omnes gentes in locum illum tam angustum cogeret. Est enim Vallis† Josaphat* inter Hierusalem et montem oliveti angusta omnino[3] quae[4] vix paucos capiat. Et ergo non possum†† cum illis sentire, qui referunt hunc locum ad extremum iudicium, sessurum[5] scilicet dominum pro iudicio in valle Josaphat et iudicaturum, ubi omnes gentes, quos cum urgemus angustia loci, referunt[6] ad totam regionem illam circumiacentem Hierosolymam; qui[7] ut maxime idem dicunt,[8] tamen errant,[9] totus enim orbis terrarum[10] sustinere enim poterit innumerabilem illam omnium hominum, qui unquam a principio mundi viderunt,** copiam, nedum Judaea, siquidem alii in terris erunt, alii in nubibus volabunt, ut Paulus††† describit.†††† Ergo absurditate cogente ad mysterium est referendus locus; litera enim non constabit.††††† Nos[11] de praedicatione evangelica[12] intelligemus, quae congregat omnes

*) Vallis Josaphat. **) incipit p. XXIX. MSCi.

1) deest: etc. 2) Et quomodo etiam. 3) omnino comparatione omnium gentium. 4) deest: quae — et ergo. Pergitur: Quare non possum. 5) deest: sessurum — ubi omnes. Legitur: quod dominus in valle Josaphat sit iudicaturus omnes gentes. 6) se ad. 7) quod. 8) deest: idem dicunt. Legitur: concedamus. 9) deest: errant. Legitur: manet eadem absurditas. 10) vix sustinere poterit. 11) Quare nos. 12) deest: evangelica

†) Vallis Josaphat. ††) Non recte intelligi locum de extremo iudicio. †††) 1. Thess. 4. ††††) Absurditat literae cogente, mysterium est respiciendum. †††††) Se de praedicatione evangelii intelligendum.

gentes et vocat eas ad iudicium, annunciat eis errorem,[1] et iudicat, eos esse damnatos, ostenditque Christum salutem. Et hoc factum est, in diesque fit a die quo missus est spiritus sanctus caelitus, de quo supra dixit in cap. 2, ut sic vocatae ad iudicium agnoscant peccatum suum orentque veniam.* Omnino enim vocabulum [2]Josaphat† non est nomen substantivum, sed proprium, et ergo[3] abutitur sic propheta nomine[4] proprio et facit ex eo substantivum, sicut et Ozeas fecit, quando nomen Galaad civitatis accepit pro synagoga.[5] Summa[6] summarum loquitur propheta de vocatione omnium gentium per evangelium ad ecclesiam dei.

Et disceptabo cum eis.

De praesenti malo transit ad futuram vindictam,†† q. d. Erit aliquando, erit cum iudicaturus sum, tum non evadent, iudicaturus[7] sum et eos, **ich will sie feyn finden**, ut maxime iam conniveam ad eorum immanem crudelitatem qua contra populum meum grassantur et furunt. Ideo totum numerum gentium et omnium populorum accipit, et tamen etiam partem illam adversariorum populi dei intelligit.

*) Siquidem Christus ait, spiritus arguet mundum de peccato, iustitia et iudicio.

1) terrorem. 2) יהושפט. 3) quo tamen abutitur. 4) deest: nomine proprio — substantivum. Legitur: pro substantivo. 5) Additur: Significat autem Josaphat vallem iudicii;††† idem est quod dicit Christus Joan. XVI.: Spiritus sanctus arguet mundum de peccato 6) deest: Summa — propheta. Legitur: Loquitur em propheta sqq. 7) deest: iudicaturus — **finden**.

†) Jehosaphat. ††) comminatio vindictae. †††) congare in vallem iudicii.

Et posuerunt puerum in prostibulo et puellam vendiderunt etc.†

Mirum quid Hieronymo in mentem venerit, ut hic pro suo more de gentibus nugaretur. Zona[1] hebraice meretricem significat et cauponariam sive hospitam. Et hinc non temere[2] aestimant quidam Raab†† meretricem fuisse cauponariam; valdeque[3] veresimile est ad honestum aliquod diversorium divertisse exploratores istos[4] ab Israhelitis missos. Itaque cum idem vocabulum hic sit quod et meretricem et cauponariam significat, dupliciter quoque potest intelligi. Mihi plane hoc[5] videtur esse sententia: posuerunt[6] puerum sicut meretricem vel sicut cauponam et puellam in vinum id est, ut esset serva in vino sicut iuvenem ut esset servus in caupona. Quae sententia mihi magis placet, quam ut ad libidinem referatur siquidem usi sunt abducto populo pro servis et ancillis.

Quid mihi et vobis Tyrus et Sidon.

Eadem est sententia, quam supra dixi. Recitat iterum malum praesens, ut differat vindictam ad tempus evangelii revelati, q. d. vehementer infensi estis populo meo, et[7] si quid ab eis abstulistis, mihi abstulistis, ut erant vasa aurea et argentea templi, et reliqua, reddam vobis vicissi-

---

1) זוֹנָה. 2) deest: non temere. 3) deest: valdeque — est: Legitur: ut videantur ad honestum sqq. 4) Isti. Deest: ab Israhelitis missos. Legitur: isti, sed novum testamentum bis meretricem appellat. Itaque sqq. 5) deest: hoc. 6) Vendiderunt puerum pro cibo et puellam pr^ vino, id est, vili pretio et turpiter eos vendiderunt. D sunt omnia, quae iamiam in MSCo. sequuntur: posu runt — ancillis. 7) sed.

---

†) Zonah. ††) Rahab meretrix.

tudinem super ca*put vestrum. †Non est,[1] quod Judaei corporalem quendam[2] ultionem sperent de suis inimicis, ut hodie[3] miseri homines adhuc iactitant. Est[4] ergo sententia: Etiam quod vos mihi scilicet faceretis, palaestini et convinia[5] vestra, nunquid vos ultionem reddetis mihi, si ulciscamini, q. d. hebt[6] nuhr an, in vos cudetur faba.[7]

Cito,[8]

scilicet cum evangelium venerit, tum iam inimicos faciam amicos, et sic ulciscar de vobis.

Desiderabilia mea.

In hebraeo est: desiderabilia mea bona, id est, vasa aurea et argentea templi.

Rapuistis,

scilicet quando captivabatur populus, placebant sibi vicinae gentes in calamitate Judaeorum cum captivi abducerentur, id quod habent historiae sacrae, et ut in psalmo describitur††: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Sic ego haec omnia ad Christum refero, non, ut Hieronymus, et alii, ad captivitatem Babylonis. Alioqui ex consequentia nunquam poterimus nos explicare, neque etiam constabunt sibi aliter.

*) incipit pag. XXX. MSCi.

1) non est autem. 2) quandam. (recte in ed.) 3) adhuc miseri homines iactitant. 4) Sed est sententia: Quid vos mihi faceretis. 5) confinia (recte in ed.). 6) deest germanica interpretatio. 7) Additur: iudicabo vos verbo, arguam peccata vestra et mittam evangelium ‹su›um vobis ad salutem, sed si non acceperitis dabitis ‹m›is horrendas poenas contemptae gratiae, et eodem ‹mo›do adflictemini quo populum meum adflixistis. 8) deest: ‹Cit›o — de vobis.

†) inanis Judaeorum expectatio. ††) psalmus 136.

Ecce ego suscitabo eos de loco.

Omnia ad revelationem evangelii sunt referenda,† nam si simplicem aliquem[1] pugnam aut vindictam descripsisset propheta, non usus esset tam multis et efficacibus verbis, sicut et infra videmus, quomodo rem auxerit. Est[2] ergo illa suscitatio intelligenda de praedicatione evangelii, quae non solum ad Judaeos, sed in totum orbem terrarum pervenit.

Vendam in manibus filiorum.

Phrasis illa ebraica apud latinos cum praepositione per redditur,†† apud[3] germanos per vocabulum durch; siquidem praepositionem per hebraea lingua non habet. Sic ubique est in prophetis verbum domini in manu Esaiae etc. id est per manum, quod dominus fecit praedicari per Esaiam etc.[4] Et hic in manibus, id est: per manus, hoc est, per filios Juda. Id quod factum est per apostolos qui nunciantes evangelii[5] ad omnes gentes peregrinabantur.[6]

Venundabunt eis Sabaeis.

Sabaea regio est longius distans a Hierosolymis quam Graeci a Palestinis.††† Arabia est, nam historiae tres habent Arabias, Petream, Desertam, et Felicem. In Arabia petraea[7] sunt Idumaei, Ammonitae, Hismahelitae etc. Amplissima

---

1) aliquam (recte hic). 2) Ergo illa susc. intell. est de sqq. 3) deest: apud — durch. 4) deest: etc. 5) Evangelium (recte hic). 6) pervenerunt; et credentibus occasio salutis fuere, non credentibus autem occasio perditionis. Non enim patitur deus contemptum sui verbi. 7) deest: petraea.

---

†) ad evangelii praedicationem omnia referenda. ††) per; hac praepositione hebraei carent. †††) Sabaea. Arabia tres.

certe regio. Petraea, in qua metropolis est Petra civitas. Felix ad Indiam vergit, ad superius littus maris rubri. Et hanc vocant Hebraei[1] Schaba.† De regina Schaba est in libris regum et etiam in evangelio. Per synecdochen ergo[2] (quae figura prophetis est familiaris) vice omnium gentium remotarum* nominat Arabes. Sicque venditionem spiritualem intelligit, quod redacti[3] sunt et Christiani facti per totum orbem terrarum.

Quia dominus locutus est.

Hoc addidit pro confirmatione prophetiae suae, q. d. non fallent haec omnia, quia non homo talia praedixit, sed dominus locutus est qui non potest mentiri.

Clamate haec in gentibus.

Haec scilicet quae diximus, rufft[4] es aus! Id vero fit per evangelium, quae est vox clamans.†† Totus[5] hic locus et[6] omnia quae sequuntur, metaphoris** plenus est sicut[7] et metaphoris pleni sunt omnes prophetae. Id quod est cernere vel in hoc versu psalmi***: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes hic factus est in caput anguli.††† Qui locus de Christo est intelligendus, Christo et omnibus apostolis sic interpretante, qui[8] sit in quo oporteat uniri tam gentes quam Judaeos, in quo solo consistat salus, sed hunc esse ab aedificantibus

*) incipit p. XXXI. MSCi. **) Plenae sunt prophetiae metaphoris. ***) Ps. 117. Matth. 21. 1. Petr. 2.

1) שׁבא. 2) igitur. 3) deest: redacti — et. Legitur: ---d sunt Christiani facti. 4) deest germanica versio. -nim hic. 6) cum iis. 7) deest: sicut — prophetae. -itur: Abundant enim prophetae hoc tropo. 8) Quod -istus sit.

†) Schaba. ††) Evangelium vox clamans. †††) Chri- lapis angularis. Psalm. 118.

reprobatum, hoc est a scribis et pharisaeis, quam sententiam plane ne minimum verbum videtur indicare. Sic et Esaias† ait*: Ecce mittam in fundamentis Syon lapidem angularem etc. Qui etiam locus de Christo est dictus, sed tamen verba plane[1] idem non videntur habere, sed exponit metaphoram id quod sequitur; omnis qui crediderit non confundetur. Hoc unum verbum lucem addit totae[2] metaphorae.** Id quod in prophetis multum refert observare, qui in hoc solent metaphoris tam multis uti ut vel obscurent prophetiam, vel exerceant[3] ingenium. Idem hic quoque in Johele videmus, nam huius loci haec est sententia, q. d.: vos qui evangelium praedicatis, pergite nunciare, notum facite omnibus gentibus, accingite vos ad bellum, suscitate robustos, accedant et ascendant omnes viri bellatores, huc adsint omnes qui bello sint apti.

Concidite aratra vestra in gladios.

Merae sunt metaphorae. Sic enim in spiritu abundat propheta, et hanc spiritualem pugnam sic exaggerat, id quod in corporali pugna declaranda non ita fuisset opus, summa[4] autem est, adprehendite verbum et fortiter dimicate. Aratrum et ligo instrumenta sunt pacis. Lances[5] et gladii instrumenta sunt belli. Sicque[6] sententia est: Ista, quibus antea pro pace usi estis, iam

*) Esa. XXVIII. **) Cur utantur phrophetae metaphoris.

1) deest: plane — habere. Legitur: verba aliud sonant, sed exponit sqq. 2) toti (recte hic). 3) excitent animos piorum. 4) deest: summa autem est: Legitur Accipiunt autem quidam hunc locum ita, ut sit sententia Apprehendite sqq. 5) Lanceae. 6) deest: sicque — quod Christus. Pergitur: ut sit idem quod Christus ait sqq

†) Esaiae 28.

adcommodate bello et pugnae. Hoc est, quod Christus ait: qui† habet duas tunicas vendat alteram et emat sibi gladium.*[1] Esaias[2] autem plane contrarium habet, qui capite II. sic ait: Conflabunt gladios suos in vomeres et lanceas suas in falces. Sed uterque recte dicit. Hic enim dē cor** porali et spirituali pace, quae sub Christo coepit, loquitur, Iohel vero de spirituali pugna verbi evangelici.

Infirmus dicat, quia fortis ego sum.

[3]Hoc proprie pertinet ad Christianos, ut omnino de corporali pugna non possit intelligi; nam, ut Paulus ait,†† gloriamur in tribulationibus nostris; et quanquam Christiani infirmi sint, invalidi et abiecti, sunt tamen potentissimi; id quod elegantissime ubique docet Paulus, nihil habentes, et omnia possidentes, 2. Corinth. VI.††† Item tanquam purgamenta huius mundi facti sumus, omnium περίψημα usque huc; esurimus, sitimus, nudi sumus, colaphis caedimur etc. 1. Cor. IIII.†††† Sicut et Christus de se dixit: filius hominis non habet ubi reclinet caput suum. Egregii scilicet milites qui sic omnibus miseriis subiacent, mirabilia etiam bellum et plane contra

*) Luc. 22. **) incipit p. XXXII. MSCi.

1) Sed ego hanc sententiam non probo; ac potius existimo, eum significare futuram evangelii persecutionem, ut hae voces: indicite bellum, excitate robustos, recitative accipiantur, tanquam voces, quibus se exhortentur mutuo gentes ad resistendum evangelio; sicut in secundo psalmo similis furor gentium contra evangelium praedicitur. omnia, quae in MSCo. sequuntur, usque ad: verbi ...ngelii in editione desunt. 3) deest: Hoc — intelligi. ...gitur: Qui priorem sententiam sequuntur haec accom...dant ad Christianos; nam sqq.

†) Luc. 19. ††) Rom. 5. †††) 2. Cor. 6. ††††) 1. Cor. 4.

omnem totius orbis terrarum faciem, ubi milites sunt infirmi, hoc est, impotentes, qui multa patiuntur, qui abiecti sunt; sed Paulus interpretatus est hanc militiam cum ait*: Arma militiae nostrae non carnalia sunt etc.[1]†

Erumpite et venite omnes gentes.

[2]Robustos tuos, id est potentes tuos. Universi enim populi totius orbis terrarum per evangelium suscitabuntur. Et tamen propheta quasi ad solos palaestinos loquitur cum inquit, robustos tuos; sed per synecdochen complectitur cum palaestinis quidquid est gentium, quos omnes occidit spiritu oris sui et sibi per evangelium subiecit.

Consurgant et ascendant.

Latius se exponit propheta. Impossibile est, ut et supra dixi, omnes gentes in valle Josaphat posse comprehendi quantumvis etiam magna, ut tamen non est, sed[3] de ecclesia est intelligendum, in qua congregabuntur omnes sub verbo dei. Sicut enim sol totum orbem terrarum radiis suis illuminat, sic omnes[4] homines sub verbo dei congregantur, ut maxime non omnes verbo credant, tamen tam impiis quam piis annunciatur.†† His virtus dei est ad salutem, illis iudicium.

---

*) 2. Cor. 10.

---

1) Additur: Sequatur quisque quod volet, ego ita accipio, quod propheta hac figura voluerit ingentem furorem gentium contra evangelium ostendere. 2) Desunt omnia, quae in MSCo. depinguntur a: robustos — subjecit. Legitur: Bene pinxit furorem Sathanae et mundi item crucem ac persecutiones verae ecclesiae.††† Tanta enim paucitas est piorum, ut quasi totus mundus contra evangelium conspirasse videatur. 3) quare. 4) sic omnibus hominibus annunciatur evangelium et ut max. sqq.

---

†) 2. Cor. 10. ††) Evangelium omnibus annunciatur. †††) Paucitas piorum.

Ut judicem.

Haec omnia ad diem revelati evangelii et ad totum tempus novae Syon, non ad diem extremi iudicii refero.

Mittite falces, quoniam maturavit messis.

Merae sunt adhortationes pro verbo[1] sedulo ac diligenter nunciando.[2] Sunt[3] autem omnes metaphoricae, q. d. Incipite praedicare et strenue pergite,† siquidem iam messis est, tempus opportunum advenit. Sic et Christus ait: Joan. IIII.††: Videte regiones quia albae sunt ad messem etc.

Venite et descendite, quia exuberant torcularia, lacus redundant.

Sic enim ex hebraeo recte[4] legitur. Et sequitur horum omnium expositio:

Quia multiplicata est malitia[5] eorum.*

Hic aperte exposuit, quid per torcularia, messem et aream significarit, nempe totum orbem terrarum, in quo premuntur uva et vinum abundat.††† Sic usus est et Esaias**: Torcular calcavi solus, et de gentibus non est vir mecum etc. Sic per verbum comminuit omnes gentes sub suum regnum sive nolentes, sive volentes, nolentes iudicantur et damnantur, volentes iudicati resipiscunt, agnoscuntque gratiam, cognita gratia salvantur, siquidem fides nihil aliud est quam vera cognitio

*) id est, hactenus satis concessum sit mundo, satis diu peccaverunt, sed aliud saeculum iam erit. **) Esa.: LXIII.

1) verbo dei. 2) annunciando. 3) deest: sunt — metaphorice. 4) deest: recte. 5) malitia etc.

†) Adhortationes ad verbi praedicationem. ††) Joann. 4. †††) Torcularia. Messis. Area.

bonitatis et misericordiae dei, sive vultus dei, ut loquuntur, prophetae.† Ita merae sunt in his locis praedicationes virtutis et potentiae verbi dei.

Populi, populi in valle concisionis.

[1]Hamon†† hebraice magnam multitudinem significat. Et hic pluraliter usus est propheta, q. d. multae turbae populorum. Turbae, turbae; quocunque te vertas, turbae videntur. Ideo neutiquam de solo Iudaico populo possunt ista intelligi, siquidem tam copiose et evidentissimis verbis omnia sunt conscripta, id quod et supra monui.

Vallem††† concisionis vocat vallem Josaphat. Haec vox est in hebraeo[2] quam Paulus in Rhomanos: cap. IX.†††† sic transtulit: verbum breviatum faciet dominus super terram. Significat autem proprie certo definire, abbreviare, et quod nos dicimus, in[3] eyn kurtz fassen. Ita hic: in valle definita, certa et limitata. Id quod noster interpres per verbum concisionis male reddidit. Latini enim concisum non vocant definitum aut certum ac abbreviatum, sed sectum ac resecatum in multas partes. Hac voce usus est et Daniel* in describendo Antichristo.††††† Et tempora vitae constituta essent ei usque ad tempus et tempus. Haec ergo vallis ecclesia Christi est, ut supra dixi.

Sol et luna obtenebrati sunt etc.[4]

Hoc supra etiam in secundo capite exposuimus;†††††† sic enim solent prophetae rem describere, quod his, quos dominus terret, et quos

---

*) cap. VII.

---

1) המון. 2) חרץ. 3 deest: in eyn. 4) deest: etc.

---

†) fides. ††) Hamon. †††) vallis concisionis. ††††) Rom. 9. †††††) Dan. XII. ††††††) impiis omnia resistere videtur (sic!).

vult in manus inimicorum tradere, videantur non solum caelum et terra, sed stellae et omnes creaturae adversari.* Sic et in libro Judicum** de Sisara scribitur.† De coelo dimicatum est contra eos, stellae manentes in ordine et cursu suo adversus Sisaram pugnaverunt etc. Sic enim impiis videtur quod resistant eis omnes creaturae. Hoc est prae nimio[1] bello et nimia caede atque concursione fumus exoritur ne caelum quidem videri possit. Id quod et norunt ii, qui semel grave illud martis opus sunt experti, quod videtur[2] iis, qui vincuntur, omnes crea***turas[3] sibi adversari, id quod facit et[4] timor mortis ob oculos positae. Sed[5] hic a corporali strage metaphoram sumpsit prophcta ad significandam magnetudinem et vehementiam belli spiritualis, ad quod et Paulus alludit ad Rhomanos II.[6]††: Revelatur ira dei de coelo super omnem impietatem et iniustitiam hominum.

Et dominus de Syon rugiet.†††

Haec est expositio omnium quae de pugna illa tam magnifice praemisit. Hic hujus belli arma describit, sed,[7] inquit, nihil ferri, nihil armorum ullorum[8] in hoc bello erit, sed solo verbo efficiet dominus hanc pugnam, qui certe locus omnino non potest intelligi de externa pugna, sed de spirituali est intelligendus, q. d.: Talis erit hic impetus, quod dominus misso spiritu sancto e

*) nota. **) Judicum V. ***) incipit pag. XXXIV. MSCi.

1) deest: nimio bello et. 2) videntur. 3) creaturae rsari. 4) deest: et. 5) Sic hic in loco a corp. om. 1. 7) deest: sed inquit; legitur: q. d. 8) deest: um.

†) Sisara. ††) Rom. 1. †††) De quali belli et orum genere loquatur.

coelis rugiet, hoc est terrebit omnes gentes verbo suo, quod editurus est, et primum omnium egredi faciet ex Hierusalem. Hoc est quod supra in fine capitis II. dixit: quia in monte Syon et in Hierusalem erit salvatio.[1] Vide quae illic diximus.

Et movebuntur caeli et terra.

Sic et Aggeus cap. II. ait†: Adhuc modicum est et ego commovebo caelum et terram, et mare et aridam etc. Nam nato Christo auditi sunt angeli,[2] adparuerunt angeli Christum natum nunciantes, et omnes creaturae, stellae et caelum ipsius nativitatem testati[3] sunt.

Dominus spes populi sui etc.*

Hic iterum clare exponit propheta, qualenam futurum sit bellum illud, nempe spirituale, quod scilicet regnaturus sit Christus in populo suo; hoc est fidelibus, qui in eum sunt credituri, sicque erit fiducia populi sui, nam per vocabulum fiduciae rectius redditur. Cessabunt ergo in hoc regno omnes vires humanae, omnes gladii, omnia in fide agentur.[4]†† Et tum, inquit dominus, scietis, quia ego dominus deus vester habitans in Syon.

Et erit Hierusalem sancta etc.

Nunquam corporaliter promissio ista impleta est, sed per Christum sive regnum Christi sic[5] est

*) Manus altera in margine denotat: Dominus spes populi sui. Idem repetitur in margine ulteriori.

1) salvator. 2) deest prior: angeli. Conjungitur cum coniunctione: et. 3) testata. 4) Additur: Est autem hic unus de praecipuis locis, qui verum cultum de describit in novo testamento futurum. 5) Christi impletur. Non enim ob id vocatur.

†) Apoc. 2. (sic!) ††) cultus novi testamenti.

impletum. Non ob id vocata est Hierusalem sancta quod sancti istic fuerint[1] homines, sed propter sanctum verbum dei, quod ibi regnavit,† Christo[2] adsumpto rursum in caelos, verbum illud prophanarunt et omiserunt, desiit ergo illa sanctificatio.[3] Itaque omnino de spirituali Hierusalem est intelligendum,[4] de ecclesia Christi per verbum sanctificata et mundata.

Et erit in die illa, stillabunt montes mustum.††

Sic enim est in hebraeo. Vides iterum meras esse metaphoras. De tali regno Christi loquitur, quod quando coeperit, ubique[5] futurum sit in montibus suasissimum[6] mustum, id est, omnibus locis praedicabitur dulcissima promissio evangelii, quae dulcis est ut mustum.

Et colles fluent lacte,†††

quod idem est. Quibus[7] utrisque et robusti et parvuli reficiuntur, adcommodabit se ad omnium ingenia, sicut et lac interpretatus est apostolus Paulus†††† 1. Corinth. 3.* Dulcedo ergo verbi est significata.

Et per omnes rivos etc.[8]

Abundantiam verbi sive cursum verbi dei significat.

*) incipit p. XXXV. MSCi.

1) sint. 2) enim. 3) Additur: et corporalis Hierusalem destructa est. 4) id est, de. 5) ubique in montibus manabit suavissimum sqq. 6) MSCr. semper scribit: suasissimum. 7) deest: Quibus — et. Legitur: Ideo autem facit diversas species ut significet verbum idem quo et robusti et parvuli reficiuntur, sicut et lac rpretatus est Apostolus sqq. 8) deest: etc.

†) Haec de Hierusalem habente verbum, id est sia. ††) Mustum. Evangelium ubi praedicabitur. Lac. ††††) 1. Cor. 3.

Et fons de domo domini egredietur,[1] et irrigabit etc.

In hebraeo sic est: Et irrigabit vallem Zethim.* Zethim[2] locus est transiordanis,[3] ubi habitaverunt filii Israhel post mortem Moysi, procul a mari mortuo, versus orientem.† Est ergo sententia: Ex domo domini ad orientem pulcher fons orietur (ad situm enim templi et ianuam templi[4] respicit) qui etiam extra fines Israhelis fluet, hoc est, ad gentes usque; qua figura significat cursum evangelii per totum orbem terrarum, nam συνεκδοχικῶς per Zethim significat omnes gentes extra Judaeam in toto orbe terrarum; q. d.: Tanta erit abundantia verbi dei, ut non solum Judaeis praedicabitur,[5] sed omnibus gentibus, ut[6] et habent omnes prophetae.

Aegyptus in desolatione erit.

Hic est epilogus, in quo virtutem belli, quod tam copiose tamquam magnificis verbis descripsit,[7] recapitulat, q. d.: Cum ista omnia fient, desolabitur Aegyptus, et Idumaea desertum erit. Mira vero devastatio per mustum et lac et fontem, an non potius hic armis et multa militum copia opus erit? sed omnia spiritualiter, ut dixi, sunt accipienda,†† nam virtutem verbi dei significat et efficaciam.** Sic et describit regnum Christi Jacob Gene: 49†††: Pulchriores sunt oculi eius vino, et

*) שִׂטִּים. Sittim. Zethim, id est gentes. 1. Zethim per meton. subi. notat incolas. 2. per synecdochen partis omnes incolas extra Israhelem, i. e. gentes. **) Regnum Christi.

1) egred. Caetera desunt. 2) שטים. 3) trans Iordanem. 4) ipsius. Deest: templi. 5) praedicari debet. 6) uti habent. 7) describit.

†) Evangelii cursus. ††) virtus et efficacia verbi. †††) Genes. 49.

dentes eius lacte candidiores. Mirus rex et in oculis carnis molliculus et effeminatus, sicut et psalmo† XLIIII. a pulchritudine eum commendat, qui etiam Christi regnum elegantissime describit. Specie, inquit, tua et pulchritudine tua, intende prospere pro caede et regna. Sic regnum Christi describunt prophetae, et quae sit illa pulchritudo Christi addit spiritus in psalmo: Diffusa est gratia in labiis tuis etc. Dulcedinem verbi evangelici significans.

Et Juda in aeternum habitabitur etc.[1]

Hoc est quos hactenus ante revelatum evangelium†† non mundavi, iam mundabuntur omnes, quia lex neminem ad perfectum duxit, inquit, Paulus†††: Evangelium autem nova illa praedicatio omnes mundabit et ad perfectionem deducet, si crediderint. Annunciat enim Christum esse iustitiam,* sapientiam, redemptionem et satisfactionem nostram, qui sit benedictus in saecula. Amen.[2]

Vuittembergae in profesto
Laurentii M. D. XXIIII.

---

*) 1. Cor. 1. v. 30.

---

1) deest: etc. 2) Finis.

---

†) Psalm. 44. ††) per evangelium mundantur omnes. †††) Ebr. 7.

JOEL

III.

PROLEGOMENA.

Hunc commentarium in Joelem prophetam, quem tertio in loco collocamus, Lutherus ipse nec descripsit, nec recognovit, nec edidit. Vitus Theodorus enim Norimbergensis hoc suum opus praelectionibus beati magistri academicis accommodatum anno MDXLVII. principe, MDXLVIII. repetita editione typis exscribendum curavit. Omnes adhuc librorum sacrorum enarrationes per Vitum Theodorum evulgatae maximam quidem in partem doctoris illustrissimi ipsius opera habitae et non solum in Vuittembergenses, Ienenses, Lipsienses, Halenses et latinorum et germanicorum Lutheri scriptorum tomos sed etiam in hanc nostram acrius examinatam receptae sunt editionem. Non possumus hac de caussa, quin et hunc commentarium collectioni adiiciamus, etiamsi id quidem nobis persuasum atque perspectum est, maiorem huius libelli partem prae caeteris non Lutheri sed Theodori sententias continere. In epistola sua quam operi praefixit dedicatoria ad virum ornatissimum Fridericum Bernbeccium Senatorem Kitzingensem amicum ısa Vitus Theodorus ipse haec scribit: ,Mitto te, vir ornatissime, conciones sancti Prophetae lis illustratas commentariis ex reverendi ris et praeceptoris nostri praelectionibus, meo re collectis'. Auctor in libri inscriptione — id

quod iam hoc loco observandum erit — non dixit, Lutheri commentarium in Joelem afferri, sed Joelem prophetam cum commentariis reverendi et sancta memoria digni D. Martini Lutheri. Sunt igitur explanationes celeberrimi theologi Norimbergensis immixtis illis quas Lutherus quondam suis auditoribus in scholis academicis Vuittembergensibus commendaverat adnotationibus, suo Viti more collectis, id est rectractatione liberrima subactis et in sui operis usum redactis. Id quod et, sicuti iam in Prolegomenis ad praecedentem commentarium explicavimus, de prioribus in cantica canticorum, in Micheam et Hoseam prophetas et de posterioribus in Genesin institutis Viti Theodori aliorumque Lutheri tam discipulorum quam amicorum commentationibus Megalandri nomine atque auctoritate ornatis licet statuere. Hic autem mos fuit Viti Theodori, ut pugillaribus sive schedis Lutheri ante oculos propositis celeberrimas magistri sententias in succum et sanguinem sibi redigeret, porro quae Lutherus ad usum discipulorum brevissima tantummodo et acutissima oratione concinnaverit ea copiosiore verborum apparatu instrueret, plures insuper scripturae locos a Luthero praetermissos adiiceret et diligentissime tractaret. Praeterea ex bona mente adnotationibus ad singula bibliorum commata, in quibus Lutherus sermonem suum vel propter temporis angustiam saepissime cito abruperit, vel volubiliore rhythmo et abundantiore pronunciandi ratione profuderit, quam qui ab ullo omnino auditorum satis et mente memoriaque excipi et stilo concipi potuerit, emendavit in foliis manu scriptis desideranda completurus et addenda scitu digna ac necessaria ex Lutheri magistri sententia, voluntate, consilio additurus. Id quod ipse pluribus locis libentissime affirmat et non tam ad sui met ipsius satisfactionem quam ad operis commendationem concedit.

Nimirum ipse et aptissimus sagacissimus ac dexterrimus fuit, qui tanti momenti conatum felicissime absolveret. Sed certis neque paucis locis suam explicandi ac coniiciendi rationem tam aperto et interdum inepto modo iniecit, ut facillime doceamur, sua haec non Lutheri esse commenta. In hoc, ut duo tantummodo exempla afferam, nostri libri contextu legitur: ‚Anno domini 1544. locustae ingruerunt ac longe lateque depopulatae sunt agros, ac superiore anno, hoc est 46. finitima Italiae loca ad Tridentum et Saxoniae partem, quae Silesiam attingit, magno numero infestarunt, ac usque ad regium montem Francorum progressae sunt.‘ Et sub finem operis inter principales prophetae locos investigabimus verba: ‚Hinc poenitentiae definitionem sumere deberent Sophistae Louanienses et Conciliabulum Tridentinum etc.‘ Mirum in modum et editores et historiographi se torserunt de his Viti expositionibus operi insertis, quia totius operis Lutherum auctorem existimaverunt. Vitus Ludovicus a Seckendorf nobilissimus rerum ecclesiasticarum aevi Lutherani scriptor in historiae suae Lutheranismi libro III. § 138. p. 666 sqq. quam maxime in loco priore de locustis anno XLVI. in Germaniam ingressis offendit et quae est eius hac in re absurdissima immo ferme puerilis fiducia authentiae operis nostri Lutheranae ridicule opinatur, errorem anni ex securitate vel editoris vel typographi subrepsisse. Hic habes illius syllogismum: Lutherum asseverare, locustas apud Germanos adhuc ignotas priore ante librum editum anno, MDXLVI., ingruisse, sed ipsum Lutherum mortuum esse iam die XVIII. ɑsis Februarii istius ipsius anni prioris, ergo, ı sibi in confessis sit, Lutherum verba in ɔeptatione versantia ipsum locutum esse, errorem ɩi comprobari, iam cum et de anni quadrami secundi conditionibus iis, qui in annalium

perscrutatione versati sunt, satis notum sit, locustas primum attigisse Saxoniam, prioris anni denotationem in 1542, posterioris in 1544 corrigendam esse et omnino statui debere, Lutherum praelectionem suam in Joelem prophetam anno 1545 exhibuisse. Elias Frickius autem concionator Ulmensis in contextum versionis suae germanicae libri Seckendorfiani Lipsiae 1714 editae pag. 2645 iniicit saniorem suam etsi demisso animo uncinis inclusam opinionem etiam a D. Walchio in adnotationibus ad pagellam 22 tomi VI. collectionis celeberrimae institutis comprobatam, probabiliter existimandum esse, quod editor operis scilicet Vitus Theodorus locum de locustis addiderit. Nec hoc hactenus. Seckendorfius in historiae Lutheranismi libro III. § 138. p. 669 iterum egregie errat, quum ex commemoratione Sophistarum Louaniensium et Conciliabuli Tridentini coniectet, Lutherum auditoribus suis anno XLV. prophetam nostrum explanavisse. Non ignoramus theologos Louanienses anno XLIV. controversias suas protulisse et concilium Tridentinum inde ab anno XLII. institutum fuisse, sed iam D. Walchius in adnotationibus ad pagellam 20 tomi VI. collectionis Halensis hanc coniecturam nimirum minime sufficientem nullisque gravioris momenti argumentis munitam refutat declarans, nihil nos impedire, quod opinemur, Lutherum iam priore tempore prophetam explicuisse, posteriore autem aliquantulum adiecisse, vel ab editore paucissima in contextum Lutheri tacite attamen bona mente inserta esse. Sed et Walchius adhuc confitetur, nos omnino nescire, quando Lutherus habuerit in publicis scholis academicis de nostro propheta praelectionem. Et ad hoc usque tempus nemo non professus est suam ignorantiam de hac re. Iam vero nos non amplius nescimus. Explanatio facta est inde a fine mensis Iulii usque ad profestum Laurentii anni

MDXXIV., quod, ut iam supra in praefatione ad priorem prophetae enarrationem demonstravimus, nobis probatur ex libello manu scripto a me reperto. Fuit quidam, quem typographum Joannem Albertum Argentoratensem ipsum puto, qui in exemplum omnium prophetarum et maiorum et minorum Lutheri excepto Daniele et Hosea forte inciderit, nimirum in codicem, cuius quam promulgandam praeparo pars est altera. Hic anno MDXXXVI. Argentorati imprimendas ex illo codice sibi elegit enarrationes in tres prophetas Joelem, Amos et Abdiam et ex illius editionis vel etiam ex huius codicis contextu Vitus Theodorus collegit quas in praefatione libelli commemoravit Lutheri sententias ‚suo more'. Haec pauca more nostrae editionis praemittenda sufficiant ad rem dubiam atque ambiguam explanandam atque illustrandam.

Restat, ut de editione principe ac repetita huius tertii commentarii in Joelem nec non de eiusdem versione et receptione in varias collectiones operum Lutheri quae extant omnium sciri necessaria addamus.

I. Editioni principi inscribitur:
IOEL PRO- | PHETA, CVM COM- | MENTARIIS REVERENDI | & sanctæ memoriæ uiri D. | Martini Lutheri. | Nunc primum æditus per Vi- | tum Theodorum Nori- | bergensem. | (Insigne Norimbergense clypei forma ligno incisum.) | Impressus Norimbergæ, in officina | Ioannis Montani, & Vlrici | Neuber. Anno | M. D. XLVII.

II. Editio repetita eandem inscriptionem habet excepta anni denotatione, quae in M.D.XLVIII. mutata est.

Quae editiones modo citatae tantopere congruunt in foliorum designatione, in verborum ad eosdum locos versusque refertorum ordine, porro in numero plagularum, quae

scapum octonaria forma consutum conficiunt, ut pro una eademque haberi possent, praesertim quum in primo versu utriusque editionis litera R vi preli in typos imprimentis confracta appareat, nisi ex typis ad adnotationes marginales adhibitis et ex quibusdam syllabis tam alia ratione divisis quam ex altera in alteram pagellam translatis perinde atque ex mendorum typographicorum in editione principe adhuc obviorum emendatione edoceremur, novam ex fundamento esse editionem.

Primae plagulae folium ultimum et ultimae plagulae folium paenultimum et antepaenultimum, nec non pagina paenultima vacua sunt. Exemplaria haud rara extant et in permultis asservantur bibliothecis et publicis et privatis, et nonnunquam venduntur a librariis, qui veterum librorum thesauros proscribunt, unde et meum exemplar conduxi huic nostrae editioni propositum mendorum quantum valuerit expers sed ad varias editionis et Vuittembergensis et Jenensis lectiones collatum. In folii primi inscriptioni inservientis tergo carmen invenitur elegiacum graecum novem distichis confectum in cuius capite legitur: ***Περὶ τῆς Ἰωήλου τοῦ προφήτου ἑρμενείας ὑπομνηματισθείσης μὲν πρὸς Μαρτίνου τοῦ Λουθήρου, ἐκδοθείσης δὲ ὑπὸ Βίτου τοῦ Θεοδώρου***, incipiens: ***,Οὗτος ἰωήλοι᾽ ἱερὸς πόνος ἐστὶ προφήτου κτλ;*** et subscriptum: ***ἀπ᾽ ἀνασιασίου.*** Iam sequitur in secundo folio epistola illa quam supra iam commemoravi nuncupatoria ac dedicatoria, in qua miserrimum Germaniae, ecclesiae, mundi illo tempore statum atri coloribus stilo commissis depingit, contemptum religionis, usuras, libidines, crapulas, luxus superbias, immo omnes omnium praevaricationes deplorat, perinde ac Lutherus in suis

praelectionibus hac in re diligentissime ab homine studioso exceptis saepenumero reprehendit morum ac pietatis corruptelam mundique ruinam omnino instantem brevi expectandam. Accedit in praefatione etiam locus amplissimus, de quo non solum Joannes Mathesius ecclesiae Joachimovallensis concionator fidelissimus, renovatae ecclesiae philomela praecellens, Luthero familiarissimus in concione XI. de vita Lutheri p. 122 refert, sed propter quem postea etiam D. Joannes Fridericus Mayer theologus notissimus edidit disputationem accuratissimam atque argutissimam, cui inscribitur: Divi Lutheri votum: Deus vos impleat odio papae 1699. Locus celeberrimus ad historiam vitae Lutheri pertinens in praefatione Viti Theodori hic est: ‚Memini ante annos decem (1537), cum Lutherus sanctae memoriae venisset ad synodum institutam de confessione Augustana, tum scripturae, tum veterum patrum testimoniis confirmanda, ac ex longa duri et asperi itineris iactatione, incidisset in difficillimum morbum, nam in nonum usque diem urinae viae obstructae erant, medicorum consilio exanimis pene in uiam se dabat, moriturus scilicet, si ita Deo uisum esset in chari sui principis ditione. Conscenso igitur curru, ac leuatis manibus benedicens ac ualedicens circumstantibus nobis magno numero, haec ultima uerba aedebat: Impleat uos Dominus benedictione sua et odio Papae. Doctori quoque Pontano per seruum renunciari iubebat, se precari ei omnia foelicia, praecipue autem ut discat Papam nosse sicut sibi esset notus: ita enim futurum, ut suo exemplo acriter eum odisset. Non autem inuidit Pontifici et suis opes et dignitatem Lutherus, pertinax

studium opprimendae relligionis et purioris doctrinae damnabat et admonebatur posteritatis certo periculo, quod tanto ante praevidit. Rectissime autem huic malo occurritur simplici et pia scripturarum enarratione'. De quo loco velis etiam conferre, quae Seckendorfius in historiae Lutheranismi libro III. § 60. p. 165 adnotavit, ad quae postremo Walchius tom. VI. p. 21. adnott. delegat respicienda. Data est epistola Viti Theodori Dominica post Bartholomaei Anno 1547. Sub finem principalium locorum editionis principis leguntur quattuor errata corrigenda, quae desunt in editione repetita. Versus Apocalypticus graecus, quem recepimus in fine, invenitur in utraque editione, sed deest in collectionibus operum Lutheri. Ultima pagina editionum priorum ornata est imagine ligno incisa tribus lineis in circulum redactis cincta et Christum transfiguratum nobis subiiciente, cui subscriptus est locus ex Psalmo LXXXIX.: Beatus populus qui scit iubilationem. Hunc non recepimus.

III. Paullo post librum latina lingua promulgatum quidam, quem falso Amsdorfium existimaverint, translationem in germanicum idioma instituit, quam episcopus celeberrimus Naumburgensis dioeceseos Nicolaus ab Amsdorf praefatione commendavit. Titulus operis hic est: **Der Prophet Joel | durch Doct. Mart. L. |** in Latinischer sprach gelesen vnd | ausgelegt / Vnd newlich | verdeudscht etc. | **Mit einer Vorrede herrn Ni=** | clas von Amsdorff. | (Linea nigra.) | **1553.**

[Quae in hac inscriptione literis pinquioribus denotata vides, in editione rubris coloribu impressa esse scias.] Liber est XL. plagula rum formae quartanariae, quarum prima e secundae dimidium foliolis, sequentes literi

unius totius alphabeti et alterius duplicibus literis tam uncialibus quam minusculis signatae sunt. Secunda et ultima pagina vacuae suppetunt. Praefatio Viti Theodori latinae editioni praecedens, quam interpres non germanice reddidit, omnino deest in nostro libro. Praefatio vero versioni praemissa hac utitur inscriptione: 'Vorrede auff den Pro | pheten Joel / Durch Nicola- | um von Amsdorff. | Anno 1553.' In ista episcopus lutheranissimus quem dicunt pari modo ac Vitus Theodorus de peccatis sui temporis ad caelum clamantibus et de perniciosissimis aequalium persuasionibus et doctrinis deterrimis prophetat, Lutherum unicum verum prophetam et divinitus potissimum ad hoc letiferum Christianorum damnum arcendum esse missum declarans. Inter omnes quos reiicit maxime Adiaphoristas, Schwenckfeldium, Osiandrum, Georgium Maiorem eorumque asseclas invadens aggreditur, Schwenckfeldium nonnisi Stenckenfeldt et crassum asinum et Maioris doctrinam nonnisi quasi haeresin pelagianam, sacrilegam, monachicam et bepticam, id est papisticam, apertissime contra verbum divinum atque in speciem paulinam pugnantem deferens, coarguens atque convincens.

In fine libri legitur: Gedruckt zu Jhena / durch | Christian Rödinger.

IV. Latinae editionis contextum editor collectionis Vuittembergensis in tomum IV. latinorum Lutheri operum redegit, ubi inde a folio 481 (recto) ad usque folium 518 (versum) una cum praefatione Viti Theodori reperitur. Carmen graecum versusque et apocalypticus et psalmicus desunt.

In collectionis Ienensis tomo IV. latinorum operum Lutheri repetitus est commentarius

inde a folio 764 (verso) usque ad folium 806 (rectum), sed desunt Viti Theodori praefatio et quae iam omissa fuerunt a Vuittembergensibus.

VI. Versionem germanicam receperunt omnes operum germanicorum Lutheri collectiones excepta Ienensi:

A. Vuittembergensis in tomum VIII. fol. 347.

B. Altenburgensis in tomum VI. fol. 919.

Qua editione usuros id nolumus celare, editorem Altenburgensem Sagittarium qua polluit socordia critica opus cum scriptis Lutheri de anno MDXXXVI. congessisse nihil curantem, commentarium in Joelem Argentorati una cum Amos et Abdia editum in scriptis anni XXXVI. collocandum esse.

C. Lipsiensis in tomum VIII. p. 184.

Hic primum praefatio Viti Theodori, quae ad hoc usque tempus nunquam in germanum translata fuit et ea de caussa in tomis modo citatis defuit a M. Joanne Jacobo Greiffio ad usum editionis versa reperitur.

D. Halensis in tomum VI. p. 2148.

Incipit germanica versio praefationis Viti Theodori non prorsus secundum interpretationem Greiffianam prolata sed ad fidem originalis editionis latinae correcta; sequitur p. 2156 praefatio germanica Nicolai ab Amsdorf, deinde p. 2162 versio anonymi supra laudati de anno 1553 ipsiusque commentarii.

Nos nihil recepimus nisi commentarium anno MDXLVII. editum, additis in margine ulteriore glossis marginalibus et ex editione principe et e collectionibus Vuittembergensibus et Ienensibus sumptis.

IOEL PROPHETA

CVM

COMMENTARIIS REVERENDI ET SANCTÆ MEMORIÆ VIRI

D. MARTINI LVTHERI.

1547.

IN IOELEM COMMENTARIUS.[1]

Quo tempore[2] Joël[3] concionatus sit, ideo dubitatur, quia in titulo nullam regum mentionem facit. Et tamen consideranti diligentius argumentum non leves coniecturae se offerunt, quas secuti statuamus, eum post Esaiam vixisse, ac Esaiam natu maiorem fuisse. Primo enim non facit regni Israelis mentionem, sicut Oseas et Esaias. Itaque id ab Assyrio iam vastatum, et decem tribus abductas arbitramur, cum Joel coepit concionari. Deinde diserte ostendit se de vastitate per Babylonios futura, et de tribu Juda loqui.

Facit enim mentionem domus domini, quae tantum in Jerusalem fuit, ac dicit interiisse sacrificium et libationem. Etsi igitur reges nullos nominat, tamen in postremis Hiskiae temporibus, aut sub Manasse vixisse eum iudicamus.

Quod[4] autem ad argumentum concionum Joelis attinet, fere idem est, quod Oseae, Amos, et Esaiae. Minatur enim vastationem per Babylonium futurum, ac hortatur studiose ad poenitentiam et orationem. Haec enim est verum assylum,

---

1) Inscriptio in tomo IV. Ienensi haec est: COM-TARIVS D. M. L. IN JOELEM Prophetam, . XLVII. ARGVMENTVM IN JOELEM Prophetam, I. L. 2) Ed.: Quo tempore vixerit Joel. Witt: Quo ore Joel vixerit. 3) 1547 legitur: Oseas. 4) Ed. & : Argumentum concionum Joelis. Witt: Argumentum onum Ioel.

ad quod si confugimus, etiam in mediis periculis servamur. Hodie ecclesia varie periclitatur. Impii Mahometistae magno successu contra nos pugnant, nec minus nobis a pontifice et eius complicibus periculum ostenditur. Hoc enim magno conatu post varias et multas insidias agunt, ut specie concilii, ad componendam religionis causam instituti, armentur reges et principes contra miseras nostras ecclesias, quae idololatriam pontificiam abiecerunt, et evangelii sanam doctrinam amplexae sunt. In his malis, quae aut ecclesiis utilior doctrina, aut consolatio uberior proponi potest, quam Ioelis conciones? Diligentissime hortatur suum populum ad poenitentiam. [1]Praescribit formam, qua in tantis periculis ad deum orantes utamur, addit consolationes insignes de misericordia dei, et ineffabili patientia seu longanimitate.

Quia autem admonitiones hae piae et necessariae a vulgo contemnebantur. (Sicut hodie quoque ad ravim usque, sed frusta clamamus, ut minuant nostri homines luxum, ut liberalius adiuvent ecclesias, ut caveant scandala, et suo exemplo ad timorem dei alios quoque assuefaciant). Convertitur[2] propheta ad reliquias sanctas, quas publica calamitas, tanquam impetus aquarum multarum simul abreptura erat, concionatur de regno dei, per evangelium[3] propagando in totum orbem terrarum. Docet de beneficiis Christi, quod donaturus sit spiritum sanctum. Vaticinatur de novis et aliis cultibus, quam illi in lege erant, ac alia dicit eorum praemia fore. Habentur, inquit, iam populus dei, qui sunt circumcisi in carne, qui immolant tauros, qui offerunt libationes, sed tum fiet, ut omnis, qui invoca nomen domini, salvus fiat. Tandem addit adm

1) Prima pars concionum Ioelis lex. 2) Alter pars concionum Ioelis, evangelion. 3) evangelion.

nitionem ad omnes gentes, ut volentes colla submittant evangelio. Futurum enim, ut qui evangelio non credunt, damnentur in aeternum.

Haec[1] summa concionum Ioelis est, nec levis ei auctoritas inde accessit, quod in novi testamenti prima concione de Christi filio dei passo et resuscitato, huius prophetae testimonio Petrus usus est, contra impiorum impias caluminas, blasphemantes spiritus sancti admirabile opus. Merito igitur has quoque conciones explicandas suscipimus, tam ad nostra tempora aptas, ac ad afflictas ecclesias consolandas necessarias. Filius dei, qui ad dextram patris sedet, nos quoque spiritu suo regat, ut dicamus utilia, et multorum animi lectione huius prophetae ad timorem dei excitentur, nosque his miseris temporibus experiamur deum vere esse benignum et misericordem, patientem et multae misericordiae, et quem poeniteat mali, quod propter peccata nostra de nobis cogitavit. AMEN.

Caput primum.[2]

Verbum domini, quod factum est ad Ioel, filium Pethu El.

Hoc usitatum prophetis[3] exordium est, sed augustius longe, quam prima fronte appareat, quod non suas cogitationes, non consilia sua, sed dei verbum afferunt, quod dominus locutus est, nec ulla ratione impediri aut mutari potest. Plato Homeri versum eleganter amplificat, in quo Minoa Cretensium legislatorem vocat, *ὀαριστὴν τοῦ διός*, auditorem Iovis. Sed hoc nomen nos prophetis merito et vere tribuimus. [4]Non enim affe- ... a se excogitatas sententias, quae ex ipso deo

1) ed. & Ien.: Ioel citatus in novo testamento. ..: Joel in novo testamento citatus. 2) deest 1547. ...rophetae ex spiritu dei vaticinantur. 4) ed. & Witt: ...hetica doctrina.

audierunt, quae creator omnium vel per somnia, vel per visiones eis ostendit, ea patefaciunt et explicant. Sunt autem, non sicut illa gentilium, de terrenis et perituris rebus, excitant animos prophetae ad timorem dei instillant animis fiduciam in misericordiam dei docent ut caveamus scandala, ac hortantur ad obedientiam, tandem patefaciunt viam ad aeternam vitam, fidem in filium dei, vere *ὀαριστὰὶ θεοῦ*. Nam regit mentem et linguam aeternus et omnipotens dei spiritus. Ideo David hoc ipsum beneficium gravissime commendat, cum post alia beneficia infinita etiam hoc commemorat. Annunciat verba sua Iacob Israeli statuta et iudicia sua. Non fecit taliter ullis gentibus nec iudicia sua manifestavit eis. Hoc enim solius ecclesiae donum est, quod habet spiritu dei eruditos doctores, qui de voluntate dei et vera salute doceant.[1]

Extra ecclesiam sunt quoque multa praeclara ingenia, sed haec praeter rationis lumen nihil vident. Itaque dei vera cognitione destituuntur, imo ne se quidem norunt. [2]In peccatis sunt securi, iudicium dei, dum abest secure contemnunt viam autem, qua ad aeternam vitam itur, prorsus nesciunt. Aut enim immortalitatem ceu vanum somnium rident, aut praeter legis notitiam nihil vident. Si praestent honestatem in moribus et vita, sperant se diligentiae suae praemium apud deum in futura vita inventuros. Haec coecitas humanarum mentium semper est extra ecclesiam, ubi non sunt *ὀαριστὰὶ θεοῦ*, nec sonat vox dei.

[3]Sed cum deus sibi separasset populum, abiectis impiis gentibus, quae verbum abiecerant et sequebantur sua studia, hoc perpetuum ei concessit donum, ut haberet pios, et a spiritu sancto erudit

---

1) Ien.: Psal. 147. 2) Doctrina extra ecclesi qualis. 3) capita doctrinae christianae in prophet I. Timor dei.

doctores. Hi et ad timorem dei, et ad fidem suos exhortabantur. Haec enim duo sunt capita, in quibus omnis de pietate doctrina consumitur. Doctrina timoris non solum complectitur exhortationem ad obedientiam erga legem dei sed etiam poenas. Atque hic prophetarum singulare donum cernitur. Nam divinitus eis ostendebatur, vel per somnia, vel per visiones (numeri 12),[1] per quos, quo tempore, et quo modo deus peccata populi sui esset puniturus. Haec poenarum diserta denunciatio singulare dei beneficium fuit, quod propter electos concessit deus, primum, ut hi, in communibus periculis, vitam regerent diligentius, et praeteritorum peccatorum veniam a deo exposcerent, deinde ut turbatis imperiis tamen retinerent spem de venturo Christo, et mansura hac ecclesia, quam deus circumcisione et lege ornaverat. Ac magnum hoc misericordiae longanimitatis et patientiae dei argumentum est, quod non subito peccatores obruit, sed per verbum revocat in viam et, ut Paulus ait, poenitentiae spatium concedit, tanto ante denunciata futura calamitate et poenis peccati per prophetas suos.

[2]Doctrina fidei complectitur promissiones de Christo et regno eius. Hic quoque prophetarum singulare donum cernitur, nam per spiritum sanctum personam, ministerium, afflictiones et gloriam Christi, seu Messiae, imo etiam tempus ipsum, quo revelandus esset, noverunt. Fuit autem summe necessarium haec de Christo doctrina, ut saepe et per plures repeteretur, nam tot tristibus casibus iactatus populus Judaeorum est, ut nisi subinde vaticiniis de Christo pii erecti essent, facile nem spem de eius futuro regno abiicerent. Sed phetae luculentis testimoniis de Christo piorum m confirmarunt, ut in omnibus periculis ad se-

1) Ien.: Num. 12. 2) II. Fides.

men promissum respicerent, et per id benedictionem aeternam expectarent. Hoc igitur prophetarum ministerium fuit in ecclesia seu populo dei admodum necessarium.

Nos hodie alteram ministerii ipsorum partem de Christi et spe aeternae gloriae habemus multo luculentiorem. Quae enim ipsis futura erant, nos videmus iam per filium dei impleta. Scimus expiata peccata per Christi mortem, per eius resurrectionem autem mortem et Satanam victum ac prostratum, nec leve spiritus sancti testimonium est per verbum illabentis in corda fidelium. Altera pars ministerii prophetici, quod pertinebat ad futurarum calamitatum praedictiones, hodie minus necessaria est. Non enim sicut illis temporibus monarchiarum tot mutationes regno Christi minantur, quod non amplius in uno certo loco consistit, sed est sparsum in totum orbem terrarum. Itaque si in una parte orbis terrarum propter peccata populi ecclesia turbatur, in alia parte viget et floret, et quotidie succrescit nova soboles, ac longius propagatur sicut historiae ostendunt. Expectamus autem omnes filium dei venturum in nube, et iudicaturum vivos et mortuos, ac piis donaturum aeternam vitam, impiis autem aeternas poenas irrogaturum. Deinde scimus, quod qui verbum non amplectuntur etiam corporalibus poenis exercebuntur. Haec generalis prophetia hodie nobis satis est, etsi tempus et modum futurarum poenarum ignoramus. Et tamen ne hoc quidem donum prorsus extinctum est, ac inde usque ab Apostolorum tempore quaedam futurorum praescientia in ecclesia fuit, qua admoniti pii gubernarunt mores diligentius, et mitigationem calamitatum a patre in coelis cum certa spe liberation expectarunt. Omnia enim huiusmodi dona propt ecclesiam et pios deus orbi concedit.

Audite hoc senes, et auscultate omnes habitatores terrae. Num hoc factum est in diebus vestris aut in diebus patrum vestrorum? De eo narrate filiis vestris, et filii vestri filiis suis, ac filii eorum generationi alteri. Quod ab eruca relictum est comedit locusta. Quod a locustis relictum est comedit bruchus. Quod a brucho relictum est comedit vermis.

[1]Fere omnes interpretes tum veteres tum recentiores hanc de noxiis vermibus concionem allegoricam esse putant, ac quidam longius provecti, non unius temporis historiam a propheta significari contendunt.

Nam pro varietate vermium varias externarum gentium irruptiones intelligunt, erucas Assyrium, bruchos Babylonium, locustas Alexandri posteritatem, rubiginem Romanos interpretantur. Hae enim monarchiae populum dei graviter afflixerunt, donec tandem propter contemptum evangelii et idololatriam sub Romanis penitus concidit. Hanc sententiam si quis amplecti volet non impediam. [2]Diligens tamen interpres hoc ubique sequetur, quod cuiusque loci maxime proprium est. Moveor igitur primum auctoritate Mosis, ut historica haec et non allegorica esse iudicem. Sic enim minatur Deute. 28.[3] Sementem multam iacies in terram, et modicum congregabis, quia locustae devorabunt omnia, vineam plantabis et fodies, et non bibes vinum nec colliges ex ea quippiam, quoniam vastabitur a vermibus. Ergo plaga seu peccati poena definita est ›xiarum vermium copia, qua annona perit, deinde ›nvenit cum Mose experientia quoque. Etsi enim

1) Opinio interpretum de noxiis bestiis. 2) Vera ius loci sententia. 3) Ien.: Deut. 28.

haec noxiarum vermium multitudo per se poena est peccati, tamen videmus eam etiam cum significatione esse alicuius gravioris poenae secuturae. In multis germaniae partibus anno domini 1544. locustae[1] ingruerunt, ac longe lateque depopulatae sunt agros, ac superiore anno, hoc est 46. finitima Italiae loca ad Tridentum et Saxoniae partem, quae Silesiam attingit, magno numero infestarunt, ac usque ad regium montem Francorum progressae sunt. Vastati igitur agri ac radicitus exesae segetes per se sunt poenae peccatorum. Sed cum inusitatum quiddam ac multis retro seculis non auditum hoc malum esset, etiam pro signo id pii acceperunt, quo deus ostenderet futuras clades per impiam et barbaram aliquam multitudinem. Sicut apud Judaeos quoque hanc agrorum vastationem subsecuta est gravissima vastitas per Babylonium, qui longe gravius afflixit terram, quam haec vermium noxia multitudo. Statuo igitur non allegorica haec esse, sed revera impoenitentem populum punitum, non uno anno noxiis vermibus, qui agros et fruges omnes depasti famem et pestem conciliarunt. Haec prima sed adhuc mitis et tolerabilis poena fuit, quam subsecuta postea est gravior, de qua paulo post dicit, nempe barbarus hostis, qui omnia evertit.

Quod ad grammaticam attinet, sicut in omnibus linguis, ita in hebraea quoque magna opinionum de propriis nominibus varietas est. Gazam erucam fere vertunt, a verbo gazaz, quod significat tondere, abradere, ac convenit etymon cum hac bestiola, nam et herbas et folia demetit dentibus. Arbeh locusta est, ea nomen habet, quod cum magna multitudine se effundat.

Sive enim volant, sic catervatim volant, ι nubem esse putes, sive occupant agros, ita qua: colligantur, ut nusquam pedem possis figere. Jele

1) Locustae volantes.

brucum vertunt. Habet autem nomen a laqaq, quod lingere significat. Nam lingendo nocet. Chasil in genere vermis nomine reddidi. Nec dubium est ex pluribus scripturae locis, esse noxiam bestiolam seu vermem. Habet autem nomen a Chasal, quod significat perdere, vastare. Hieronymus vertit rubiginem, quae sequitur noxium rorem, den Melthau. Hic enim cum in folia depluit sole superveniente animatur et vivit, ac varie nocet arboribus et plantis.

Sed inquies: Cur propheta commemorat iam praeteritam cladem: Ostendit enim haec iam accidisse, nec superioribus temporibus simile aliquid unquam esse visum. [1]Prophetarum autem hoc proprium iudicatur officium, de futuris ut doceant, non de praeteritis. Sed arguit haec ipsa res hominum incredibilem stuporem. Etsi enim deus talibus pestibus peccata hominum solet punire, tamen quotusquisque est, qui cum haec patitur sensu peccati sui tangatur? qui deum iudicet serio irasci? qui serio de emendatione peccati cogitet? Vere ut in fabula est, homines scientes et videntes in exitium ruunt. Tanta igitur cum sit nostrorum animorum coecitas, ut etiam mala quae sentimus et patimur non intelligamus. Ideo propheta praeteritas calamitates proponit, docet eas esse peccatorum poenas, ac, pro ministerii sui ratione, vocat populum ad poenitentiam, hortatur ut hanc dei iram cognoscant, et de ea mitiganda per veros fructus poenitentiae cogitent.

[2]Nos hodie experimur calamitates frugum accidere frequentiores. Non, ut olim, intervalla sunt annorum, quibus pestis saevit, etiam loca, in quibus ra salubrior est, singulis fere annis sentiunt

1) Praeteritam poenam commemorat propheta. ed. & Ien.: Coecitas humanorum animorum quod nec lis nostris serio afficimur. Witt: deest serio.

pestilitatem. De bellorum rumoribus et aliis periculis, quibus involvimur in dies altius, nihil dico. Vere enim in ea incidimus tempora, quorum superior aetas nihil vidit simile. Sed ecce omnes fere tanquam attoniti, etiam quae oculis videmus, quae palpamus manibus, non videmus, nec curamus. Alioqui si serio statueremus immitti haec ab irato deo, ac nostrorum peccatorum poenas esse, profecto commoveremur animis et de poenitentia cogitaremus. Non igitur satis est, quod deus affligit nos, quod mittit varias pestes, excitanda enim haec sunt per ministerium propheticum, et subiicienda attonitorum oculis, alioqui fiet ut prorsus negligantur, sicut beneficia quoque, nisi per verbum excitemur, egregie negligimus, nec statuimus ea a benigno patre donari, atque ideo quoque in eorum usu sumus incautiores.

Atque haec causa est, cur dicat propheta: Audite hoc senes, auscultate omnes qui habitatis terram. Dicite haec filiis vestris etc. Primum enim opus est, ut per ministerium verbi, tum ira dei, tum misericordia inculcetur animis. Sed hoc non satis est, nisi postea etiam oeconomica disciplina adiuvetur doctor, ac parentes eadem diligenter tum liberis tum familiae domi inculcent, quae in publico seu templis ex piis doctoribus audiunt. Hoc enim studium si desit, admodum exiguus publici ministerii fructus erit. Sed translata pia doctrina in privatas domos ista irae exempla proposita infirmae aetati, ac inculcata diligenter, multiplicem fructum timoris dei afferent. Itaque postulat ubique deus hanc diligentiam a parentibus, vult propagari doctrinam pietatis, ut irae exemplis deterrita infirmior aetas a peccatis caveat et invitata insignibus beneficiis dei, in omnibu periculis discat confidere misericordiae dei, a sperare liberationem. Sicut autem certa benedictic hanc piorum parentum curam sequitur, nam ir

timore dei educati liberi vere, ut Salomon dicit,[1] laetificant parentes et sunt corona parentum. Ita quoque ubi parentes hanc curam abiiciunt et non solum non instituunt suos ad pietatem, sed etiam scandalis depravant suos, ibi necessario sequitur ira dei ac omnis generis maledictiones, quae utrosque involvunt et parentes et liberos, secundum sententiam: Dolor patris filius stultus.[2] Sic enim usitata phrasi vocat scriptura, qui religionis et verbi notitiam aut curam nullam habent. Sicut e contra summa sapientia est, timere deum et verbum eius observare. Debent autem pii doctores in publicis concionibus ad hanc curam domesticae disciplinae saepe corhortari parentes, ac tum promissionibus, tum minis, tum exemplis, tum sententiis sacrarum literarum eos excitare, ne in hac parte officio suo desint. Vere enim hoc seminarium pietatis et nervus disciplinae est, si ad hunc modum domi a suis fideliter instituatur iuventus. Neque hoc in loco tam accurata prophetae exhortatio negligenda fuit.

Eiulate ebrii et ulutate omnes vini potatores propter mustum. Periit enim ab ore vestro. Gens enim fortis, et quae numerari nequit, ascendit ad terram meam. Dentes eius dentes leonis, et molares ei leonis. Vineam meam vastavit, et decorticavit ficum meam, penitus eam decorticavit ac proiecit eam, albent rami eius.

[3]Supra commemoravit praeteritam poenam, ac iussit eam diligenter considerari, ut hoc pacto excitent ad poenitentiam, hoc est, ut et agno-nt peccata et emendent. Nunc vaticinatur de

1) Ien.: Prov. 10. 2) Ien.: Prov. 19. 3) Ien.: Vanatur de vastatione per Babylonios futura.

alio futuro et maiore malo, nempe de hoste Babylonio, qui non solum longe lateque omnia sit vastaturus, sed etiam sublaturus cultum, quem dominus in templo mandarat praestandum. Non autem temere est, quod cum per peregrinum hostem minatur vastitatem agrorum, convertit orationem, non, ut Oseas et alii prophetae, ad idolatras, ad adulteros, ad avaros, sed ad ebrios. Ostendit enim deum odisse ebrietatem ac luxum, quae peccata fere, sicut etiam hoc tempore in Germania vidimus vastitatem et publicas calamitates praecedere solent. Mundi iudicium si sequaris exiguum quiddam videtur, adbibere plusculum et inebriari, ac tuo iudicio plus peccant, qui avare cumulant opes, qui defraudant alios.[1] Ebrietas enim prorsus privatum peccatum iudicatur, quod etsi afferat sua incommoda, tamen, quia privata sunt, exigua esse iudicantur. Itaque non solum nulla turpitudo in hoc peccato constituitur, sed etiam ceu curarum et laborum quaedam permissa mitigatio ab omnibus studiose appetitur. Ad hunc modum iudicat mundus.

[2]Sed si recta via rem aestimaverimus, statuemus, ebrietatem esse peccatum omnium maximum, quod secum infinita alia peccata trahit. Ac gentes quoque non turpitudinem solam, sed etiam ingentia incommoda viderunt, quae hoc malum affert. Itaque extant honestissimae sententiae, quibus commendatur sobrietas, ebrietas autem ceu nocentissima pestis damnatur.[3] Cum enim bruta non plus adbibant, quam naturae ratio postulat, an non magna turpitudo est hominem nescire hac in re modum et quasi violentas sibi afferre manus? Nudum prodire in conspectum honestorum hominum, volutari in coeno, saltare, non hominis, sed bruti est. Profecto autem non minus contra

---

1) Ien.: Ebrietatem arguit propheta. 2) Ebrietas magnum peccatum. 3) Judicia gentilium de ebrietate.

naturam faciunt, qui immodico potu naturam obruunt, amittunt enim quod hominis proprium est, mentem, et in bruta degenerant. Omnes enim ebriorum motus ferales sunt. Si indignantur, ira non hominis sed saevae bestiae est, quae ratione nulla mitigari potest, si solvuntur in gaudia (nam, ut naturae diversae sunt, sic quoque vinum diversos motus in animis excitat) nihil videas dissolutius, sine omni pudore audent et faciunt quaevis. Merito igitur etiam gentes ebrietatem detestatae sunt, tot modis naturae hominis adversantem et nocentem.

[1]Sed hoc nondum caput mali est, sacrae literae nos docent de his peccatis, quae gentes non potuerunt videre. Sic enim concionatur Christus[2]: Non graventur corda vestra crapula. Paulus dicit[3]: Ebriosi regnum dei non possidebunt. Item[4]: Cavete a vino, in quo est asotia. Oseas quoque gravissime dicit[5]: Fornicatio et vinum auferunt cor. Has et similes sententias intuere animo diligentius et patescent huius peccati non solum summa foeditas sed pericula et incommoda extrema. Si enim medicus tantopere dehortatur ab hoc vitio, quia gravat caput, quia incendit corpus, et mille morborum occasiones praebet, quanto hoc gravius est incommodum, quod non solum gravat corda ebrietas, sed etiam corda aufert, hoc est, tollit timorem dei, reddit animos securos, accendit appetitus pugnantes cum lege dei, adimit notitiam dei, reddit ineptos ad invocationem, et ut uno verbo dicam, imaginem dei lucentem in animis per verbum et fidem, hanc prorsus tanquam coeno involvit. Hinc sequuntur horribiles casus, quorum exempla infinita quoie conspiciuntur, quod levissimis occasionibus

1) Judicium scripturae de ebrietate. 2) Ien.: Luc. 21. Ien.: 1. Cor. 6. 4) Ien.: Eph. 5. 5) Ien.: Oseae 4.

plurium intereunt, multi non animadvertentes involvuntur gravissimis peccatis. Verum enim est, quod graecus Poeta dicit: ἐμέθυον · ἱκανὴ πρόφασις εἰς θ᾽ ἁμαρτάνειν. Ebrietas enim non minus animum quam corpus exarmat. Itaque nocens hostis et ubique insidias ponens, sine negotio ebriosos quibus vult malis cumulat. Ac restat postea gravius malum, quod, ut Paulus inquit,[1] ebriosi regnum dei non possidebunt. Non solum igitur fugienda ebrietas est, sed, ut Christus monet, vigilare et orare debemus iugiter, ne intremus in tentationem.

[2]Habes quomodo sacrae literae de ebrietate concionentur, utile autem est considerare reliqua quoque corporis et fortunarum incommoda. Subitas et exitiales morbos parit ebrietas, corpus reddit ineptum etiam ad levissimas operas, ingenium penitus obruit, et fit, ut, sicut Seneca dicit, vitia vino concepta etiam sino[3] vino durent. Recte igitur Pythagoras ebrietatem τῆς μανίας μελέτην dixit. Hoc enim ebriosis accidit, ut perpetuo videantur insanire. De Sophocle narrant, solitum eum reprehendere ob perpetuam ebrietatem Aeschylum. Etsi enim, inquit, bonos scribit versus, tamen laudem meretur nullam, quia nesciens hoc facit. Haec enim recitantur eius verba: εἰ καὶ δέοντα ποιεῖ ἀλλ᾽ οὐκ εἰδώς γε. Vere enim ebrii sicut bruta sine mente sunt, non possunt intendere animum in seriam de gravibus rebus cogitationem. Si quid igitur recte faciunt, fit hoc magis casu seu fortuna quam industria, quae in ebriosis prorsus nulla esse potest. Nascitur autem inde rei etiam familiaris detrimentum. Sicut enim Syrach dicit 19: Operarius ebriosus non locupletabitur. Non solum ideo, quia sumptus fere tolerare n

1) Ien.: Matth. 26. 2) Ien.: Alia ex ebrietate mal
3) sic!

queunt, sed etiam quod dominus tam turpem optimi et saluberrimi doni abusum ferre nequit.

Magna igitur nostrorum hominum coecitas amentia et impietas est, quod tot modis noxium malum tam amplectuntur avide, et alios quoque ad id quibus possunt invitant modis. Nulla solita habita ratione salutis aeternae, nulla corporum et fortunarum, quas extreme periclitari certum est. Pii autem has sententias sibi proponent ob oculos, et cum audiant a propheta, ebriosos calamitatibus frugum puniendos, cum gratiarum actione, moderate et sobrie utantur dono dei, non ad luxum sed ad corporis necessitatem. Ita fiet, ut non solum effugiant poenas tristissimas, sed etiam certa pietatis suae praemia ferant, ac gaudeant et exultent in benedictione dei. Alii qui tam graves Christi, apostolorum et prophetarum conciones contemnunt et indulgent huic furori, hos nemo iudicet Christianos esse.

Plange ut virgo sacco induta propter amasium adolescentiae suae. Periit oblatio et libatio de domo domini. Lugent sacerdotes, qui ministrant domino. Ager vastatus est. Terra luget, quia frumentum periit. Mustum erubescit, oleum sublatum est.

Sententia clara est. Pulchre autem, quasi inspirat eam insignibus figuris. Scriptura inter praecipuos dolores commemorat luctum, quem parentes ex liberorum morte et coniuges ex conthoralis interitu capiunt. Ac excellit in utroque muliebre genus tanquam mollius et ad ferendum n insignem dolorem infirmius. [1]Ita hoc in loco nparat propheta populum puellae, non quidem ptae, sed quae iam spem nuptiarum concepit,

1) Similitudo puellae sperantis nuptias.

ac subito tollitur spes, quem enim adamarat morte praeventum videt. Haec figura pulcherrime cum re convenit. Vocabulum Baal non maritum sed amasium significat. Sicut in Osea quoque diximus, nec dubium est, quin factum sit inde germanicum vocabulum, bul et bulen. Foedus igitur matrimoniale servatum fuit novo testamento, in quo per mediatorem Christum deus tanquam sponsus se exhibuit ecclesiae suae. Ille autem quae sub lege inter deum et populum legis, seu amor, seu coniunctio fuit, similis fuit amori, qui est ante nuptias. Deus amavit populum hunc, populus quoque adamavit deum tam varie benefacientem, ac nuptiae, ut sic dicam, in spe fuere, dum adolesceret populus, et ceu puella nondum nubilis, maturus fieret marito. Sed quid accidit? Priusquam exhibetur Christus populus propter peccata vastatur, et captivus abducitur a Babyloniis.[1] Totis annis LXX. in captivitate sine cultu dei, sine legibus patriis vivit. Igitur propheta plorare eum iubet ceu puellam, quae amasium amisit, et nunc spe nuptiarum penitus excidit. Difficile enim fuit sperare reditum et pristinam patriorum cultuum et morum restaurationem. Periclitata igitur simul est expectatio de Christo, de quo extabant testimonia, quod in ipsa Judaea, stantibus adhuc patriis legibus, et cultu dei esset nascendus, et tamen pii hanc spem retinuerunt. Volui autem admonere haec de similitudine hac, quod illustrem significationem habet differentiae, quae inter legem et evangelion est. Offert se deus in lege quoque placidum et benignum, sed nihil est is amor ad amorem maritalem, qui in evangelio per Christum ostenditur.

[2]Quod dicit periisse libationem et oblationem

---

1) Poena regni Juda. 2) Ien.: Quid sit perisse libationem etc.

id etiam refero ad magnam famem et annonae inopiam. Luctus sacerdotum idem significat. Quia enim hi alebantur decimis, nec reliquarum tribuum exemplo ex agro vivebant, famis incommoda prae caeteris senserunt. Quod autem addit: Mustum erubescit, coactus sum retinere hanc figuram, quae etsi in nostra lingua paulo sit durior, tamen admodum propria et elegans est. Cum magna uvarum copia est, vites pulcherrimae exornatae sunt, et quasi superbire iudicantur suo dono, sicut poeta ridere prata dicit, cum commoditate tempestatum gramina et flores succrescunt. Sed hic propheta contrarium significat, cum dicit: Hobisch thirosch: confusum est mustum deformatae sunt vites, quia sunt sine fructu. Ideoque pudore suffunduntur, aegre patiuntur se aspici, fugiunt quasi hominum conspectum etc. Germani eadem figura utimur, der uuein steht schendlich ubel etc. Saepe haec figura hoc in loco repetita est.

Erubescite agricolae, ullulate vinitores, propter triticum et ordeum, quoniam periit messis agri. Vinea erubescit, et ficus vastata est. Malum punicum, item palma, et pomus, universae denique arbores agri exaruerunt. Nam gaudium filiorum hominum in confusionem versum est. Accingimini et plangite sacerdotes. Ullulate ministri altaris. Ingredimini, pernoctate in saccis, ministri dei mei, quoniam prohibita est a domo dei vestri oblatio t libatio.

Longa haec et admodum copiosa ad lachrys et luctum exhortatio pene otiosa videtur. Sic m iudicamus natura fieri, ut calamitates luctum

afferant.[1] Itaque hoc potius faciendum, ut pressi malis animi erigantur et confirmentur. Sed nobis respiciendum est ad institutum prophetae. Hoc enim agit, siquidem impendebat iam populo vastitas per Babylonium, ut populum ad poenitentiam excitet. Est autem hic primus poenitentiae gradus, lugere, hoc est, non esse securum, agnoscere iram dei, expavescere iudicium dei, dolere de peccato, emendare vitam etc. Ad talem luctum invitat hoc in loco Ioel, ac iubet deponi securitatem, iubet considerari iram dei et futuras poenas, nisi sequatur emendatio vitae.

[2]Sed videas hic mirabilem animorum perversitatem. Quanto enim malum est propius, tanto securiores fere sumus. Itaque cum lachrimis opus esset, solvimur in risum et gaudia. Vide Pharaonem, cum proximus esset exitio, secure insultabat Israeli et de eo mactando cogitabat. Quanto autem fecisset rectius, si et ingemuisset propter peccatum suum, quod toties admonitus, contempsisset dei vocem, et populum dei dimisisset liberum? Nebucadnezar quoque cum immineret ei illa miserabilis calamitas, in quam omnes reges intueri perpetuo debebant, quam erat securus?[3] quam placebat sibi de suis opibus et successu? Idem in Hamano vides, cum proximus esset laqueo, securus de se, tantum de Mardachaei suspendio cogitabat. Haec et similia exempla pingunt securitatem humanorum animorum, quae tum semper est maxima, cum proximum est exitium. Sicut Salomo quoque dicit[4]: Contritionem praecedit superbia, et ruinam exaltatio spiritus.

Idem accidit populo Judaeorum. Imminebat vastitas et longa captivitas per Babylonium. Iam

1) Exhortatio ad luctum. 2) Homines quanto propiores ruinae tanto sunt securiores. 3) ed. 1547: severus 4) Ien.: Prov. 16.

antea per portentosam noxiorum vermium multitudinem magna annonae calamitas acciderat. Sed securi animi praeteritae calamitatis facile obliti de futura, quam propheta minabatur, nihil erant solliciti, vivebant in deliciis, indulgebant commessationibus, agebant triumphos ac si nihil usquam esset periculi et certo omnibus malis essent defuncti. Itaque incautos oppressit hostis. Experimur eadem hodie quoque loca vicina Turcae, quae quasi in foribus hostem vident, quam nihil metuunt? quam sequuntur et retinent cupide notas ac usitatas voluptates et delicias? Adeo semper sui similis est mundus, cum iubetur poenitentiam agere, dolere de peccatis, expavescere iram et iudicium dei, agit securus ludos, indulget voluptatibus. Merito igitur cum postea premitur malis et urgetur periculis, ac erigendi iam animi erant fiducia misericordiae dei, nullus lachrimarum finis aut modus est, et pronus in desperationem fertur. Cur enim non audit prophetarum pias admonitiones? Cur minas tam secure contemnit? Non igitur otiosa haec copiosa ad lachrimas et luctum exhortatio est. Est summe necessaria, quanquam fere frustra est apud maximam hominum partem. Alunt enim securitatem, quae verae poenitentiae maxime adversatur. Poenitentiae enim initium est agnoscere peccatum, perterrefieri iudicio dei ac metu meritae poenae, et cogitare de emendatione, sicut prophetae copiosius exponet. Quod dicit: Gaudium filiorum hominum in confusionem versum est, in genere complectitur annonae caritatem, natam non solum ex tempestate, sed magis ex numerosi et crudelis hostis furore omnia late ...pulantis et vastantis. Nam colono gratius gau...m obiici non potest, quam si videat benedi...one domini ornatus agros suos. Sed hoc gau...m in totum periit. Cur? Quia securi vixistis ... peccatis, prophetarum pias admonitiones negle-

xistis. Ad haec accessit ingens abusus donorum et infinita scandala. His peccatis debetur poena haec. Illa autem maior est, quod peregrinus hostis etiam cultum tollit.

Sanctificate ieiunium. Convocate coetum. Congregate senes, universos habitatores terrae in domum domini dei vestri, et clamate ad dominum.

Haec est altera pars doctrinae de poenitentia. Apud Judaeos alia ieiuniorum ratio fuit quam apud nos.[1] Sicut enim in papatu omnes alii cultus, ita ieiunium quoqúe nihil est nisi hypocrisis. Abstinent a carnibus, ac coena carent, prandia autem habent lautissime ex omni genere piscium instructa, ac ventres ita farciunt, ut sine molestia perendinum prandium expectare possint. An non insignis hic dei cultus est?[2] Apud Judaeos ieiunium erat abstinere per totum diem ab omni cibo et potu. Id cum per se grave sit, recte appellarunt eam afflictionem animae. Usitatum autem fuit indicere ieiunia publice in magnis periculis. Sic Saul, cum periclitaretur exercitus, indicit ieiunium. Hester quoque indici ieiunium postulat, cum deliberando suo populo apud regem esset actura. Ac videmus a propheta hic idem praecipi, cum iam immineret Babyloniea captivitas. Sed in secundo capite de ieiunio et aliis ceremoniis disputabimus copiosius. Nunc quod institutum est absolvemus, ac integram poenitentiae doctrinam complectemur. Postquam praecepit de luctu et per ieiunium, quo quasi praeparandi ad sanctas res animi erant, interdixit usum voluptatum et crapulam, hortatur universum populum, frequent ad templum ut conveniant et clament ad dom

1) Ieiunia papistica. 2) Ieiunia Iudaica.

num. Haec est altera pars, quae absolvit poenitentiam, nempe fiducia misericordiae dei. Oratio enim includit fidem. Si enim nulla veniae spes relicta esset cur orares?[1] Serio autem orans, hoc animo fixum habet, futurum aliquem orationis fructum, hoc est, deum miserturum nostri ac liberaturum nos pro sua misericordia. Habes quid sit poenitentia: Timere deum propter peccata admissa, dolere de peccato, odisse peccatum, serio cogitare de emendanda vita. Haec est una pars. Altera est, retinere spem veniae propter misericordiam dei, quam ostendit in filio suo promisso primum, deinde exhibito, ut fieret victima pro peccatis totius mundi. Hic cultus deo est gratissimus. Delectatur enim primo humilitate, deinde ista certa fiducia bonitatis per filium concepta.

Utile autem est, sicut haec in genere a propheta praecipiuntur toti populo, ut primum lugeant, deinde in templo orent, si ad eum modum singuli nos comparemus, constituti in periculis et sentientes iram dei seu flagellum.[2] Usitatum quidem est, dolere in malis et vociferari, sed propheta de alio luctu loquitur, qui non solum ex sensu poenae, sed ex conspectu peccatorum oritur, si scilicet serio doleas, quod ipse tibi tuis peccatis extiteris tantarum calamitatum causa, deinde si coniicias oculos in Christum et per victimam hanc a deo propositam discas niti fiducia misericordiae dei et exores ab eo veniam. Hoc est, ut non solum speres liberationem corporalem, sed etiam condonationem culpae ac donum spiritus sancti, qui porro te regat, ne in similes satanae laqueos recidas. Haec vera et unica ratio est rgendi ex periculis, sed pauci eam sequuntur. ; enim circumventi malis spem omnem abii-

1) Poenitentia quid. 2) Quomodo lugendum in pu- is calamitatibus.

ciunt, aut non ad deum sed ad illicita remedia confugiunt sicut Saul. Ideo plerunque in mediis malis concidunt. Quae sequuntur sunt forma precationis.

Hei qualis dies. Propinquus enim est dies domini, et quasi vastitas ab omnipotente venit. Nonne coram oculis nostris annona succisa est? Gaudium et exultatio de domo dei nostri? Computruit sementis sub glebis suis. Vastata sunt horrea. Diruta sunt granaria quoniam frumentum erubescit. Quam ingemiscit pecus? Armenta boum confusa sunt, quoniam nulla inveniunt pascua. Etiam ovium greges dissipatae sunt. Ad te domine clamo, quoniam ignis devoravit amoena loca deserti et flamma combussit universas arbores agri. Etiam pecora campi clamant ad te, quoniam exaruerunt rivi aquarum, et ignis devoravit amoena loca deserti.

[1]Doctrinae seu exhortationi ad poenitentiam subiicit propheta hic orationem et prolixam satis et mire ardentem. Utile autem est extare talia orationum exempla in prophetis contra prophanas imaginationes, quas imperiti sacrarum rerum sibi fingunt. Quidam enim in eo errore sunt, ut satis esse putent, si de calamitatibus suis cogitent. Orationem autem seu recitationem certorum verborum putant otiosam et supervacaneam, siquidem cor inspicit deus et intelligit cogitationes nostras. Sed haec sententia si vera est, cur ipse Christus docuit orationem dominicam? Cur ipse in agone si ter iisdem verbis orationem repetit? Cur in ultin

1) De oratione vocali.

coena tam verbosam orationem pro se et ecclesia instituit? Statuamus igitur invocationem illam mandatam, quae ore fit, nec carere certo suo fructu, cum mandata et ab ipso dei filio usurpata sit.

Contra alii, quia multiloquium prohibitum est, peccatum esse putant, si pluribus verbis in oratione utantur. Sed hi non intelligunt causam cur battologiam damnet Christus.[1] Vere enim, si rem aestimes, non prolixitatem orationis, sed infidelitatem damnat. Qui enim ideo utuntur longiore oratione, quasi deus aut causam non intelligat, tanquam imperitus iudex, aut non sua sponte exaudire velit, nisi longa oratione quasi impellatur et excitetur, hi peccant. Statuere enim utrunque animi debent, primum quod (ut Christus dicit) pater noster in coelis norit, quibus habeamus opus, deinde, quod sponte et volens exaudire velit, sicut dicit Christus Lucae 11[2]: Si vos, qui mali estis, novistis bona dona dare filiis vestris, quanto magis pater, qui ex coelo est, dabit sanctum spiritum se petentibus? Negligens et durus iudex opus habet longa instructione, ut causam discat, et non statim ad primum verbum flectitur, talis, inquit Christus, pater coelestis non est. Igitur sufficiet, si paucis exponas quid velis, novit enim hoc priusquam tu ores, et quia misericors est, ultro cupit dare. Hanc sapientiae et misericordiae laudem, qui deo non tribuunt, et ideo cum orant bene prolixi sunt, non recte orant. Sunt autem fere tales orationes monachorum, in quibus amplificantur non promissiones dei, quod cum fructu fieret, sed cruciatus Christi in cruce et similia.

[3]Propheta quidem hoc in loco satis prolixus t, sed non ut doceat deum, non ut cogitet deum

1) Multiloquium in oratione cur prohibitum. 2) Ien.: c. 11. 3) Prolixae orationes piorum.

hoc modo flectendum, suo affectu cogitur ne sit brevis, ac ipsa diligenti consideratione praesentium malorum exuscitat se, ut tanto oret ardentius. Idem facit Daniel in longa ista oratione pro liberatione populi. Idem facit psalmus 18.[1] dum etiam tragica ista addit: Effuderunt sanguinem ipsorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, adeo ut deessent qui eos sepelirent etc. Non dicuntur haec, quasi aut nesciat ea deus, aut hoc modo excitandus sit ad ferendam opem, nec sua sponte oppresso populo adesse velit. Sensus mali tam alte impressus est animis piorum, ut nulla quantumvis longa oratione exprimi posse videatur.

[2]Tragica hoc in loco figura est, cum dicit igni devorari quicquid in agris amoenum est et flammis exuri arbores. Sed quae potest aptior imago belli fingi, quam si id compares cum incendio.[3] Oppida, pagi pacis tempore florent, exornantur, et omnium necessariarum rerum copia instruuntur. Sicut autem orto incendio omnia pereunt, ac miserabilis facies ruinarum conspicitur dum omnia in cinerem redacta confuse iacent. Ita bellum omnia ornamenta tollit ac relinquit informem vastitatem. Sic paulo post propheta de Babylonio hoste dicit: Terra ante eum est sicut paradysus, sed post eum deserta solitudo. Sed hac pictura in oratione cur propheta utitur? Cur non satis ei est dixisse, quod hostis omnia ornamenta domi forisque abstulerit? An non videbat, norat, intelligebat haec deus qualia essent, etiamsi propheta non sic amplificaret? Norat quidem, nec propheta ut deum doceat, ideo sic orat, sed vehemens affectus et ingens desiderium speratae opis eum sic facit copiosum et vehementem oratorem.

---

1) In collect. Ien. et in contextu et in margine legitur: Psalmus 79. 2) Bellum comparatur incendio. 3) Ien.: Infra cap. 2.

Non enim decet orationem esse languidam, elucescere in ea debet fides. Quanto autem calamitas redditur atrocior tanto facilius exauditio sperari potest.[1] Non igitur eris battalogus, si contra turcicum tyrannum orans intuearis animo Pannonias, Macedoniam, Graeciam, Asiam, tot praeclaras ecclesias, tot millia hominum, qui aut gladio perierunt aut degenerarunt in Turcicum impietatem. Excitatur enim hoc modo animus ad diligentiorem orationem et ad certiorem fiduciam exauditionis, siquidem deus misericors et bonus est, nec potest longius tolerare tantam crudelitatem.

[2]Sed hic observanda etiam est emphasis, quod dicit propheta. Ad te clamo deus. Discernit enim hoc modo suam et sui populi orationem ab ethnicorum orationibus. Si verba spectes, etiam Turcae, etiam Judaei hodie in hunc modum orant, ut dicant: Ad te deus clamo. Ac intelligunt ipsi quoque aeternum illud numen, a quo universa sunt condita. Sed hoc nondum est deum vere nosse, si noris eum esse conditorem omnium rerum, sicut enim hominem nondum novisti, si vestem aut os noris.[3] Haec enim iumenta quoque observant et norunt, mentem si noris, tunc vere eum novisti. Ad hunc modum qui plus de deo non norunt, quam quod conditor sit coeli et terrae, vere deum nesciunt, nec possunt vere invocare deum. Quia enim animum dei, qualis sit, ignorant, coguntur dubitare cum orant, nec possunt statuere certi aliquid de exauditione.

[4]Prophetae autem alia invocatio est, deum enim, quem invocat vere novit, non solum ex hoc eius opere, quod oculis subiectum est, quod est ditor et conservator totius creaturae, sed ex

---

1) Oratio debet ardere. 2) Differentia inter oratio- ethnicam et veram. 3) De notitia imperfecta. 4) Dei ia vera.

aliis propioribus et animum eius clarius ostendentibus. Novit enim hunc populum peculiariter vocatum, ut esset populus dei, novit liberatum ex Aegypto, novit expulsis gentibus donatum possessione terrae Canaan et ornatum verbo et cultu dei. Haec omnia certa sunt signa diligi hunc populum a deo. Igitur orans statuit se non frusta orare, scit enim quod oret benignum et faventem patrem. Haec opera propius quasi ostendunt deum, et certa benevolentiae argumenta commonstrant huic populo peculiariter exhibita. Sed ne hac quidem perfecta dei notitia est. Arguunt enim curam dei, sed eam temporalem et huius tantum vitae. Vera autem dei notitia haec est, quod norant prophetae, deum coeli promisisse semen mulieris, quod contereret caput serpentis, quod maledictionem, in qua totum genus humanum propter peccatum est, averteret, et adduceret super nos benedictionem. Sicut ad Abrahamum dicit deus[1]: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Haec illa vera nota est, quam qui norunt, deum vere norunt hoc est: animum et voluntatem eius norunt, quod non oderit genus humanum propter peccatum, sed id amet ac certo liberaturus sit per filium suum a morte aeterna, a peccato et satanae tyrannide. [2]Hanc notitiam postea sequitur certa fides, quomodo enim dubitare de dei benevolentia animus amplius potest? An, qui filium promittit et donat, frustra a se peti sinet quae longe inferiora et huius tantum vita sunt? Haec vera dei notitia omnibus temporibus in ecclesia fuit et sola est fons verae invocationis. Quia autem ex solo verbo nascitur, certum est, non Turcas, non Judaeos, non ullas gentes, non denique infideles in ipsa ecclesia orare. Quanquam enim verba recitant,

---

1) Ien.: Gene. 22. 2) Notitiam dei veram sequitur fides et invocatio.

tamen, quem invocent, non norunt, coguntur igitur dubitare de eventu seu exauditione.

Sed non tantum haec dei notitia accendit fidem, ecclesia habuit omnibus temporibus certam exauditionis promissionem.[1] Nam in lege erat certum verbum, quod orantes in templo deus exaudire vellet. Quia enim eum locum suo cultui delegerat deus ac se ibi habitaturum promiserat ac auditurum supplicantium preces, pii invitati hac promissione de dei voluntate nihil poterant dubitare. In novo testamento ecclesia non est alligata ad certum locum sicut in veteri. Nam, ut Christus inquit,[2] neque in hoc nec illo monte adoratur deus, sed veri adoratores adorant eum in spiritu, hoc est non sunt allegati ad certum locum. Sed mens intuetur Christum, sicque invocans deum exauditur secundum Christi dictum[3]: Quicquid rogaveritis patrem in nomine meo hoc vobis dabit. Petite et accipietis. Talem promissionem non habent Turcae, non Judaei, non Papistae.[4] Igitur oratio eorum prorsus sine fide est, nec meretur orationis nomen, potius est illusio aut blasphemia in deum. Si extaret promissio, deum auditurum in Mahometis nomine invocantes, deum auditurum eos qui Christum negarent, qui invocarent in nomine Mariae, Petri, Pauli, et aliorum divorum, possent Turcae, Judaei Papistae aliquid suae invocationi tribuere. Sed cum Turcae et Judaei Christum abiiciant, Papistae autem in divorum invocatione spem ponant, coguntur dubitare quoties orant, fides enim nititur promissione. Ubi igitur promissio non est, ibi nec fides esse potest.

Diserte igitur propheta dicit: Ad te domine

---

1) Promissiones de exaudienda oratione ecclesiae.
Ien.: Joann. 4. 3) Ien.: Joann. 16. 4) Papistarum
atio frustra.

clamo, qui scilicet te nobis patefecisti, non solum illis magnificis beneficiis corporalibus, sed promissione de semine mulieris contrituro caput serpentis. Deinde, qui in hoc loco iussisti te invocari ac addidisti certam promissionem, futurum ut hic te invocantes exaudias, ad te, inquit, clamo. Invocant te gentes quoque, sed nesciunt te, et invocant sine promissione exauditionis, necessario igitur dubitant, et potius blasphemant quam orant. Qui enim dubitat de exauditione, adimit deo gloriam bonitatis et misericordiae. [1]Meminerimus igitur admoniti hoc loco, in omni vera invocatione hoc primum esse, ut mens intueatur deum ac norit voluntatem eius esse talem, quod velit nobis adesse, nos exaudire, nos liberare, siquidem promisit liberationem ab aeternis malis per filium suum. Deinde ut intueatur etiam promissionem de exauditione peculiariter loquentem. Ita enim confirmabitur animus, ut cum certa fiducia oret et excludetur dubitatio. Etsi enim in corporalibus malis, nos submittere voluntati dei aequum est, nec sic urgenda est exauditio, quia si deo ita videatur, volentes parituri simus eius voluntati ac humiliaturi nos sub eius potentem manum, tamen cum hac obedientia fides recte coniungitur.[2] Certus est enim animus de aeterna liberatione per filium dei facta, ac statuit in levioribus quoque misericordiam dei nobis non defuturam, si sic et gloria eius et nostra salus postulet.

Sed quid est quod prophetae non satis est dixisse, ad te clamo, sed addit etiam de bestiis? Pecora campi, inquit, ad te clamant. [3]Num sensus aliquis, aut cognitio aliqua dei in bestiis est? Ad hunc modum psalmus dicit: Corvorum pullos invocare dominum, cum tamen bruta et sine sensu

1) Quomodo orandum. 2) Quomodo orandum contra mala corporalia. 3) Quomodo bestiae deum invocent.

talium motuum sint. Respondeo. Hoc certum est, quod etiam bruta intelligunt suas calamitates. Nam siti, fame, plagis afficiuntur et testantur dolorem ac periculum eiulatu. Quia autem scriptura palam pronunciat clamare etiam bestias ad deum, manifestum est, etsi sine mente et dei notitia sint bruta, tamen eorum clamore deum affici. Pertinet igitur haec phrasis ad nos excitandos ad fidem. Quia enim scriptura testatur deum etiam clamore bestiarum moveri, cur statueremus lachrymas et gemitus nostros aspernaturum, qui et videmus mentem eius, et ad gratiarum actionem non erimus muti, qua imprimis delectatur tanquam praestantissimo cultu.

Caput secundum.

Clangite tuba in Zion et canite classicum in monte sancto meo. Paveant omnes habitatores terrae, quoniam venit dies domini, quoniam prope est. Dies tenebrosa et caliginosa, dies nubila et obscura, sicut aurora expansa super montes populus multus et fortis, cui similis non fuit a saeculo, nec post eum erit omnibus saeculis. Ante eum ignis devorat, et post eum flamma exurit. Terra ante eum est, quasi hortus voluptatis, et post eum solitudo vastata, nec evadet eum quisquam. Aspectus eius sicut aspectus equorum. Sicut equites current, sicut strepitus quadrigarum in cacuminibus montium saltabunt, et sicut sonus flammae ignis devorantis stipu-m, et sicut populus fortis instructus l bellum. Populi eo conspectu sicut ulier in partu dolebunt. Omnium faies colligent nigredinem. Sicut robusti ırrent, et sicut viri bellicosi ascendent

murum, et singuli in suis viis ibunt, nec erunt tardi in semitis suis. Nullus molestus erit fratri suo. Sed unusquisque incedet per semitam suam, cumque gladio se obiecerint non vulnerabuntur. Per civitatem discurrent, current in muro, atque in domos ascendent, et quasi fur ingredientur per fenestras. Ante illum contremiscit terra, et commovetur coelum. Sol et luna obtenebrantur, et stellae cohibent lumen suum. Et dominus dat vocem suam ante exercitum suum. Quoniam valde magna sunt castra eius, quoniam fortia sunt, ut faciant verbum eius. Quoniam magnus est dies domini, et valde terribilis, et quis sustinebit eum?

[1]Prior huius capitis pars habet concionem similem superiori. Praedicit enim vastitatem regno Judae per Babylonium. Ideo autem tot tum verbis tum figuris propheta utitur, quia de re futura concionatur, et apud securos prorsus incredibili. Ac tria potissimum in tam longa descriptione notanda sunt. Primum, quod tempus belli appellat diem domini. Secundum, quod impium hostem populi dei vocat exercitum dei. Tertium, quod dicit, praecedere ante hunc exercitum vocem domini. [2]Appellatio diei domini includit pulchram antithesin. Dum enim tempus poenitentiae concedit deus et per verbum monet ac revocat in viam, securus et incredulus mundus tum habet suum diem, hoc est, non deum, non verbum eius curat, indulget peccatis, et cumulat sibi iram, sicut experimur hodie. Imminentibus enim tot malis, saeviente Turca dissidentibus principibus, pontific

---

1) Ien: Praedicit vastitatem per tyrannum Babylonium. Tria in hac vastitatis futurae descriptione notanda
2) Dies domini vocatur tempus visitationis.

conspirante cum suis in exitium nostrum, quae vitia non admittuntur?[1] In civitatibus inter potentes, avaritia, libido, crapula, luxus dominantur. Qui autem egent, et in re non lauta sunt, apud hos summa est perfidia, fraudes, furta. In genere autem apud omnes tum summos tum infimos contemptus verbi dei, blasphemiae, et omnis generis scandala vigent. Aularum peccata referre animus horret. Est enim ibi neglectio ecclesiarum et iuris extrema, et quaeruntur studiose occasiones omnium vitiorum. Est igitur hic mundi dies, de domino nulla cogitatio, nulla cura. Connivet autem dominus ad haec aliquandiu, non punit statim, relinquit spatium poenitentiae, crescente autem malitia fit commutatio. Praeterit enim dies mundi et venit dies domini, dies, ut propheta dicit, magnus et horribilis valde, quo dominus iram suam grassari sinit et ostendit, quod sit deus non volens iniquitatem. Ad pios igitur haec cura pertinet, ne cum mundo sint securi, sed in timore dei vivant, certi futurum ut dies domini veniat, quo impiorum peccata visitabuntur.[2] Qui hoc faciunt hos aut eximet per mortem dominus futuris calamitatibus, sicut de Josia scriptura dicit, aut in ipsa calamitate consolabitur, ac teget sicut Danielem apud Babylonios.

Atque haec causa est tam insignis mutationis, ut impius Babyloniorum populus, qui sine notitia dei, sine cultu dei, in idololatria, et omnis generis peccatis secure vivebat, appelletur exercitus dei, Judaei autem qui populus dei fuerant, sint hostes dei, contra quos deus ipse pugnet, et quibus eripiat omnia dona, quibus eos prae omnibus terrae populis ornaverat. Cur enim non paruerunt prophetarum admonitionibus. Cur verbum neglexerunt impie? et potius suorum desideria quam dei vocem

---

1) Mundi securitas et malitia. 2) Sic Lutherum. ictum dei organum evocavit ante hos motus dominus

secuti sunt? Hodie iniquum videtur, tot victoriis ornari Christi et ecclesiae hostem Turcam, crudelem tyrannum, et sceleratum idolatram, nos autem, qui nomen Christo dedimus et ad consortium coelestis regni per baptismum vocati sumus, misere premi et affligi.[1] Sed meruerunt has poenas peccata nostra, ac cum omnino necesse sit ut humiliemur, facit hoc deus per impias gentes, ut tanto maior sit confusio nostra, nosque eo facilius ad confessionem peccati et emendationem redigamur. Convincit enim nos eventus, non ut de religione nostra dubitemus, vera ne sit an non, sed ut statuamus deum sic peccatis nostris offensum, ut differe poenas amplius non potuerit. Sed nunc grammaticam quoque videbimus.

Clangite tuba in Zion.

Hoc perinde est, ac cum apud nos aut canuntur classica, aut pulsu campanarum significatur subitum periculum, et congregantur cives, sicut solet in incendiis, et subita hostium incursione. Carebant enim Judaei campanis. Porro Zion arx regia fuit. Quod autem addit: Canite classicum in monte sancto, etsi id ad montem, in quo templum erat, quidam referunt, tamen propter secundum psalmum libenter accipio sanctum montem pro monte Zion, in quo erat arx regia, qui propter sanctum regem Christum mons sanctus appellatus est.

Quia venit dies domini, quia prope est.

Dixi supra de appellatione hac, diem domini[2] vocari hic tempus, quo dominus visitat peccatores. Quia autem addit, prope esse hunc diem, ex eo

---

1) Cur impii foelices sint contra ecclesiam. 2) Ien.: Dies domini.

colligo, hunc prophetam post Esaiam Oseam et alios fuisse, qui de captivitate Babylonica vaticinati sunt, ac hebraeorum chronica eum sub Manasse Ezechiae filio docuisse, ostendunt. [1]Tenebrosum diem vocat infaustum et infoelicem, usitata scripturae phrasi, quae lucem appellat pacem, et foelicem rerum sucessum, e contra tenebras et caliginem calamitates et pericula, ut apud Esaiam:[2] Qui non dixerit secundum verbum hoc, non erit ei matutina lux. Et psalm. 23:[3] Si ambulavero in valle umbrae mortis, non timebo malum quoniam tu mecum es. Significat enim certum periculum mortis.

Sicut aurora expansa super montes, populus multus et fortis.

Inusitata sed significantissima haec figura est. Aurora enim subito incrementa sumens, paulatim illustrat montes, ita dicit hunc populum subito occupaturum et impleturum omnia. Quod autem addit, nec fuisse nec futurum talem populum in omnem posteritatem. Id neque ad multitudinem nec ad poenitentiam refero, sed simpliciter ad id, quod prima monarchia fuit foelicissima, sicut ideo a Daniele comparatur aureo capiti.

Aspectus eius sicut aspectus equorum.

Haec quoque figura paulo apparet durior. Sed in equo quia lucet generositas ac celeritate valet, non inepta comparatio est ad strennuum et expeditum militem. Huc faciunt sequentes similitudines de strepitu quadrigarum et sonitu grassantis ignis, quibus ceu hypotyposi pingit terrorem et periculum inevitabile.

Populi eo conspecto dolebunt.

Verbum iachilu[4] notum est etsi autem varie

1) Caligo. Lux. 2) Ien.: Esa. 8. 3) Ien.: Psal. 23. 4) Ien.: Iachilu.

id vertunt interpretes, (alius enim dolebunt, alius timebunt, Hieronymus cruciabuntur, exponit) tamen certum est, sumptam similitudinem a doloribus parturientium. Significat igitur propheta magnitudinem periculi, quasi dicat, statim ad aspectum tam formidabilis hostis concident animis, ac tanquam parturiens mulier dolebunt. Quod autem addit: Omnium facies colligent nigredinem: In Hebraeo est: Omnium facies (kibzu pharur) colligent ollam. Ac certum est, sumptam hanc formam ex secundo capite Nahum. Etsi autem remotior figura haec est, tamen de significatione nullum est dubium. Nam in subitis periculis expallescimus. Significat autem propheta pallorem nigricantem. Sicut enim olla admota igni fumo fuscatur, ita in periculis mutantur vultus. In laetitia diffuso sanguine rubent homines, contra cum in moerore et periculis subitis contrahitur sanguis ad cor nigricans quidam pallor relinquitur et nitor omnis oris perit.

Sicut fortes current.

Haec pertinent ad industriam, gravitatem, diligentiam, et celeritatem pingendam, quod unusquisque gnaviter urgebit suum munus. Quod Hieronymus fecit, sed et per fenestras cadent, et non demolientur, sine omni sensu est, et prorsus discedit ab Hebraeo, quod ad verbum sic habet. Super gladios cum se proiicient, non tamen vulnerabuntur, hoc est, pugnabunt cum magno successu, etiamsi imprudentes se exponent periculis, sicut in direptionibus oppidorum praede cupida turba solet, et tamen evadent, foelix erit audacia.

Ante illum contremiscit terra.

Sunt hae tragicae figurae, quibus calamitatem amplificat. Nam posito in luctu et periculis, omnis quae oculis cernunt, etiam coelum et solis lumen iudicant tristia et adversa. Sicut e contra anim

excitati et hilares, etiam quae parum iucunda sunt, iucunda et gaudii sui conscia esse ducunt.

Dominus dat vocem suam ante exercitum suum.

Quid dicemus hanc domini vocem esse, qua utrunque fit, ut hostes magno animo pericula omnia contemnant et gnaviter rem gerant, Judaei autem pavore et perturbatione impediti desperent?[1] Aliud nihil, quam quod corda impiorum frangit deus, sicut e contra animum addit hostibus. Non enim securitas impiorum perpetua est, cum primum ingruit ira domini, peccatum quod tempore securitatis altum somnum dormierat, excitatur, et tanquam saevus lictor excruciat animum, inde pavor et desperatio oriuntur, ut etiam ad folii sonitum fugiant. Hic tandem finis est impietatis. Hactenus vaticinatus est propheta de futura per Babylonium vastatione, nunc tanquam medicus praemonet de cavenda hac poena, et effugienda per veram poenitentiam et orationem.

Et etiam iam nunc dicit dominus: Convertimini usque ad me in toto corde vestro, in ieiunio et in fletu et in luctu. Et scindite cor vestrum et non vestimenta vestra, et convertimini ad deum vestrum quoniam clemens et misericors ipse, longanimis et multum beneficus, et poenitebit super malo.

[2]Haec est insignis exhortatio ad veram poenitentiam, ac digna quae hodie diligenter in ecclesiis narretur.[3] Vita hominis peccatoris aliud nihil est, am perpetua aversio a deo, qui se ad nos contit per verbum suum, sed nos more rebellium

1) Vox domini quid. 2) Ien.: Exhortatio ad poenitiam. 3) Aversum esse a deo.

et inobsequentium liberorum vocanti ad se patri terga obvertimus et imus quo nobis libet, non quo per verbum ipse vocat. Sic autem paulatim contumacia et furor crescit, ut summa voluptas sit habere, quam plurimas peccatorum occasiones. Has enim captant impii ac secure contemnunt iudicium dei. Talem vitam pingit Christus egregie in similitudine errantis oviculae. Haec enim quo longius abit, tanto deerrat longius et altius involvitur periculis.

Ad hunc modum populus Israel, deo loquenti et per prophetas in viam revocanti, obvertebat tergum, veros cultus abiiciebat, et sequebatur cordis sui inventiones, sicut tempora Manassis, in quibus Joelem vixisse verisimile est, clare ostendunt, Non igitur cessabat diutius poena, rex abducebatur captivus, terra et hostilibus incursionibus et noxiis bestiis varie affligebatur. Sicut autem qui in deviis, constituti sunt, quo longuis abeunt, tanto aberrant magis, ita aversus per impietatem a deo populus cum remedia publicarum calamitatum quereret, augebat eas impiis cultibus et magis irritabat deum. Sicut papistae in periculis cumulantes missas, invocantes divos, instituentes supplicationes, mandantes ieiunia, non quidem iram dei mitigant, sed accendunt gravius. Non enim haec ratio placandi dei est.

[1]Ideo dominus hoc in loco dicit, ad me convertimini, hoc est, nolite mihi obvertere tergum cum loquor ad vos, auscultate mihi idque ex toto corde vestro, ne aut sit simulata conversio, aut non integra. Vult enim deus totum cor, non vult timeri, non vult credi alium deum, sicut Christus quoque dicit:[2] Nemo potest duobus dominis servire. Usitatum autem hoc inter nos est, cum audimus in verbo, quid nobis sit faciendum, ut tamen hactenus servatos cultus ac usitatos mores non prorsus abiiciamus aut damnemus. Dicit igitur, in toto corde ad me convertimini, ut summo studio intendentes

1) Converti ad deum quid. 2) Ien.: Matth. 6.

verbo nusquam ab eo deflectamus. Hoc primum est, ut verbo attendamus.

Quid autem tradit verbum? quam ostendit placandi dei viam? In ieiunio, in fletu et in luctu convertimini ad me et scindite non vestes sed corda vestra. Haec prima pars est poenitentiae, quam prophetae tradunt. Notus autem Judaeorum mos est vestes scindentium ac lacerantium in rebus adversis. Sic Annas indicaturus dolorem, quem ex Christi blasphema, ut iudicabat, voce acceperat, vestem rumpit, ac multa alia in veteri testamento similia exempla sunt.[1] Diserte autem dicit Joel: Non vestes sed corda scindite significans velle se, ut serius sit dolor, non simulatus. Nam homines etsi in calamitatibus dolent tamen non dolent serio. Serius enim et verus dolor, ad quem propheta hortatur, non est querulari de incommodis quae patimur, sed causam incommodorum inspicere, peccata scilicet, de iis dolere, ea emendare, ac porro non admittere. Is demum verus dolor et verum poenitentiae initium est. Impudica mulier, maritus adulter, praeter ignominiam etiam sentiunt maledictionem et inopiam. De his dolere nihil novi est. Est enim haec veteris hominis natura, se ut amet, de suis malis ut doleat et queratur, etiamsi causam mali nondum oderit, aut execretur. Dolor autem de quo spiritus sanctus hic concionatur, est, non affici solum sensu poenae, sed sensu peccati, quod per adulterium deum offenderis, quod conieceris te in iram et dammationem. Hic sensus cum vere occupavit animum, ibi demum sequitur, quod vulgo vocant bonum propositum, non quaerentur amplius occasiones prohibitan libidinum, animus etiam ad cogitationem eteriti peccati cohorrescet et abhorrebit a tanta ditate. Hic dolor spiritus sancti opus est, qui

1) Poenitentia vera.

per verbum legis ad hunc modum animos terret. Non est, ut papistae docent, opus hominis, quod quoties libet, praestari a nobis potest, oportet ut verbo ad hunc modum per spiritum sanctum excitentur animi. Absque eo si sit, vetus homo semper antiquum obtinet et delectatur peccatis, sectatur occasiones peccatorum, et potitus iis tanquam re bene et foeliciter gesta gaudet.

Sic usitatum est, cum pestilitas aut annonae caritas incidit, dolere et conqueri. Sed quotusquisque est, qui de horum malorum fontibus serio cogitet, ac admonitus his calamitatibus peccare desinat, emendet vitam, minuat avaritiam, luxum, negligentiam in vocatione? etc. [1]Sic Judaei quoque dolebant de incommodis, quae hostis ac noxiae bestiae invexerant. Sed non dolebant de idolatria[sic!], de verbi et prophetarum contemptu et aliis peccatis, quae tantas calamitates concitarant. Jubet igitur per prophetam deus corda scindi, non vestes, hoc est, iubet ut serio de peccatis admissis doleant. Id enim cum fit, sequitur seria vitae emendatio, audiunt animi et amplectuntur verbum, non sequuntur amplius vel cupiditates vel studia sua. Igitur iacent, idolatria, falsi cultus, fiducia in propria opera, et totum illud peccatorum agmen, quod impietas secum trahit.

[2]Talem luctum requirit deus ac meminit quoque ieiunii, non solum quod aptos facit ad orandum, sed quod indicium etiam est animi serio perturbati. Sicut etiam lachrimae animi testes sunt. Peccatrix Lucae 7.[3] provoluta ad pedes Christi muta prorsus est, sed intelligit lachrymas eius Christus, et iubet ut sit otioso animo, dimissa enim iam ei esse peccata, talem fletum hic quoque propheta exigit In poenitentia enim hoc primum est, agnoscere peccatum, serio perturbari et dolere de peccati

1) Quid faciendum cum grassantur publicae poenae
2) Ieiunium cur requiratur. 3) Ien.: Luc. 7.

admissis. Hanc contritionem sequuntur deinde certi fructus, emendatio, scilicet, vitae, et vehemens peccati odium. Sed etsi necessaria haec sunt, nondum tamen ad iustitiam satis sunt, nec, ut Sophistae disputarunt, merentur remissionem peccatorum. Fide enim in Christum opus est, ea sola, quia misericordia dei nititur, remissionem peccatorum impetrat et absolvit poenitentiam. Itaque addit propheta:

Convertimini ad dominum deum vestrum, quoniam clemens est.

[1] Hic maxime insignis locus est, quo veris suis coloribus propheta deum pingit, ut territos animos magnitudine peccatorum suorum erigat, et in certam spem veniae vocet. Ita enim absolvitur poenitentia seu conversio ad deum, si certa misericordiae spes et fiducia accedat. Recte autem hoc loco fuerimus usi, si primum his gravissimis appellationibus dei nos erexerimus contra desperationem. Deinde etiam transtulerimus ad exemplar quod imitemur, ad corrigendum id quod in nobis vitiosum est et cum divina natura pugnat.

[2] Prima appellatio, quam propheta deo tribuit, est channun,[3] quod plerumque vertitur misericors, sed proprie significat clementem, facilem, benignum. Quale autem id sit, ex antithesi facile intelliges. Nos natura sumus inclementes et immites, offensi non facile flectimur ad lenitatem, non ignoscimus facile, sed sicut poeta Achillem pingit implacabilem et durum, ita fere omnes sumus. Contra deus natura talis est, qui se facile sinit flecti, non est implacabilis aut inexorabilis, primum, ut ita dicam, verbum suplicantis[4] flectur et ignoscit. Hoc primum oppone tuis cogi-

1) Dei nomina vera. 2) I. deus est clemens. 3) Ien.: annum. 4) sic!

tationibus, quae pingunt deum immitem, et tanquam carnificem implacabili ira. Ideo conscii nobis peccati, praesertim si poena ante oculos sit, refugimus ab eo, et sicut Adam in Paradiso quaerimus latibula. Sed memineris te iniuriam facere clementi deo. Etsi enim poenam infligit, tamen non ideo discedit a natura sua retinet cor molle et flexibile, etiam tum cum nobis videtur iratissimus. Nam etiam poenam eo animo immittit, ne altius demergamur in peccata, sed ut convertamur et vivamus. Ab hoc clementi et benigno patre cur refugis? Non persequitur te ut occidat, sed ut in viam revocet. Consiste igitur, convertere ad eum ex toto animo et ipse propiciabitur peccatis tuis. Exposce veniam supplex, et ultro complectetur te.

Sed tentatis ira et peccatis suis nihil incredibilius potest dici. Convertendi igitur oculi sunt ad illud eximium certissimum et apertissimum signum gratiae, quod non pepercit deus filio suo, sed pro nobis omnibus tradidit illum. [1]Hoc dei opus pone tibi ob oculos, et de eo cogita diligenter. Nam pro peccatoribus hoc fecit deus. Si igitur peccatores tam complexus est familiariter et morte filii sui ostendit, non ita se eos odisse, quin salvos et liberos ab aeterna morte esse velit, cur nunc de voluntate dei erga te dubitas, postquam per filium dei deo reconciliatus es? Sed inquies, peccator sum, offendi deum, nec parvi voluntati eius ita ut par erat. Sit hoc quoque, non enim negabimus peccatum, tu igitur mutatus es, ex bono factus es malus, ex filio factus es inobediens. Sed num ideo statues deum quoque mutatum aut alium factum? Quin discede a malo. Peccasti, peccare desine, pete veniam, spera per Christum deum sic tibi reconciliatum, ut reconciliatio sit aeterna, non unius aut alterius diei vel anni sed perpetua,

---

1) Argumentum clementiae dei.

et comperies, prophetam non mentitum, qui eum vocat chanun placabilem, mitem, benignum, clementem.[1] Ad hunc modum primo hac consolatione utaris contra peccatum et iram dei, quam mens tua falso tibi proponit implacabilem.

[2]Deinde imitare exemplum, est esto tu quoque misericors, sicut pater tuus coelestis. Ne sis durior erga fratres, sinas te reconciliari iis qui te offenderunt. Ita utrinque recte usus fueris hac prophetae concione.

Secundum nomen quo propheta deum appellat rachum[3] id proprie est misericors, qui afficitur malis aliorum. Haec quoque dei virtus collatione facilius intelligitur. Nos gaudemus incommodis inimicorum, ideo quaerimus etiam occasiones nocendi. Sed talis deus non est, etsi offendimus eum peccatis nostris, et pertinacia nostra cogimus ad infligendas poenas tamen non delectatur eo spectaculo deus, cum dolore ac luctu aspicit calamitates nostras, vellet praecisas omnes poenarum occasiones, et quanquam cogitur ut puniat, tamen id quasi invito animo et reluctante facit. Mallet non solum parcere, sed etiam omni generi bonorum cumulare homines, modo parerent voluntati suae, sed cum hoc pertinaciter recusent facere, punit quidem, et subiicit calamitatibus, sed invitus et dolens. Hoc si persuaderi nobis pateremur in tentatione et urgentibus poenis, quam praeclare ageretur nobiscum? Sed quia diversum statuimus, et odisse deum nos, et gaudere nostris malis, ideo aut desperamus, aut impatientia victi deum odisse incipimus.

Disce igitur de voluntate dei iudicare non ex tuo animo, sed ex verbo dei, et ora deum, ut per spiritum suum hanc brevem concionem tuo

---

1) Ien.: Rom. 8. 2) Nos quoque debemus clementes esse. 3) H. deus misericors. Coll. Ien. addit: Rachum.

cordi inscribat, ita et impatientiae parabitur medicina, et tu excitabis te ad seriam orationem certus de exauditione. Si enim verum est, quod deus est misericors qui afficiatur malis nostris, dic, an non rogatus feret opem, et liberabit nos? an non ipse quoque hac tanta molestia liberari optabit. modo tu eum non impedias vel desperatione vel impatientia tua? Cum Saulus miseros Christianos, qui Damasci erant, oppressurus et in impiorum manus traditurus esset, filius dei de coelo clamat, Saul, Saul, quid me persequeris? et epistola ad Hebraeos ideo hunc pontificem per omnia tentatum dicit, ut disceret compati nostris malis. Ne igitur desperes, etiam cum sentis peccatorum poenas, convertere potius ad deum misericordem, seu miseratorem, nec statue, eum tanquam infestum inimicum delectari tuis malis. Dolet enim, quod tua improbitate coactus sit infligere poenas, ac cupit te converti, ut poenas abrumpat et se tibi misericordem esse ostendat.

Dabis autem operam, ut tu quoque idem facias erga proximum tuum, ne laeteris in malis eius, sed potius condolens, vel consoleris eum, vel re adiuves, si ita sinunt, facultates tuae. [1] Hanc gratitudinem merito suo a te exigit deus, ideo studiose praestanda est, nisi ultro nobis eam fortunam volumus accersere, quam expertus est servus nequam, cui cum decem milia talentorum condonata essent, noluit conservo suo centum denarios condonare.[2]

Ipse ira tardus.

[3] Hoc tertium dei nomen fere redditur uno vocabulo longanimis. Sed non satis exprimit Hebraicam phrasin. Significat enim quod deus

---

1) Nos quoque debemus misericordes esse. 2) Ien.: Matth. 18. 3) III. deus tardus ad iram.

non solum non facile commovetur ad iram, sed quod etiam cum putatur irasci et infligit poenas, nondum tamen vere irascitur. Est enim flagellum patris, quod proficiscitur non ex ira, sed ex vero et paterno amore. Ira enim simpliciter poenam spectat, sed cum a domino iudicamur corripimur, ne cum hoc mundo damnemur.[1] Non acquiescit dominus simpliciter in poena, sed quaerit per poenam emendationem, et salutem nostram. Hoc quoque aegerrime nobis persuadetur. Nam ad primum statim ictum statuunt animi irasci deum. Cum tamen verum sit, quod ad iram tardus sit, nec facile se commoveri sinat. Sicut etiam impiorum exempla probant. Quoties admonetur Pharao, ut dimittat populum? et quanquam fert dignas pertinaciae poenas easque varias, tamen dominus eas tollit ad primas sanctorum preces. Cum autem sanari ratione nulla furor eius erga populum dei potest, sed iam in eo est, ut simul totum perdat, tum demum irascitur dominus et demergit eum in mare. Igitur nisi prorsus nulla emendationis spes relinquatur, non solet irasci dominus. Tu ergo, constitutus in certis vel malis vel periculis, explora cor tuum, sic ne oderis prorsus deum, ut redire ad eum nolis. Quod si hoc animo tuo fixum est, cupere te redire, modo ipse te velit amplecti, si serio de peccatis admissis doles, et ex animo cupis desistere, et reconciliari cum deo, ne dubites deus non irascitur, imo irasci nondum coepit, siquidem tu nondum coepisti esse desperabilis.

[2]Transferendum autem hoc quoque nomen dei ad nostrum exemplum est. Nos facile iritamur,[3] non solum ad iniurias quasvis, sed etiam ad singula prope verba. Hoc vitium memineris emendandum esse, ne sis irritabilis, sed ut tu quoque ad iram

---

1) Ien.: 1. Cor 11. 2) Irae non indulgendum. 3) sic!

tardus sis, et libenter condones proximo tuo si quid in te peccavit.

[1]Quartum nomen dei est plenissimum consolationis rob chesed quasi dicas multum beneficus. Ostendit enim deum affligere non ut perdat, sed ut nos reducat in viam et invitet ad pietatem, ut possit in nos esse beneficus. Non est nostri similis, qui duri sumus erga eos, qui nos offenderunt. Statim enim retrahimus manum, et claudimus loculos. Deus autem etiam in ingratos est beneficus et de male meritis cupit bene mereri. Nam etiam flagello eo animo utitur, ut conversis et agentibus poenitentiam benefaciat, non solum mitigando aut tollendo poenas ac donanda benedictione corporali, sed multo magis, ut in aeternum nos salvet, nosque ut Paulus loquitur,[2] cum securo mundo non damnemur. Sed o miseros nos, et per peccatum ad extremum depravatos, qui ad tam suaves consolationes non erigimur, sed tanquam aegri somnia eas negligimus. Ita enim tanquam in coenum mentis nostrae oculi altissime defossi sunt, ut hoc divinum lumen non possimus cernere. Rogandus igitur dominus est, ut aperiat oculos nostros, ut lucem hanc coelestem saltem e longinquo possimus aspicere. Non enim deus isti soli populo, cui concionatur Jöel, talis esse vult. Quia enim victimam a se contra peccatum destinatam, nempe filium suum aeternum vult omnibus hominibus communem esse, quomodo de animo eius possumus dubitare, quod non talis erga nos quoque esse velit, qualis hic a propheta describitur? Consolemur igitur nos hac concione contra tentationem irae dei, et postea meminerimus, subinde ad hoc coeleste exemplar respicere, ut nos quoque vincamus iram, et benefici simus etiam in eos, qui nobis nocuerunt. Ita enim comprobabimus,

1) IIII. deus multum beneficus. 2) Ien.: 1. Cor. 11.

nos dei esse filios. Iam sequitur quintum dei nomen.

Et poenitens super malum.

Qualis haec virtus sit, ex collatione intelligi potest. Homines, cum ira acsensi sunt, sic ardent, ut satiari calamitatibus adversariorum non possint.[1] In deo diversa natura est, non facile, ut supra diximus, commovetur ad iram, et quanquam iratus immittit poenas (animi enim nostri iratum esse statuunt) tamen poenitet eum consilii, videtur sibi nimium quasi durus fuisse et repraehendit se. Ad hunc modum apud Hieremiam dicit, cap. 18.[2] Si poenitentiam egerit gens a malo suo, quod locutus sum adversus eam, agam et ego poenitentiam super malo, quod cogitavi, ut facerem ei, et subito loquar de gente et de regno, ut aedificem et plantem eam. Hunc affectum experiuntur parentes quoque. Nobis enim usu venit cum liberis nostris, postquam in eos animadvertimus, ut abiiciamus virgam, et repraehendamus iram nostram, ac iudicemus, nos nimium fuisse duros. Sed hoc quis de deo credit? De nobis exemplum capimus et statuimus eum nostri similem, ardentem ira, et cui nulla crudelitas satis sit. Sed haec summa blasphemia est, cuius sine dubio auctor est satan, qui ideo deum crudelem et saevum pingit, ne ad eum confugiamus, et inveniamus calamitatum nostrarum mitigationem. Proponit autem scriptura insignes has consolationes ideo, ut in calamitatibus nos erigamus et consolemur ne victi desperatione blasphememus, sed invenientes levationem, gratias agamus deo et praedicemus misericordiam eius.

Memineris autem, si deus natura talis est, talem propheta hic pingit, clemens, misericors, tardus ad iram, multum beneficus, et quem facile

1) V. deus poenitens super malum. 2) Ien.: Ierem. 18.

poenitet mali quod infligi fecit, quantum hi sibi mali conciliabunt, qui hac tanta dei bonitate abutuntur, et securi in peccatis pergunt?[1] Est enim talis erga nos, non ut obvertamus ei tergum, non ut contemnamus aut violemus eius mandata, sed ut invitati hac tanta bonitate, adiungamus nos ipsi, complectamur eum, studeamus voluntati eius satisfacere, et curiosa ac sollicita obedientia conservemus illam erga nos immensam benevolentiam. Sed proh dolor, pauci hoc faciunt. Maior pars abit secura de deo, et cum posset habere deum propitium, cogit eum ad poenas et reddit inimicum pertinaci malitia. Horum ne simus similes, sed excitemus hac prophetae concione nos ad veram poenitentiam, et muniamus nos contra desperationem, ad quam natura proclives sumus, quod animi alias de deo imaginationes in periculis sibi fingunt, quam hic a propheta pingitur.

Quis scit: Convertetur et poenitebit et relinquet post se benedictionem, oblationem et libationem domino deo vestro.

[2]In nostra lingua phrasis haec negative seu potius dubitative sonat: Quis scit? Sed est aptissima poenitentis vox. Utrunque enim complectitur et sensum peccati, qui facit ut statuamus deum iuste irasci, ac nos plectere et spem liberationis, siquidem deus natura benignus et placabilis est. Sic cum coecus in evangelio dicit[3]: Si vis, potes me mundare, primum hac voce se abiicit ad pedes Christi, libere confitens se merito hanc poenam sustinere. Deinde ostendit elucescentem in hoc sensu peccati sui spem liberationis per Christum. Debet autem perpetua haec nostra orandi form

1) Securitas ingens peccatum. 2) Particula qu scit, non dubitativa. 3) Ien.: Matth. 8.

esse, ut primum propter peccatum nos humiliemus. Deinde erigamus nos in spem exauditionis propter promissiones in Christo factas. Absolvit autem, ut supra diximus, haec spes poenitentiam et glorificat deum. Ideo gratissimus cultus et acceptissimum sacrificium est, quod hypocritae praestare non possunt.

Quod de benedictione addit, recte hoc intelligitur de benedictione corporali, quod si agat populus poenitentiam, dominus omni genere benedictionis eum sit cumulaturus et liberaturus a Babylonio hoste. Includit tamen etiam promissionem de Christo, quae in novissimis diebus exhibita est. Tum enim vere benedixit dominus populo suo, et restituit oblationem et libamen, hoc est, veros cultus non simulatos, fidem, confessionem, invocationem in periculis, praedicationem misericordiae dei etc. Admonemur autem hoc in loco eius quoque, quod benedictione sua ideo deus nos ornat, ut eam conferamus ad cultum dei, non ut abutamur ea ad luxum. Sicut tamen plaerumque fit.

[1]Haec est admodum pulchra et sancta ad poenitentiam exhortatio, quam si cum papae dogmatibus conferas, videbis in foedissimum monstrum transformatam sanam doctrinam. Iubet propheta ad dominum converti ex toto corde, hoc est attendere verbo et sequi verbum ac serio dolere de peccatis, deinde niti bonitate dei et misericordia. His duabus partibus doctrinam de poenitentia absolvit. Sed tu audi pontificem. Contritionem mandat, eam statuit nostri arbitrii opus esse, ac mereri remissionem peccatorum. Utrunque autem sum est. Deinde contritis imponit onus consionis, hoc est, ut catalogum peccatorum texas

1) Collatio doctrinae pontificiae de poenitentia cum)phetica.

et recites ministro ecclesiae. Statuit autem confessionem quoque meritoriam esse. Tertio addit infinitum mare operum, satisfactionem scilicet, cum certa opera iniungitur. Haec quia semper cum vitio sunt, nec unquam in eis acquiescere conscientia potest, recte mare appellatur, quod semel ingressus portum nunquam attinges. Nihil monstrum hoc docet de pavore, quem excitat in animis lex, cum ostendit iram dei et nos in iudicio dei acussat. Nihil docet de fide, de promissione nihil, quae tamen sola remissionem peccatorum ad nos affert et animos turbatos metu irae dei sola erigit. Si autem de operibus satisfactionum diligentius inquiras, ibi demum apparebit Satanae dolus. Alius certis diebus ieuniat, alius recitat certum numerum precationum non intellectarum. Invenias qui peregrinationibus, adoratione statuarum, et aliis nugis se veniam peccatorum consecuturos sperent. Haec igitur perturbatio sanae doctrinae, imo eversio, an non satis magna et digna causa fuit, ut nos a pontifice separaremus? Sed ne propheta quidem operum et ceremoniarum nullam mentionem facit. Ideo videamus quales eae sint.

Clangite buccina in Zion, sanctificate ieiunium, convocate coetum, colligite populum, sanctificate ecclesiam, congregate senes, colligite parvulos et sugentes ubera, egrediatur sponsus de cubili suo, et sponsa de thalamo suo.

Doctrinam de vera poenitentia propheta hactenus tradidit. Quid enim aliud a miseris peccatoribus potest fieri, quam ut de admisso peccato doleant et rogent veniam? Hic autem etiam d ceremoniis addit, et externis moribus, quibu vulgus opus habet ut invitetur ad poenitentian Utile autem est videre, quales populus dei habuer

ceremonias, ac facile inde potest iudicari, quae ceremoniae tolerandae aut instituendae, quae autem abolendae sint.

[1]De vera poenitentia diximus, inchoari eam ab agnitione peccati, quod sua natura cum vere nos arripit aliud nihil potest, quam terrere, anxios reddere, ac in desperationem adigere, absolvi autem fide in Christum, in quo deus se nobis benignum ac placatum ostendit. Siquidem per eum expiari omnium peccata voluit. Haec singulis praestare satis est, nec deus quicquam aliud a nobis requirit. Nam pavores illi odium peccati instillant, et afferunt studium emendationis, quanquam facultatem non praestant. Ea enim per spiritum sanctum confertur et fide in Christum iustificamur, hoc est, peccata nobis non imputantur. Deus igitur hoc modo sibi satisfieri sinit, et tamen propheta post hanc doctrinam etiam de ceremoniis praecipit. Cur hoc?

Respondeo. [2]Ecclesia electorum admodum est exigua, habet autem maximam malorum turbam admixtam. Paucissimi igitur cum sint, qui vere poeniteant, maior autem pars perpetuo sui maneat similis, necesse est, ut sicut alii, qui verae ecclesiae membra non sunt, scandalis nocent: Ita qui sunt verae ecclesiae membra exemplo suo alios ad poenitentiam invitent. Hoc igitur fine institutae ceremoniae, piae et salutares sunt, faciunt enim ad salutem proximi et gloriam dei. Sed res exemplo fiet clarior. Soliti sunt Iudaei in periculis, sicut ex hoc loco liquet ieiunium sanctificare,[3] hoc est, publice mandare ieiunium, ac id sanctificare, id est, tempore eius ieunii petere vel synagogas, vel templum et ibi audire verbum dei, quo

---

1) Poenitentia. 2) edit. & Ien.: Ceremoniarum quis at esse finis in ecclesia. Witt.: Caeremoniarum is sqq. 3) Ieiunium sanctificare.

admonebantur de emendatione vitae et de diligenti oratione. Hoc cum studiose fieret a piis, rudiores exemplo eorum moniti intelligebant magnam rem agi et invitabantur ipsi quoque ad coetum sanctum et ad orationem. Nam inusitata illa spectacula incurrunt non solum in oculos, sed etiam animos commovent. Ideo iubet propheta non simpliciter praecipi ieiunium, sed vult clangi tuba de Zion, ut scilicet insolito convocationis signo plurimi concurrerent ad templum, audirent verbum dei, ac preces suas in communi periculo cum aliis coniungerent, ubi si absque hac ceremoniali et celebri convocatione esset, plurimi templum negligerent, neque ad audiendum verbum et faciendas preces convenirent. Sunt autem utraque, hoc est, et conciones et orationes publicae organa, per quae spiritus sanctus hominum animos movere solet.

[1]Cur igitur inquies, papae ceremonias abiecistis? Nam insignes pompae, musica organa, et festivi cantus, ac quicquid eiusmodi fuit, hoc totum institutum fuit ad vulgus invitandum in templa? Cur igitur repraehenditis tales ceremonias? Imo cur aboletis? Respondeo: Fines diversi sunt ceremoniarum in papatu et quas propheta hic commemorat. In papatu enim ministerium docendi prorsus concidit. Ita enim idolatria [sic!] invaluit, ut ministerium verbi inter cultus divinos non amplius numeraretur. Id quod inde liquet, quod inter mille templa vix erant centum, in quibus doceretur populus et extructa essent suggesta. Celebrare et audire missas, procumbere ad statuas sanctorum, eas ornare et adorandas proponere habebatur summus cultus dei. Ad hunc populus invitabatur ceremoniis. Igitur ceremoniae istae prorsus eodem loco fuerunt habendae, qu[i] ipsi cultus, non solum enim inutiles sed etiam

1) Ceremoniae pontificiae cur abolitae.

impiae erant et serviebant impietati, nec aedificabant rudiores, sed altius demergebant in superstitiones. Quae autem hoc in loco propheta iubet, ea omnia faciunt ad gloriam dei, hoc est, ad notitiam dei, ut homines per verbum discant voluntatem dei, et ad salutem et aedificationem proximi. Igitur haec tuba, qua convocabatur populus Iudaeorum ad templum et verbum dei, fuit dei tuba, hoc est, sancta et benedicta tuba, contra campana quibus pontifex ad suas ceremonias, quae sine verbo, sine doctrina sunt, convocat, est satanae organum, et perditionis signum, quia non servit verbo, non facit ad notitiam dei, non emendat homines, sicut verbum solet, sed demergit altius in impietatem et superstitionem ac servit idolatriae [sic!]. Regula enim haec de ceremoniis ubique sequenda est, ut imperite, rudes, negligentes per eas excitentur ad discendam voluntatem dei in verbo, et faciendas preces, seu ad invocationem nominis dei.[1] Hoc quibuscunque rationibus fit, recte fit. Contra si hoc negligas, frustra sunt omnia, etiam ea quae in speciem pulcherrima et sanctissima videntur. Est autem hoc quoque notandum in papatu multas ceremonias impias et contra verbum institutas fuisse, sicut illa cum circumferunt in pompa panem, cum longinqua templa petunt etc. Iudaei autem ieiunii rationem divinitus praescriptam habebant.

[2]Ostendit autem propheta hanc regulam in eo, quod non simpliciter de ieiunio dicit, sed de sanctificando ieiunio, hoc est, quod praecipit tale ieiunium, quod serviat sanctis rebus. Sobrii enim ad orationem et ad audiendum verbum dei aptiores ...nus. Habet plurima ieiunia papatus quoque ... longe alio fine instituta, quam ut ad audien...m verbum paratiores simus. Imo finem nullum-

1) Quales ceremoniae probandae. 2) Ieiunium ...tificare.

prorsus habent, sed ipsa abstinentia a cibo per se pro cultu habetur. Tale ieiunium ignoravit populus dei, qui semper adiunxit preces, et precum causa voluit ecclesiam convenire ieiuniam, sicut paulo post propheta subiungit et ostendunt idem alia exempla scripturae. Hester in tanto periculo sui populi, cum quaerit consilia quibus tyrannis inaudita impediatur, iubet indici ieiunium. Ninivitae quoque ieiunant deprecaturi eversionem suae civitatis, non quod dei cultum existimarent abstinere a cibo, sed quod hoc vere perturbatarum mentium esset argumentum, et deus vult seriam, sobriam et ieiunam orationem.

[1]Tales ceremonias servientes verbo, hoc est, agnitioni dei et saluti hominum, permissum adhuc hodie est, singuli pastores in suis ecclesiis ut instituant. Haec enim cura eis mandata est, ut quam plurimi invitentur ad verbum et adsuefiant ad pietatem. Ad eam rem cum viam sternant ceremoniae, non peccant, qui diligenter sui populi mores considerant, et ea instituunt quae pro cuiusque loci commoditate ad invitandum vulgus, ut sanctae congregationi, in qua et verbum docetur et instituuntur orationes, intersint, idonea sunt. Deploranda autem merito, hic est verae disciplinae ruina.[2] Quia enim necessitate coacti sumus impias papae ceremonias abiicere, multi in ea opinione sunt, ceremoniis nullum in ecclesia relinquendum locum. Itaque si quis, pio animo, cum aut in magis ardoribus pluvia aut in continuis imbribus serenitate ac solis calore opus est (utar enim hoc exemplo noto) conventum extraordinarium institueret, aut praeciperet ieiunium certorum dierum, aut hortaretur ad emendationem vitae, et seriam orationem, quid hic

1) An liceat instituere ceremonias novas. 2) Ruina disciplinae ecclesiasticae.

contumeliarum non audiret, ut nunc mores sunt? Clamarent statim omnes, revocari papatum et periclitari libertatem Christianam. Sed tu hunc mihi populum considera, audi prophetam, cui non satis est proposuisse pure doctrinam verae poenitentiae, vult institui celebrem conventum, vult certa tempora insigniri ieiunio. Cur? ut hi sint cultus? Minime. Sed ut his ceu insignibus notis, rudes, sacrarum rerum negligentes, addo etiam, impii invitentur ad audiendum verbum et exercendam invocationem. Haec enim sunt organa, per quae spiritus sanctus movere animos solet. Non igitur negligenda sunt.[1] Pertinebat autem ad pii magistratus curam, adiuvare hac in parte ministros ecclesiarum, sicut extant exempla, quod haec olim regum cura fuit. Saul impius rex minatur mortem gustanti aliquid eo die cum a Philistinis esset periculum, ac ne filio quidem parciturus fuerat, nisi a populo esset impeditus. Haec severitas et disciplinae custodia in magistratu necessaria est, propterea quod sine his vinculis indocile et prophanum vulgus retineri in officio ac coerceri nullo modo potest.

[2]Sicut autem haec publice propheta iubet fieri, ita meminerimus singuli domi nostrae hanc Christianae disciplinae rationem diligenter retinendam et conservandam esse. Multa incommoda piis patribus familias quotidie obiiciuntur. Ad horum sensum minime omnium decet non moveri. Principio igitur statuas has esse peccatorum poenas, et cogites de diligenti et seria emendatione, non pergas securus facere quae hactenus solitus es. Deinde petas per orationem veniam delicto-n, et firma fide in promissionem dei te erigas. ia autem haec non sunt nostri operis, aut ium nostrarum, rogandus deus est, ut per spi-

1) Magistratus officium. 2) Oeconomica disciplina.

ritum suum corda excitet, ne fuco aut hypocrisi nos ipsos decipiamus. Accedat postea disciplina, de qua propheta hic concionatur.[1] Hortetur pater familias liberos et familiam ad sanctam vitam. Ipse certas orationes instituat, quas subsequatur familia et liberi, cum aut accedunt ad mensam, aut lectum adeunt, in quibus confiteantur peccata et querantur de suo ac publico periculo ac liberationem petant. Haec utiliter et pie instituuntur privatim, nec alia melior via ostendi potest, qua evadamus pericula, in quae nos nostra coniecit vel negligentia vel improbitas.

Hactenus explicatum est, quod de buccina et ieiunio sanctificando propheta dixit, addemus nunc reliqua membra. Vult convocari coetum, et colligi populum, ut ab hac frequentia tanta nemo sine singulari turpitudine se abesse posse statuat, et ita quam plurimi ad audiendum verbum, et ad orationem publice confluant. Id enim est quod addit: Sanctificate ecclesiam.[2] Non enim vult ut conveniant tanquam ad spectaculum aliquod prophanum, vult ut conveniant ad res sanctas. Forma orationis ex Mose sumpta est.[3] Is iubetur sanctificare populum ad biduum, priusquam accederet ad montem et audiret promulgationem legis.[4] Varie autem sanctificandi verbum exponitur, Hebraei fere accipiunt pro praeparando, ac praeparationem hanc dicunt fuisse, quod et abstinebant a consuetudine coniugum viri, et de mundo vestitu curabant. Sed leviora haec sunt quam ut conveniant tantae rei et tam augusto nomini satisfaciant ac sanctificationem absolvant. Nos recte sententiam ex tertio praecepto colligemus, quod iubet diem Sabbatum sanctificandum, hoc est, ponendum in sanctas res et verum dei cultum, non in prophana negotia quibu

1) Officium patrum familias. 2) Sanctificare ecclesiam quid. 3) Ien.: Exod. 19. 4) Sanctificare populum

licebat aliis diebus vacare. Inde translatum quoque vocabulum est etiam ad res alias. [1]Tabernaculum et res tabernaculi sanctificabantur, hoc est, deputabantur cultui dei, ut in solo tabernaculo exercerentur cultus et vasa illa ad alios prophanos usus non adhiberentur. Et 1. Paral. 20.[2] thesauri sanctificati vocantur, qui non nisi ad templi, quod sanctum erat, usus conferebantur[3] Ad hunc modum intelligo sanctificari populum,[4] hoc est, publico edicto admoneri, ut omnia prophana negotia et operas intermittat ac vacet verbo et orationi. Ad hanc sanctificationem bene conveniunt, continentia et sobrietas, seu ieiunium etc.

Senum peculiariter meminit ut congregentur. Hi enim exemplo suo alios invitare debent, ne publica sacra negligant. [5]Sed cur ad hunc coetum etiam infantes, qui lac sugunt, vult afferri cum tamen sensum publicarum calamitatum nullum habeant nec intelligant, quid in hoc coetu agatur? Respondeo: Fit hoc quoque propter rude vulgus, ut tanto honestior sit coetus et plus gravitatis habeat. Admonentur enim rudiores pertinere etiam ad innocentem aetatem pericula, quae imminent, ut tanto maiore studio ea deprecentur omnes. Movemur enim naturaliter infantium malis et cupimus eos servari. Quantum igitur peccant primum parentes, deinde qui parentum loco sunt, praeceptores, qui iam confirmatos annis iuvenes non assuefaciunt ad sacra? Imo quantum peccant doctores ecclesiarum, qui aut negligentius publice sacra tractant, aut rarius eis intersunt, sectantes convivia, aleam etc.

In fine sponsi et sponsae meminit, ac vult, ut egrediantur de cubili et in publico luctu, a

---

1) Sanctificare tabernaculum. 2) Ien.: 1. Para. 20. 3) Sanctificare thesauros. 4) Sanctificare populum. 5) Infantes debent interesse sacris conventibus.

licitis voluptatibus abstineant. Cur hoc? Num damnat consuetudinem coniugum? An non gaudium sponsi etiam sacris literis celebratum est?[1] De Christo dicit scriptura[2]: procedit sicut sponsus de thalamo suo, hoc est, plenus gaudio et alacritate instituit regnum evangelii. Hic autem iubetur sponsus et sponsa egredi de thalamo tristis et moerens. Quam ob causam? Quia scilicet imminebat dies domini horribilis. Ergo in publico periculo omnes hortatur ad agnitionem peccati, et seriam poenitentiam, ut in tempore occurratur irae dei. Sed confer tu prophetae utilem exhortationem ad nostros mores. Vult etiam concessa et honesta gaudia in publicis calamitatibus intermitti. At nostri homines in tanta concussione totius Germaniae, ac tantis ecclesiarum periculis nihil remittunt de compotationibus, non emendant blasphemias, non minuunt usuras. Sine dubio igitur atrociora pericula impoenitentes circumvenient.

Sacerdotes, ministri dei, plorent inter vestibulum et altare, ac dicant: Miserere domine super populum tuum, et ne des haereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis gentes, quare dicent in populis: Ubi est deus eorum?

Hic causam vides tam celebris conventus, non vult enim mutos esse, sed iubet, ut sacerdotes publice orationem instituant, quam populus postea voce subsequatur. Primum autem in hac praecatione observanda est appellatio dei, quam vocant tetragrammaton. Non enim Iudaei dominum appellabant ut gentes, quae carebant verbo et veram dei notitiam non habebant.[3] Norant quidem deum esse conditorem omnium rerum, sed de

1) In publico luctu etiam concessa gaudia intermittenda. 2) Ien.: Psalm. 19. 3) edit. et Ien.: domini appellatio in piorum orationibus quid significet.

voluntate eius nihil norant. Itaque invocare deum non poterant, hoc est, cogebantur perpetuo de voluntate dei dubitare. Sed ecclesia veteris testamenti, quia habebat verbum, vere noverat deum et invocans dominum statuebat, se certo exaudiri, non propter sua aliqua merita, sed quia multis innumeris beneficiis deus se declaraverat favere huic populo et dederat promissionem de filio mittendo in carnem, per quem benedicerentur omnes familiae terrae. His notis se huic populo deus per verbum suum patefecerat et hunc deum invocabant sancti. Itaque orantes de bona eius voluntate non poterant dubitare. Accedebat autem hoc quoque, quod dominus sua voce locum orationi destinarat certum, in quo orantes certo audiret. Etsi autem hoc ingens beneficium fuit, quod intuentes de exauditione non poterant dubitare, tamen illud de promisso semine longe erat augustius et praestantius beneficium.

[1]Debemus autem nos quoque instituentes orationem primum cogitationibus nostris definire quis sit, quem invocaturi sumus. Neque hic sufficiat nobis illa communis notitia, quam Turcae, Iudaei et gentes quoque habent. Intuentes enim hanc mundi machinam statuunt aeternam mentem eius architectatricem ac gubernatricem esse. Est haec aliqua dei notitia, sicut in symbolo quoque patris persona pingitur, quod omnipotens sit et creator coeli et terrae. Sed est adhuc imperfecta notitia.[2] Oportet enim accedere illam de filio promissionem, quod deus dederit filium, ut expiaret sua morte peccata nostra et resurgens a morte donaret sanctum spiritum, quo illuminata corda et promittunt sibi gratiam omnium peccatorum et praestant debitam obedientiam, quantum in hac

1) In invocatione cogitandum quem invoces. 2) Vera dei notitia.

carnis imbecillitate fieri potest. Haec demum est vera dei notitia, quam qui habent, cum certa spe deum invocant. Quia enim filium ab eo donatum vident, de benignitate eius cur dubitent causam penitus nullam habent, ne quidem peccata sua. Norunt enim per filium dei ea esse expiata. Sicut autem Iudaei habebant promissionem exauditos se iri, si ad templum orent, in quo deus se habitaturum promiserat, ita nos promissionem habemus, non de temporali aliquo loco, sed in nomine Christi, sicut dicit[1]: Amen, Amen, dico vobis, quicquid in nomine meo petieritis, pater meus dabit vobis. Haec igitur duo oraturus tibi ob oculos pone, ut cogites primum, quem adores, deinde etiam promissionem intuearis. Ita excitabitur animus, ut in fide certa ores, hoc est, ut certo credas obventura quae petis. Complectitur autem haec duo propheta in vocabulo domini, cum appellat verum et aeternum deum, quo nomine non uno in loco filius dei appellatur.

Verbum Chusah[2] aptissime subiicitur, significat autem parcere et misereri. Itaque includit primum confessionem peccati, ac si dicat: quae patimur, iure patimur. Deinde etiam veniae spem complectitur, tribuit enim deo tale cor, quod nostris malis non delectetur, sed malit parcere quam punire. Ostenditur autem hic quoque conditio, quae in oratione admodum necessaria est.[3] Priusquam enim aliquid petas, necesse est, ut te coram deo humilies, ut serio agnoscas, te esse peccatorem et indignum qui accipias, vel postules beneficium a deo, in quem tam varie per omnem vitam peccaveris. Hanc humiliationem deus postulat et vocatur alio nomine timor dei. Cum hoc si postea fidem coniunxeris, sic invocas deum

---

1) Ien.: Ioann. 16. 2) Ien.: Chusah. 3) Quomodo orandum.

ut etiam honorifices eum, hoc est, ut tribuas ei laudem, quae soli deo debetur, quod sit clemens et misericors, qui ignoscere et omnibus nos bonis cumulare velit, non propter nostra aliqua merita, sed propter suam misericordiam, quia bonus est. Ad hunc modum si te ad orationem praeparaveris, ut et noris, quem invoces et intuearis promissionem et confitearis indignitatem tuam, tum oportune ostendes periculum, et postulabis opem. Sicut propheta quoque hic facit et petit parci populo.

[1]Est autem insignis emphasis in pronomine tuo. Distinguit enim ecclesiae populum ab omnibus aliis populis, qui etiam sunt populi dei, hoc est, a deo conditi et qui gubernantur a deo, sed neque cognoscunt deum, nec se deus eis revelavit per verbum suum. Ecclesia igitur hoc habet eximium, quod vocatur populus dei, qui agnoscit deum, et cui deus se revelavit.[2] Sed longe maius est, quod etiam haereditatem vocat, seu peculium et possessionem dei. Includit enim in hanc appellationem omnia illa singularia beneficia, quibus deus hunc populum ornavit, quod primum Abrahamum selegit et ornavit nota circumsionis, ut agnosceret se deo charum et curae esse. Deinde quod benedixit eius posteritati, quod liberavit eum ex Aegypto, quod dedit verbum et cultum, quod introduxit in Canaan quod prophetas et reges et victorias claras dedit. Haec omnia complectitur propheta, cum appellat hunc populum haereditatem seu peculium dei. Ac considerata haec diligenter accendunt animum et quasi robur orationi addunt, ut animus certo statuat, futurum ut non frustra fatigemus deum precibus nostris, iam antea tam varie testatum suam eximiam erga nos benevolentiam.

[3]Sed longe illustriora haec sunt in nova testa-

---

1) Ecclesia populus dei. 2) Ecclesia haereditas dei. Ecclesia novi testamenti.

mento, ecclesia enim vere est haereditas dei, quam deus sibi acquisivit sanguine et morte unigeniti sui filii. Haec haereditas cum periclitatur, sicut Turcica tyrannis, et Pontificius furor profecto certum periculum ostendunt, nos quoque excitari ad orationem ac certam exauditionis spem hac ratione concipere debemus, quam propheta suis praescribit.

Sed utile est videre reliqua quoque prophetae alicubi meminerunt in orationibus calamitatum quas leniri optant, sicut supra in primo capite meminit propheta hostilis ignis et vastitatis, et psalmus,[1] deus venerunt gentes, commemorat crudelitatem hostilem, eamque tragicis figuris amplificat. Effuderunt sanguinem tanquam aquam per circuitum Hierusalem, etc.[2] Haec omnia hoc in loco obmittit propheta, et tantum queritur de opprobrio, ne sinat dominus populum suum a gentibus diripi. Futurum enim, ut populi captivitas vergat in ignominiam dei, exprobraturas enim gentes Iudaeis, ubi sit deus, quem soli se verum coluisse et agnovisse iactarunt dammantes omnium gentium deos et cultus. Pertinet autem hoc quoque ad nos docendos de fine invocationis. Non enim hic proprius finis esse debet, nobis ut bene sit, sed ut dei gloria promoveatur. Nobis enim saepe prodest exerceri cruce. [3]Ideo dicit Paulus,[4] ignorare nos quid petamus. Tum autem recte oraverimus et certi de exauditione esse possumus, quando cum nostro periculo coniuncta est gloria dei. Iussit enim nos dominus orare pro sanctificatione nominis dei. Etsi autem pro pane quotidiano quoque orandum est, tamen semper potior nominis dei cura esse debet, secundum sententiam, non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo quod egreditur de ore domini.[5] Et recte secundum

1) Ien.: Psalm. 79. 2) Opprobrium nominis dei cur urgetur in oratione. 3) Finis invocationis verus. 4) Ien.: Rom. 8. 5) Ien.: Deut. 18.

diversitatem promissionum, etiam periculorum differentia constituitur. Promissiones quaedam sunt corporales.[1] Habet enim ecclesia opus gubernatione et defensione in tanta periculorum multitudine, quae et Satan et mundus intentat. In his speranda est liberatio et confugiendum praecipue ad invocationem. Et tamen quia saepe utile nobis est, exerceri cruce (Excitat enim securitatem, excitat fidem et accendit orationem) sic instituenda in talibus periculis oratio est, ut tamen voluntatem dei aequo animo feramus, si diutius crucem nos velit ferre. Promissiones autem spirituales, quae ad salutem nostram et dei gloriam pertinent, hae sine dubitatione amplectendae sunt. Patefecit enim de iis voluntatem suam dominus, quod et per Christum nos salvare et nomen suum sanctificari velit. Igitur hic praecipue finis in omni oratione spectandus est. Ita animi certi de exauditione esse poterunt.

Et zelabit dominus pro terra sua, et parcet populo suo, et respondebit dominus et dicet populo suo: Ecce ego mitto vobis frumentum et mustum et oleum et saturabimini eo, et non amplius vos dabo in opprobrium inter gentes, et elongabo a vobis semptentrionalem[2] et expellam eum in terram desertam et devastatam. Facies eius ad mare orientis, terminus eius mare ultimum.

[3]Exhortationi ad poenitentiam subiecit propheta precationem, quam a sacerdotibus in ecclesia tari vult, nunc subiicit promissionem, quae

1) Differentia periculorum contra quae orandum est. ic! 3) Ien.: Promittit poenitentibus et invocantibus ationem et benedictionem.

haec duo complectitur futurum si poenitentiam agant, ut et dominus benedicat agris, et hostem procul arceat, sed verba prophetae intuere diligentius. Zelabit, inquit, pro terra sua. [1]Zelus est vehemens et iusta ira, qualis esse solet, cum aut maritus indigna experitur in uxore, aut parentes indigne tractari liberos vident. Commovetur enim supra modum in talibus occasionibus animus, et iure commovetur. Quod igitur dominus promittit se zelaturum pro terra, nihil aliud est, quam quod nullo modo passurus sit durius tractari populum agentem poenitentiam. Sicut enim de impoenitente Iuda dicit, apud Esaiam:[2] Ego consolabor super hostibus meis, hoc est, gentes quae sunt hostes mei, cum vos diripient et mactabunt, consolabuntur me, et gratissimum exhibebunt mihi spectaculum. Ita hic dicit: Sic poenitueritis, zelabo pro terra mea, non potero ferre, ut vos affligant hostes, sed sicut patris animus ira ardet, et qua ratione potest opem fert liberis, quos ab alienis indignius tractari videt: Ita ego quoque excitabor ad ferendam vobis opem, et affligendos hostes vestros, et parcam meo populo, hoc est, avertam et mitigabo poenas. Et respondebit dominus, hoc est, non tacebit ad populi sui preces, invocatus aderit et audiet, et dicet populo suo: Ecce mitto vobis frumentum etc.

[3]Insignis profecto locus et dignus quem diligenter nobis inculcemus. Quae enim ad poenitentiam efficacior esse potest exhortatio, quam quod dominus poenitentibus et orantibus se tam benignum offert? Sed o miseros nos, qui surdi prorsus sumus ad suavissimas has conciones. Populo Iudaico frustra haec occinebantur, igitur barbarus hostis vastavit longe lateque totum regnum et captivos Iudaeos abduxit in Babylona. No

---

1) Zelus. 2) Ien.: Esa. 1. 3) Fructus qui sequitu veram poenitentiam.

autem bis sumus miseri, si tam horribili calamitate et tam suavi concione non movemur. Utrunque enim ob oculos est. Rogemus igitur aeternum patrem domini nostri Iesu Christi, ut his miseris et periculosis temporibus per suum spiritum corda nostra ad veram poenitentiam excitet, ut attendentes verbo caveamus scandala et serio cogitemus de emendanda vita et vera fide invocemus filium dei, ut et Turcarum furorem reprimat et pontificis impia consilia impediat, ne turbatis per bella et caedes ccclesiis lux verbi, qua sola ad aeternam vitam via ostenditur, penitus apud nos extinguatur. Amen, Amen.

Interpretes plaerunque hoc in loco historiam quaerunt, quod de aquilonari propellendo in desertum et ad ultimum mare minatur. Alius exponit de Senaherib, quem tamen in regno suo, cum Ninivis in templo adoraret idolum suum, filiorum gladiis iugulatum constat. Alius de Babylonio tyranno, de quo itidem constat in arce Babylonia noctu oppressum. Hae hallucinationes inde oriuntur, quod parum attente observant ordinem quo propheta utitur. Est enim totus hic locus promissio de futura liberatione, si populus ad eum modum poenitentiam agat, quem propheta praescribit. Cum autem poenitentiam non agerent, irrita fuit promissio, non dei, sed inobedientis populi culpa. Frustra igitur quaeritur historia, ubi res non habuit eventum.

Et ascendet foetor eius, et ascendet putredo eius, quoniam magnificatus est in operibus suis. Ne timeas terra, exulta et laetare, quoniam magnificaus dominus in operibus suis.

Respiciendum lectori subinde est ad ordinem, m propheta in hac concione diligenter obser- Initio praedixit vastationem futuram per

Babylonium. Deinde hortatus est populum ad poenitentiam et orationem, formam quoque precandi praescripsit. Addidit quoque promissionem, si populus agat poenitentiam, futurum ut potens hostis divinitus reprimatur, et infoeliciter pereat.[1] Cum hac sententia cohaerent quae addit. Foetebit et putrescet, quia effertur rebus gestis. Sed o terra ne timeas, dominus quoque efferetur, seu magnificum se geret, ob res foeliciter contra hunc tuum hostem gestas. Quia autem plena consolationis haec sententia est, paulo diligentius tractanda est.

De Babylonio rege prophetam loqui prorsus nullum dubium est. Nam Oseae temporibus Babyloniorum potestas opressis Asyriis multum est aucta, ac inter initia quoque afflixerunt Iudam, nam Manasses captus, in Babylona abductus est. Est igitur haec generalis sententia, quae habet pulchram imaginem ecclesiae, et eius hostium omnibus temporibus.

[2]Sicut enim Iudaei, si ad Babylonii Monarchae potentiam compares exiguus, imbellis et pauper populus fuere: Ita ecclesia comparata cum suis hostibus vere pauper et exigua turba est. Mundus enim habet opes et dignitatem, ac quia potentia suffultus est, ornatur praeclaris victoriis. Contra ecclesia est pauper, est contempta et subiecta cruci, misere exercetur, tantum non oppressa ab hostibus. Hanc dissimilem fortunam sequuntur etiam dissimiles affectus utrinque. Mundus enim securus est et triumphat, sicut propheta hic dicit: nihil moderatum cogitat aut facit ebriis similis. Ecclesia autem oppressa gemit, pugnat cum desperatione, lachrymatur. Quid enim aliud faciat afflicta [illegible] tot modis misera? Ideo propheta hoc in loco dici[illegible]

---

1) Ien.: Attexit priori promissioni quaedam et co[illegible] solatur. 2) Collatio ecclesiae et hostium eius.

Ne timeas terra. Sentit enim sic immersam malis, ut etiam quae tuta sunt timeat. Si igitur rationem sequaris, ecclesia pessimo loco est, adversarii autem eius sunt optimo loco. Ideo triumphant, efferuntur, gaudent, videntur enim tuti; Contra ecclesia periculis exposita et ruinae proxima est. Sed hic prophetam audi. Quia magnificatus est faciendo, ideo, inquit, foetebit et putrescet.

[1]Ratio existimat istos magnificos in rebus gerendis successus, esse firmamentum tyrannidis. At propheta diversum iudicat, ac statuit quanto evehantur altius, tanto et gravius et citius collapsuros. Confirmatur autem haec pene incredibilis sententia quotidiana experientia. Vide Pharaonem in Aegypto, Sanheriba ad Hierusalem temporibus Hiskiae, Belsazer apud Babylonios, nonne tum cum potentia maxima, et victoria certissima est, concidunt.[2] Diversum autem de ecclesia fit, ibi cum nihil sit, nisi pericula, gemitus, suspiria lachrymae, ac desperationi. ideo vicina sit, tamen certa ei parta est victoria. Quomodo aut cur? Nulla alia ratione quam cum hostes ecclesiae magnificant se, dominus quoque vult seipsum magnificare, ac facit id cum ruina istorum qui successu inflati et fortuna elati sunt. Ecclesia igitur de se desperans bene speret de domino, qui postquam hostes ecclesiae magnificati sunt, ipse quoque magnificabitur.

[3]Transferenda autem haec consolatio est etiam ad privatorum pericula. Notum est quid dominus Paulo responderit.[4] Sufficit tibi gratia mea. Virtus mea in infirmitate perficitur. Cum igitur sentis tuam infirmitatem, ne ideo desperes, excites te potius in spem, futurum ut dominus virtutem [illegible] a exerceat siquidem tua virtus cessat et fracta [illegible] Est enim adiutor in opportunitate, hoc est,

---

) Successus evertit impios. 2) Ecclesia afflicta trium- [illegible] 3) Consolationes privatorum. 4) Ien.: 2. Cor. 12.

tum demum iuvat, cum necessitas auxilium postulat. Non igitur desperes in rebus adversis, nec aestimes eventum ex tuis viribus, dominum respicias, in eo sit tibi posita spes omnis, in te autem nulla. Certum enim est, quod ipse quoque magnificabit se.

[1]Sunt tamen haec magis conspicua in universo corpore. Ecclesia sine dubio hodie apud nos est, ubi doctrina Evangelii sana, et administratio Sacramentorum legitima et pura est. Habet autem haec ecclesia suos hostes quos impellit Satan. Hi ad tempus foelices sunt et florent. Nos autem involvimur periculis, trepidamus et pene desperamus. Haec nos non deiiciant. Verum enim certum et indubitatum est, deum ecclesiae suae hostes pessum daturum. Gradus autem hi sunt, quos propheta hoc in loco ostendit.[2] Ut prius magnificentur hostes (eo enim pervenire eos dominus sinit) postea magnificatur dominus quoque. Hanc igitur spem retinentes oremus contra hostes ecclesiae et quia videmus, quod magnificantur, speremus futurum ut magnificetur quoque deus noster et terra non amplius lugeat, sed laetetur, Amen.

Haec est prior pars concionum Ioelis, in qua hortatur suum populum ad poenitentiam ac promittit pacem, victoriam, et abundantiam omnium rerum, si pareant. Utilis igitur et necessaria nostris temporibus doctrina haec est. Nam quae mala Germaniae in tanto Satanae furore non impendeant solum, sed eam misere iam oppresserint pene, notum est. Unica autem effugiendi iudicii dei via est, ut Paulus[3] inquit. Si nos iudicemus, hoc est, si non pergamus securi in peccatis, sed discedentes a vitiis, attendamus verbo, sancte vivamus et incumbamus in orationem. Hoc qu populus Iudaicus noluit facere, venit tandem

1) Ecclesiae consolatio. 2) Hostes ecclesiae. 3) Ie: 2. Cor. 1.

prophetis praedicta poena et tota terra vastata a Babylonio, populus autem captivus abductus est. Finiemus autem hic secundum caput. Nam quae sequuntur ad evangelii tempora pertinent.

Altera pars concionum Ioelis.

Caput tertium.

Hic recte ordiemur caput tertium. Transit enim iam propheta a populo sui temporis ad laetum et a primis mundi temporibus expectatum diem et regnum filii dei in hoc mundo. Quia enim frustra fuerunt admonitiones et exhortationes ad poenitentiam, atque ideo promissiones[1] quoque de corporali liberatione, quam acturis poenitentiam liberaliter promisit, non sunt exhibitae, sed horribilis totius regni Iuda vastatio secuta est. Propheta propter electos in populo vaticinatur de regno Christi, ut hoc ceu fulchro inniterentur, corporalibus incommodis pene oppressi. Involvit enim horribilis haec poena captivitatis etiam pios, quorum multi crudeliter occisi, multi, ut Daniel cum suis, captivi in Chaldeam abducti sunt. Quanquam autem dominus piorum captivitatem tolerabiliorem reddidit et pauci quidam in terram sanctam et ad veteres sedes redierunt, tamen quia in ipso exilio multi sancti extincti sunt, necessaria fuit haec de Christi regno prophetia, qua lenirent corporalia incommoda sancti. Nos quoque hodie quia ecclesiae variis periculis aguntur, non tantum urgemus, quae ad hanc vitam pertinent, sed consolationibus futurae et aeternae liberationis per filium dei nos alios erigimus, ne victi malis corporalibus succumbamus, aut desperemus.

[2]Sicut igitur hactenus legis doctorem audi-

1) Promissio de regno Christi. 2) Ioel Evangelista.

visti concionantem de peccatis sui populi et de poenis partim iam inflictis partim infligendis ac exhortantem ad poenitentiam et promissionibus invitantem: Ita porro audies evangelistam ex spiritu sancto docentem de regno Christi in terris futuro, qualis sit futurus doctor, quem successum, quos hostes, quas victorias sit habiturus. Haec cum leges memineris excellentis doni, quo deus hunc populum ornavit, imo quo ecclesiam omnibus saeculis servavit, aluit et auxit. Hac enim prophetarum voce excitati piorum animi (ut Christus loquitur[1]) optaverunt videre diem Christi et viderunt. Expectantes enim et fide credentes liberationem per promissum semen futuram, salvati sunt. Sicut nos qui credimus in cruce liberationem a peccatis factam, futuram autem liberationem, a morte corporis huius, cum apparebit filius dei in nubibus. Nam omnium temporum eadem ecclesiae[2] verae fides et doctrina fuit, etsi quod ad ceremonias et externam conversationem attinet, varietas aliqua fuerit. Primus mundus ad diluvium usque gubernatus est per ministerium verbi, quod quasi per manus maiores posteris tradiderunt, docentes de semine promisso et victoria eius contra serpentem et monentes de cavendis peccatis et insidiis Satanae. Habuerunt enim sua conventicula pii et externus cultus fuit gratiarum actio in isto coetu et oblatio de iis quae benedictione domini singulis obvenerant. Post diluvium cum Abrahamum dominus singulari vocatione segregasset et circumcisionis signo discrevisset ab omnibus aliis gentibus, mansit idem ministerium usque ad legem in monte datam. Ibi non tantum circumsione, sed cultu et politia, imo quoque loco divino cultui destinato, et certis personis cultui praeficiendis,

---

1) Ien.: Ioann. 3. 2) Ecclesia omnibus temporibus eadem.

ecclesia insignita est. Cultus autem fuerunt tales, qui adumbrarent Christum et docerent de filio dei mactando pro peccatis mundi, ut hoc spectaculo quotidie oculis observante, animi admonerentur de futura liberatione, donec secundum promissionem exhiberetur. Postquam autem Christus sua morte pro peccatis satisfecit, et regnum sibi constituit per evangelion, Mosaica illa omnia tanquam umbra abrogata sunt.

Ad hunc modum vides in ecclesia dei, quod ad externam formam attinet, diversitatem aliquam. Sed fides et doctrina semper fuit eadem. Animi intuebantur promissionem de semine, et expectabant serpentis oppressionem, quoties Adam, Seth, Noah, Abraham lapsi sunt, agnoverunt hos esse morsus serpentis laetales, nullo humano remedio sananbiles [sic!]. Igitur humiliter confitentes cordis impuritatem, et Satanae ac carnis potentiam iniustam, totos se reiecerunt in semen promissum, per id sperarunt remissionem peccatorum et gubernationem. Haec fides non fuit frustra. Per Christum enim obtinuerunt remissionem peccatorum et a spiritu sancto, qui propter Christum eis donatus est, gubernati sunt per hanc vitam, donec ex hoc mundo evocarentur. Prophetarum autem hoc ministerium fuit vaticiniis hanc fidem subinde alere et ad eam invitare plures. Nam quod repraehendunt peccata sui populi, quod minantur poenas, quod exhortantur ad poenitentiam, inde potius doctores quam prophetae appellandi sunt. Pertinet autem ad gloriam et bonitatem dei hoc praecipue quod hanc de Christo lucem subinde accendit per sanctos prophetas atque ecclesiam hoc modo confirmavit ...ixit. Haec enim lux ostendit vitam, et salutem ...nam. Sed audiamus evangelistam nostrum.

Et filii Zion exultate et laetamini domino deo vestro, quoniam dat

vobis doctorem iustitiae, et descendere vobis facit pluviam, pluviam, et pluviam serotinam, sicut ab initio, et implebuntur horrea frumento et torcularia oleo et musto.

[1]Non existimo candidum et pium lectorem moturum nobis litem, quod ab hoc loco concionem de regno Christi incipimus, et non ab eo quem Petrus in actis citat. Sunt enim duo certa eius rei argumenta. Primum quod de doctore iustitiae promittit, eum quem statuemus esse, nisi solum Christum, filium dei? Alterum quod bis promittitur non futurum posthac in aeternum, ut populus confundatur. Hoc quomodo potest dici de populo legis, qui etsi restitutus est ab exilio suis sedibus, tamen subinde a Syriis, Aegyptiis, tandem Romanis quoque varie vexatus et tantum non oppressus est. Ecclesia igitur novi testamenti ea est, quae in aeternum non confunditur, etsi enim cruce oppressa iacet, tamen habet per filium dei spem aeternae liberationis et gloriae.

[2]Tertio usitatum est Zionis appellatione venire ecclesiam novi testamenti. Idque hac ratione: In Zione monte Hierosolymorum fuit regia arx extructa a Davide, sicut docet historia 2. Samuel 5.[3] Quia autem Christus Davidi promissus est, vocatur Christus quoque rex Zionis, tanquam filius et haeres Davidis. Hinc mons Zion vocatur sanctus mons, psalmo secundo, quod sanctum semen ibi regnaturum sit. Sicut psalmus 111.[4] dicit, ex Zione emissurum hunc regem sceptrum suum. Hac igitur ratione filii Zion vocantur ecclesia, a suo rege, qui in Zione habitaturus, et novum inde regnum auspicaturus erat per evangelii prae-

1) Ien.: Cur concionem de regno Christi hoc l[oco] auspicetur. 2) Zion typus ecclesiae cur. 3) Ien.: 2. Sam[uel 5.] psalm 2. psalm 110. 4) Ien.: 110.

cationem. A monte Moria denominationem ecclesia non habet. Etsi enim is mons erat dicatus cultui dei, et ideo quoque sanctus appellatur a prophetis, tamen, quia exhibito Christo abrogandi cultus hi erant, tanquam umbra et figurae, a Zione potius ecclesia nomen habet.

Iubet autem propheta filios Zion, ut laetentur tanquam in nova et diu expectata re, ac diserte dicit, ut laetentur in domino deo suo, ut ostendat, huius gaudii instructorem seu auctorem fore non homines, non angelos, sed ipsum deum. Nam in aliis beneficiis, vel hominum vel angelorum ministerio deus uti solet. Per Mosen eduxit populum suum, per Iosua, Gideona, Simsona et alios heroas defendit populum suum, per angelos dedit legem, per angelum occidit primogenita Aegypti et obsidionem Hierosolymorum solvit. Sed in hoc beneficio, quod populo suo deum exhibiturum dicit propheta, atque ideo laetari iubet, nullius vel angeli vel hominis ministerio utetur deus. Ipse per se aderit populo suo et benefaciet ei. Ideo dicit: in domino deo vestro, laetamini. Cur, aut quam ob causam? quid fiet magni?

Quia inquit dat tibi doctorem.[1] Vocabulum moreh[2] notum est, utrunque significat doctorem et pluviam, forte quod, ut in Esaia est, par utrinque ratio est, pluvia coelitus demittitur. Boni doctores quoque dei donum sunt. Pluvia sine fructu in terram aridam nunquam descendit: Ita certus semper verbi in ecclesia fructus est. Sed hic exclamabit Iudaeus, quid hoc magni aut novi est? Annon habemus iam antea divinum doctorem Mosen, et prophetas? Verum sane est. Recte hi ιoque dicuntur doctores, et quasi coelitus demissa aridam pluvia.[3] Sicut ipse Moses hac figura

1) Pluvia significat doctorem. 2) Ien.: Moreh. 3) Pro- .ttitur alia doctrina quam lex.

utitur, et precatur ut doctrina sua stillet ceu pluvia et fluat ut ros oratio, ut imber super herbam et guttae super gramen, deutero. 32.[1] Sed sive Iudaeus, sive alius quispiam es, qui haec si tecum cogitas, cur non revereris divinam maiestatem? Cur tantum tuae sapientiae tribuis? An non hoc tibi satis est, siquidem post Mosen et prophetas dominus hoc in loco promittit doctorem, ut statuas hunc doctorem longe Mosi et omnibus prophetis anteferendum? ac necessario allaturum aliud quoddam doctrinae genus quam Mosen, idque longe excellentius.

Sed hic in mentem tibi venit, quod isti scribae apud Lucam, audienti magnificam commendationem evangelii, quod oculi et aures illorum beati sint, qui videant et audiant quae apostoli vident et audiunt.[2] Sic enim haec ex Christo audiens cogitabat nihil posse praestantius doceri, quam quod Moses docuisset.[3] Quid enim melius, perfectius, sanctius potest praecipi, quam diligendum deum ex toto corde, et proximum sicut teipsum? Habet autem Moses manifestum testimonium, quod acceperit doctrinam suam ab ipso deo. Cur igitur hic promittitur alius doctor? Num haec sancta et coelitus ostensa doctrina Mosis abroganda est? aut doctor ille aliquid excellentius docere poterit? His rationibus scriba apud Lucam se vincere et Christum ad palinodiam redigi posse sperat. Sed sicut Christus eum reprimit hoc uno verbo, quod dicit: Fac hoc et vives.[4] Ita Ioel propheta uno verbo has cogitationes iugulat, quod dicit, non solum daturum deum doctorem seu magistrum, sed addit ad iustitiam, hoc est qui verbo et doctrina sua quam afferet, homines a peccatis liberabit e

---

1) Ien.: Deut. 32. 2) Ien.: Luc. 10. 3) Lex sanct et perfecta doctrina, sed non iustificat. 4) Evangelio melior doctrina quae iustificat.

iustos faciet. Talem doctorem Mosen fuisse nemo dicet.

[1]Docet Moses praeclare de voluntate dei, quid a nobis exigat deus, quid faciendum nobis sit, si velimus dei voluntatem facere. In hoc argumento Moses non habet similem. Sed quid respondet Ioannes Baptista? Hoc scilicet? Lex per Mosen data est, hoc est Moses tantum est legislator, hoc tantum agit ut ostendat quid nobis faciendum sit.[2] Sed interim corda per peccatum depravata, abhorrent hanc dei voluntatem, et malunt sequi suas cupiditates. Ac si qui gubernant hos vitiosos motus aliquo modo, fit hoc tantum metu poenae, non vero obediendi studio, aut amore dei. Cor interim dependet totum in aliam partem. Quia autem lex dei requirit cor purum, nos autem ne quidem manus, linguam et alia membra regere possumus, quin saepe contra legem dei delinquamus, hinc fit, ut sicut Paulus loquitur, Moses[3] sit minister mortis et lex augeat peccatum et occidat. Si enim lex non esset, non esset peccatum. Nunc cum lex posita sit, nos autem convincat cor nostrum de violata lege, quid aliud restat, quam ut animi turbentur, ut peccatum fiat excellenter peccatum et lex nos morti obiiciat? Sicut enim syngrapha te convincit debiti, ut id negare non possis: Ita lex vere est chirographum contra nos, quo animi convincuntur peccati et consequenter subiiciuntur poenis lege constitutis. De tali doctore gloriantur Iudaei cum de lege et Mose gloriantur, quia ceu lictor et carnifex arripit furem et strangulat laqueo.

Et tamen verum hoc est, legis doctrinam, necessariam, sanctam et perfectam esse. Omne ...em vitium in nobis est. Per peccatum enim ...rupta voluntate et intellectu, neque videre pos-

1) Moses qualis doctor. 2) Lex per Mosen data. ...an. I. 3) Moses minister mortis.

sumus recta, neque si ostendantur perficere. Alia igitur doctrina, alio doctore opus est, qui primum hoc cordium vitium sanet. Deinde etiam vires suppeditet praestandi ea quae lege iubemur facere. [1]Talis doctor cum Christus sit, tribuit ei Ioel excellens et sublime hoc nomen, quod sit doctor iustitiae, et non sicut Moses doctor peccati. Quia enim ostendit quid faciamus, nos autem id facere non possumus, nihil aliud quam peccatores ex nobis facit et gravat conscientias nostras, perturbat animos et implet eos metu, imo etiam odio iudicii dei. Mallet enim natura, deum non esse, quam se aeternis suppliciis subiici. Huic impietati non solum lex non medetur, sed etiam accendit eam et auget, non, ut dixi, suo vitio, est enim coelestis pluvia, sed nostro, qui ceu petra rigata largis imbribus tamen perpetuo manemus steriles.

[2]Christus igitur, rex Sionis sancti montis, est iustitiae doctor, mutat enim corda per spiritum sanctum et quod vitiosum in nobis est, hoc condonat. Sicut Baptista egregie dicit:[3] Lex per Mosen data est. Gratia autem et veritas per Iesum Christum facta.[4] Gratia est remissio peccatorum, quae credentibus in Christum donatur. Veritas autem est donum spiritus sancti, qui mutat corda et incitat ad veram obedientiam contra peccatum, ac excludit omnem hypocrisin. Talem doctorem promittit hic propheta ecclesiae et iubet eam ideo gaudere in domino. Sic Esaias:[5] servus meus iustus notitia sui iustificabit multos, hoc est, filius dei patefaciet se per evangelion, et sic multi iustificabuntur. Et Christus dicit:[6] Haec est vita aeterna ut cognoscant te aeternum patrem, et quem

---

1) Differentia inter Christum et Mosen. 2) Christu[m] qualis doctor. 3) Ien.: Ioann. I. 4) Gratia et verita[s] per Christum facta. 5) Ien.: Esaiae 53. 6) Ien.: Ioann. 1[7]

misisti filium Iesum Christum. Et Paulus: Evangelion est potentia dei ad salutem omni credenti.

Habes finem seu effectum doctrinae quam filius dei in hunc mundum hoc in loco promittitur allaturus. Sed quae forma doctrinae sit, et si supra ostensi loci scripturae satis docent, tamen ea bellissime in secundo psalmo expressa est, ubi rex in Zion divinitus constitutus dicit:[1] Praedicabo praeceptum, filius meus es tu, hodie ego genui te. Paucula haec verba summam evangelii complectuntur. Quid enim evangelion aliud docet, quam quod Iesus ex Maria virgine natus fit filius aeterni patris, venerit autem in hanc carnem, ut nos primum de patris misericordi voluntate doceret, deinde ut pro peccatis nostris in cruce satisfaceret et donaret spiritum sanctum, ac in aeternum salvos faceret. Hac doctrina accenduntur animi per spiritum sanctum, ut primo deum vere ament, siquidem tam eximio in nos amore flagrare eum videmus, ut nostrae salutis causa ne quidem filio suo pepercerit. Deinde ut filium complectantur, tanquam sufficientem hostiam pro peccatis, qua sola pater voluerit placari. Hac fiducia consequimur remissionem omnium peccatorum et libenter redemptori nostro paremus vocanti nos ad baptismum, ad verbum, ad coenam suam, deinde hortanti ad dilectionem. Adiuvamur autem per spiritum sanctum, ut corda mutata incipiant odisse peccatum nec amplius vel indulgeant pcccato vel delectentur, sicut antea et summo studio omnem suam vitam ad veram obedientiam dei conferant. Ita iustificamur coram deo fide in Christum et accipimus spiritum sanctum, qui inchoat in nobis obedientiam erga deum. Etsi ıtem propter reliquias peccati in carne, haec ınquam perfecta est, tamen quod in ea vitii est, ·c per fidem in Christum absorbetur.

1) Summa evangelii ex 2. psal.

Tum, inquit propheta descendet vobis pluvia, pluvia prima et pluvia serotina, sicut ab initio et implebuntur horrea frumento et torcularia oleo et musto. Haec allegorica esse prorsus nullum dubium est. Promittit dominus in Mose si servent legem, aperturum se thesaurum suum bonum, nempe coelos, ut dent pluviam in tempore suo, hoc est, cum oportunissimum et commodissimum est, scilicet post sationem, ut succurrescat sementis et sub messem, ut vegetentur quasi segetes solibus exhaustae, vocat autem scriptura hanc malkosch seriam pluviam, qua post longos aestus segeti opus est priusquam demeratur, a verbo liqesch, quod tardare significat. Alia quae prior cadit post sationem, idem nomen habet, quod supra doctorem vertimus.[1] Significat igitur propheta foelicem evangelii successum et pulchros fructus, qui hanc doctrinam iustitiae subsequentur, non tantum in illo brevi angulo, in quo Iudaei habitabant, sed per omnem terrarum orbem. Haec sunt horrea plena et torcularia redundantia musto et oleo. Quanquam haec ipsa similitudo ecclesiae etiam promittit benedictionem corporalem et victum sufficientem, sicut apud Esaiam in simili promissione coniunguntur.[2] Dabit tibi dominus panem tribulationis, et aquam afflictionis, nec avolabit amplius abs te doctor tuus. Sed oculi tui videbunt doctorem tuum.

Et compensabo vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, vermis et eruca. Exercitus meus magnus, quem misi in vos. Et cupide comedetis, ac exsaturabimini, et laudabitis nomen domini dei vestri, quoniam mirabili

---

1) Evangelii successus. 2) Esaiae 50. Ecclesiae promittitur panis quotidianus.

vobiscum fecit, et non confundetur populus meus in aeternum.

Ostendi supra causam, cur haec prophetiae pars de tempore novi testamenti intelligenda sit. Nam doctorem iustitiae, novi testamenti et non legis doctorem esse planum est, et solam iustitiam sequitur haec gloria, ne in aeternum aliqua accidat confusio. Mirabitur autem lector, cur si de novi testamenti tempore loquitur, hic mentionem faciat calamitatis a locustis illatae et aliis noxiis animantibus, quorum in primo capite paulum mutato ordine meminit. Sed exempla in prophetis plurima sunt, quae docent studiose ab eis involvi haec mysteria. Loquitur igitur propheta hic non simpliciter de locustis, nec solos illos annos intelligit, in quos calamitates supra commemoratae inciderunt, sed complectitur totum legis tempus, quo defuit hic iustitiae doctor. Illud totum vere sterile et infrugiferum fuit, sicut epistola ad Hebraeos pulchre dicit, quod mandatum sit abrogatum, quia erat infirmum et inutile. [1]Lex enim nihil ad perfectionem adduxit, ideo introducta est melior spes, per quam ad deum appropinquamus.[2] Vocat legis doctrinam infirmam, quia nos sumus infirmi, quibus data est, nec possumus praestare quod exigit a nobis. Perinde enim ac si infantem in cunis iubeas mensae assistere et ministrare, vana et irrita ea fuerit praeceptio. Non ea enim est aetas, non robur illud, facere imperata ut possit infans: Ita quoque lex praecipit quae propter cordium immunditiem praestare non possumus.

Igitur non solum infirma, sed etiam inutilis est, nec quenquam adducit ad perfectum, hoc

1) Lex infirma et sterilis. 2) Ien.: Iohann. 17 m. 1.

est, neque tollit peccata, nec iustos facit, sed relinquit nos in peccatis et sub ira dei, imo utrunque auget, peccatum et iram dei, ac ad desperationem adducit. Haec igitur causa fuit cur sacerdotium vetus una cum lege abrogaretur, et ut epistola ad Hebraeos dicit, ut induceretur spes melior, quae faceret nos appropinquare ad deum, quae non ut lex, impleret animos metu irae dei et a deo averteret, sed accenderet in animis fiduciam misericordiae dei. Haec est evangelii doctrina, seu ut propheta hic vocat doctrina iustitiae, qua remittuntur peccata per Christum, et donatur spiritus sanctus.

Ideo dicit deus: Reddam seu compensabo vobis annos, quos voraverunt locustae, et comedentes comedetis, hoc est, cupide et cum singulari voluptate comedetis, sicut famelici solent.[1] Respicit autem hic quoque ad legem, ea recte comparatur cibo qui movet nauseam, non quod lex mala sit, est enim ros divinitus demissus, ut Moses appellat, hoc est, est coelestis doctrina. Nos autem tum palatum, tum stomachum vitiosum habemus, qualis esse solet aegrotantium. Ideo salubrem cibum fastidimus, sicut enim Paulus dicit Rom. 8.[2] Sensus carnis est inimicitia erga deum, legi enim dei non subditur, non enim potest. Qui autem secundum carnem vivunt, deo placere non possunt. Hic est morbus noster, qui palatum et stomachum vitiat, ut coelestis cibus a nobis fastidiatur. Quae enim deo placent, nobis displicent. Contra, quae nobis placent, deo displicent. Quia autem lex poenas minatur transgressoribus, ideo abhorremus ab ea, et odimus eam. [3]Sed evangelion est ille coelestis cibus, de quo hic propheta concionatur, quod cupide et cum voluptate summa eum simus

---

1) Lex similis cibo, qui movet nauseam. 2) Ien.: Rom. 8. 3) Evangelion delicatus cibus.

comesturi. Non enim, ut lex, docet quid a nobis exigat deus, non intentat poenas, sed proponit deum, ut supra propheta dixit, clementem, misericordem, tardum ad iram, beneficum, et poenitentem super malo. Ostendit, filium dei ideo in hanc nostram carnem venisse, ut opera diaboli destrueret, hoc est, ut aboleret peccatum, vinceret mortem, patefaceret vitam, et tyrannidem Satanae everteret. Hic est gratus menti cibus, et suavis, quem territi animi conspectu peccatorum suorum, et metu irae ac iudicii dei, ceu famelicus stomachus avide arripiunt. Hoc primum est beneficium huius doctoris, quod affert ad nos cibum, quem comedentes comedimus, hoc est, cupide et cum singulari voluptate.

Alterum est, quod non solum dicit, comedetis cupide, sed addit etiam: et exaturabimini. Respicit autem hic quoque oblique ad legem.[1] Etsi enim habet cultus suos, etsi ostendit quod faciendum sit, tamen sicut cibus, qui famem non sedat, sed accendit magis et iritat stomachum: Ita lex relinquit animos anxios et dubios de salute, non possunt mentes in his acquiescere. Atque hoc vitium in genere est omnium studiorum et operum, quae suscipiuntur ad placandam iram dei. Relinquunt enim magis dubios et anxios animos quam acceperunt. Multis suae tentationes in papatu causa fuerunt, ut relicto usitato vitae genere se abderent in monasteria.[2] Sperabant enim et conversatione sanctorum hominum (ita enim tum iudicabantur) et assiduo cultus dei exercitio se liberatos iri. Sed fere accidit ut ad priores tentationes postea aliae graviores aggregarentur. Non ieiunia, non assiduae orationes, non alia exercitia, sanabant morbum. Sunt igitur omnia haec studia

1) Lex ceu cibus quo accenditur fames. 2) Animi non acquiescunt in nostris operibus.

hominum, quae sine verbo suscipiuntur ad placandum deum et conscientiam exonerandam similia, cibo, qui comestus famem non sedat, sed accendit.

[1]Contra, evangelion, quod hic iustitiae doctor ex sinu patris ad nos affert, est solidus cibus, qui implet et exatiat stomachum, ac famem tollit. Animi enim intuentes filium dei factum victimam pro nobis, in hoc sacrificio acquiescunt, implentur gaudio, et certam etiam in ipsa morte consolationem habent. Num enim peccatum metuet, qui novit Christum dei filium pro iis in cruce satis fecisse? Num mortem, qui novit per Christum apertam viam vitae? Num Satanae tyrannidem, qui videt Christum ad dextram patris? Haec eadem praesidia mundi furoribus opponenda sunt. Vere enim dicit Paulus[2]: Si deus pro nobis quis contra nos. Quis accusabit electos dei? Deus enim eos iustificat. Quis condemnabit? Christus enim mortuus est, imo et resuscitatus, est ad dextram dei et intercedit pro nobis. Haec verba, et triumphantis hae voces arguunt Paulum, non famelicum aut esurientem, sed saturum, et quasi ebrium gaudio, qui, cum paulo ante de lege, de vita, et studiis suis dissereret, exclamabat: O miserum me, quis liberabit me de morte corporis huius?

[3]Sequitur igitur in propheta: Et laudabitis nomen domini dei vestri. Hic fructus saturitatem hanc coelestis cibi semper sequitur. Vides autem hic quoque clarum discrimen legis et evangelii, lex operatur iram. Commoventur enim animi contra deum, iudicant iniustum et crudelem esse, quod hanc infirmam naturam oneravit ingenti hac mole legis, quam sustinere impossibile est. Contra evangelion, quia concionatur de misericordia et aeternis beneficiis dei patris, qui filium suum dedi

---

1) Evangelion solidus cibus. 2) Ien.: Rom. 8
3) Evangelion facit ut laudemus deum.

victimam, et filii, qui sanguinem suum fudit pro peccatis nostris, et spiritus sancti, qui accendit in animis fiduciam erga deum, per Christum. Ideo animi intuentes in has divitias misericordiae et bonitatis dei, erumpunt in laudem dei, praedicant bonitatem eius, laudant et ornant eum, ac etiam vitam potius abiiciunt quam confessionem.

Iudaei intelligunt has promissiones de temporali benedictione, quod annos famis recompensaturum dominus se dicat.[1] Sed quid copiam annonae et pacem soleat sequi notum est, nempe quod Moses dicit[2]: Servus meus impinguatus dilatatus, incrassatus est, et recalcitravit. Natura enim peccato depravata, non potest aliter quam abuti donis dei, non solum ad luxum et superbiam, sed etiam contra ecclesiam et deum, itaque non laudes, non gratiarum actio sequuntur saturitatem, sed contemptus religionis et extrema securitas. Ideo deus ecclesiam suam, post alia incommoda etiam fame et inopia exerceri sinit.[3] Quia autem abunde habet pabulum verbi, et sentit in ipsis periculis certam consolationem, ideo solvuntur linguae in laudem et gloriam dei. Sic dicit Psalm. 51[4]: Libera me a sanguinibus deus, deus salutis meae, et lingua mea laudabit iustitiam tuam. Et Oseas dicit[5]: Dimitte poccata, et benefac nobis, et reddemus tibi vitulos labiorum nostrorum. Hoc igitur illud beneficium est, quod hic fructus sequi solet, ut laudetur deus et praedicetur eius misericordia, sicut propheta hic quoque dicit, laudabitis, inquit nomen domini dei vestri, qui facit mirabilia vobiscum. Haec enim mirabilia non sunt benedictio corporalis, et anno- ubertas, sed quod nobis miseris peccatoribus,

1) Saturitas panis facit securos. 2) Ien.: Deut. 32. Verbum excitat ad laudem dei. 4) Ien.: Psal. 51. en.: Oseae 14.

qui sumus natura filii irae, datur iustitiae doctor filius dei, qui famelicos nos, positos sub lege et ira dei, pascit verbo suo, et hoc modo ex peccatoribus iustos, ex irae filiis deo gratos, ex damnatis salvos, ex mortalibus immortales facit. Haec vere sunt mirabilia, quae nemo unquam fecit, nisi doctor hic iustitiae filius dei.

Quod de non confundendo in sempiternum addit, dixi argumentum esse certum, quod haec non de reductione in terram Canaan ex Babel, sed de tempore evangelii intelligenda sint, praesertim cum scriptura hac ipsa phrasi in aliis quoque locis soleat uti, ubi non de corporalibus beneficiis, sed de remissione peccatorum agit. Psalm. 25. dicit: omnes qui te expectant non confundentur,[1] et Psalm. 31. In te spero domine, non confundar in aeternum. Habet autem haec quoque particula insignem antithesin evangelii et legis. Iustificati fide, inquit Paulus,[2] pacem habemus apud deum, per dominum nostrum Iesum Christum, per quem etiam aditum habemus fide ad gratiam hanc in qua stamus, et Ephes. 8: per Christum habemus libertatem et aditum cum fiducia, quae est per fidem.[3] Et hebraeo. 4.[4] Accedamus igitur cum fiducia ad thronum gratiae ut accipiamus misericordiam et gratiam inveniamus, ut oportunum nobis contingat auxilium. Quia enim evangelion ostendit Christum dei filium ex voluntate patris factum victimam, et satis fecisse pro peccatis, ideo animi non dubitant de dei benevolentia, non pavent, non refugiunt a deo, spem omnem in dei misericordia habent positam. Sed qui lex facit?[5] Ostendit quidem dei voluntas quae sit, quod attinet ad nostra opera, et quid deus a nobis exigat, sed quia facultatem faciendi

---

1) Ien.: Psal. 25. 31. 2) Ien.: Rom. 5. 3) Evangelion non confundit. 4) Ien.: Ebrae. 4. 5) Lex confundit conscientias.

non praestat, nihil aliud sequitur legem quam confusio, sicut enim peccator apud Lucam procul stat, et ne oculos quidem attollere audet: Ita nos quoque cum lex nobis ostendit peccata, et accusat nos, trepidamus, pavemus, non audemus ad deum attollere oculos, refugimus a deo, et sicut Adam et Eva in paradyso nihil optamus magis, quam ut abscondere nos ab eius facie possimus. Hanc confusionem tollit hic doctor, simpliciter enim verum est, qui credit in Christum, non confundetur in aeternum.

Ad hunc modum confusionem hic intelligo. Alii simpliciter referunt ad deformationem naturae, quae per peccatum facta est, quod et in animo sunt vitiosi motus, pugnantes cum lege dei, et corpus non morti solum, sed variis aliis incommodis obnoxium est. Sicut enim concupiscentia perpetuo nos sollicitat ad peccatum, ita saepissime transversos agit et incendit animos contra legem dei, sequuntur autem peccatum poenae suae: Ita tota haec vita nihil aliud est quam perpetua confusio, error, et calamitas. Nam tanquam de mancipiis triumphos de nobis agunt quotidianos peccatum et satan. Sanat autem hanc miserae naturae confusionem deus per hunc iustitiae doctorem, qui remittit peccata, donat spiritum sanctum, et haeredes aeternae vitae nos constituit. Neque haec incommoda explicatio est, sed priorem magis probo, quod illustrem habet evangelii et legis antithesin. Haec enim confundit. Non enim adducit ad perfectum. Illud autem implet animos gaudio et laetitia, quia remissionem peccatorum certam affert.

Et scietis quoniam in medio Israel ego, et ego dominus deus vester et non alius. Et non confundetur populus meus in aeternum.

Hactenus docuit propheta de officio Christi, quod sit futurus doctor iustitiae, qui, ut Esaias

dicit, praecipitet mortem, et abstergat lachrymam ab omni facie, et opprobrium populi sui auferat. [1]Nunc quae sequuntur rectissime referuntur ad huius personae descriptionem, ut non solum scias quid faciat Christus, sed etiam quis sit? Verus scilicet homo, et verus deus. Etsi autem haec mysteria spiritus sanctus involvit, tamen conferenti scripturas facile apparet nullam huius loci aliam esse sententiam. Levitici 26.[2] haec promissio est: Ponam tabernaculum meum in medio vestri, et non abiiciet vos anima mea. Ambulabo inter vos, et ero deus vester. Haec ad tabernaculum pertinere certum est, in quo deus se habitaturum dicit. Similis sententia est de templo quod aedificavit Salomo. 1. Reg. 6.[3] Domus haec quam tu aedificas, si ambulaveris in praeceptis meis, etc. firmabo ego sermonem meum tibi quem locutus sum David patri tuo, et habitabo in medio filiorum Israel. Ad has promissiones sine dubio respicit hoc in loco spiritus sanctus. A Mosis tempore usque ad Salomonem, habitabat deus in medio Israel, quia in Israel habebat tabernaculum sua voluntate extructum, et ornatum certis promissionibus. A Salomonis autem tempore habitabat in medio Israel, quia Hierosolymis habebat templum, seu ut scriptura appellat domum suo mandato extructam et ornatam certis promissionibus. Haec nota et certa sunt.

Iam igitur mihi considera hoc, quod per Ioelem prophetam hoc in loco deus stante adhuc templo et tabernaculo promittit. Et scietis, quoniam in medio Israel ego. Annon norant tempore Ioelis, deum habitare in Israel? Atqui dicebatur templum ideo domus domini, quia dominus ibi se promiserat habitaturum, et Esaias capit. 32.[4] dicit, dominum

---

1) Testimonium de Christo quod natura sit deo.
2) Ien.: Levit 26. 3) Ien.: 1. Reg. 6. 4) Ien.: Esaiae 32.

ceu patremfamilias habere focum in Ierusalem. Cur igitur dicit: scietis? Nonne id antea norant? Significat igitur propheta deum tempore novi testamenti alio et longe propiore modo habitaturum in medio Israel, quam hactenus habitarat in domo sua, nempe quod conceptus e spiritu sancto et de virgine natus nostra se carne vestiturus sit. Sicut evangelista dicit, hanc ipsam figuram imitatus: Verbum caro factum est et habitavit in nobis, et Baptista:[1] In medio vestrum est, qui cum ante me esset post me venit. Sicut igitur supra audivisti de doctore iustitiae: ita hic audis, quis sit; nempe homo, qui habitet in medio Israel, non sicut in templo habitarat, sed visibilis, qui nobis de ore ad os loquatur et doceat iustitiam verus homo, sed de quo possis dicere, quod sit, ut Esaias appellat Immanuel, nobiscum deus; sicut iam addit propheta.

Non enim satis est scire quod in medio Israel sit, hoc est, quod sit verus homo iste doctor. Sed addendum hoc quoque est: Scietis quod ego dominus deus vester et non alius. Haec particula descriptionem personae integrae absolvit. Quia enim hic doctor in medio Israel est, sequitur, esse verum hominem et tamen de hoc homine credi et dici debet, quod sit dominus deus noster et non alius.[2] Hic iuxta Athanasii regulam neque personas confundas, nec substantiam separes. Supra dixit: Gaudete in domino deo vestro, qui dat vobis doctorem iustitiae. Haec duarum personarum diserta notatio est: Pater dat doctorem et doctor, qui datur, non est ipse pater, sed filius ex patre natus. De hoc filio hic dicitur: Scietis quia ego ...inus deus vester, et non alius. Non enim ...stantia separanda est.

---

1) Ien.: Iohan. 1. 2) Ed: Unus deus et diversae ...sonae patris et filii.

Conveniunt autem cum hac ipsa sententia multi loci novi testamenti. Nemo venit ad patrem, dicit filius,[1] nisi per me. Nemo novit patrem nisi filius et cui filius revelaverit. Philippe, qui videt me videt patrem meum. Quomodo igitur dicis: ostende nobis patrem? Non credis quia pater in me est et ego sum in patre? et paulo ante: Creditis in deum in me credite! Et Iohan. 8[2]: Si novissetis patrem et me novissetis. Omnia mihi tradita sunt a patre. Et Paulus[3]: Datum est ei nomen super omne nomen etc. Non enim de appellatione nuda Paulus loquitur, ut quidam somniant, sed de gloria divinitatis quam possidet homo Christus.

Hae et similes sententiae sunt ceu explicatio huius loci. Deus enim se revelat in filio. Patrem nemo vidit unquam, inquit Ioannes;[4] filius, qui in sinu patris est, enarravit nobis.[5] Cum enim, quae dei natura sit, a nobis intelligi non posset, misit deus filium imaginem seu characterem suum. Hunc cum novimus deum novimus. Non autem in filio aspiciendi sunt oculi, os, et reliquus corporis habitus, haec enim a nobis sumpsit et induit. Sed audienda doctrina et videnda opera sunt. Docet diligi nos a deo patre, nec velle patrem, ut moriantur peccatores. Ipse suspendi se sinit in ligno et fit ‚maledictum', nos ut benediceremur per ipsum. Ecce hoc modo agnoscis deum, quis sit, et qua sit voluntate erga nos. Qui igitur filium amplectitur fide, qui filium colit, is vere in deum credit et deum colit. Nam deus alius extra hunc Christum ex Maria virgine natum non est, sicut dicit Christus[6]: Ego et pater unum sumus. Item[7]: Non credis, quia pater in

---

1) Ien.: Iohan. 14. 2) Ien.: Iohan. 8. 3) Ien Philip. 2. 4) Ien.: Iohan. 1. 5) Quomodo deus agnosci possit. 6) Ien.: Iohan. 10. 7) Ien.: Iohan. 14.

me est et ego in patre. Item 1. Ioh. 2.[1] Omnis, qui negat filium, patrem non habet.

Quia igitur filius dei induit carnem nostram, et habitavit in medio Israel, recte sequitur: Populus meus non confundetur in aeternum. Ideo enim venit, ut dissolveret opera diaboli, ut liberati a lege, peccato, morte et Sathana essemus in gloria aeterna per ipsius meritum et gratiam. [2]Habes igitur duas personas divinitatis, patrem, qui promittitur missurus doctorem iustitiae, et filium, qui iustitiam docet, habitans in medio Israel, hoc est: factus homo. Nunc sequitur etiam de spiritu sancto luculentissimum testimonium et de officio eius, quod in novo testamento a Christo missus administrabit.

Et erit posthaec: Effundam spiritum meum super omnem carnem et prophetabunt filii vestri et filiae vestrae et senes vestri somnia somniabunt et iuvenes vestri visiones videbunt. Etiam super servos et super ancillas in diebus illis effundam spiritum meum.

Audivimus vaticinium de Christo doctore iustitiae, qui foecundaturus sit terram tanquam pluvia, ut germinet in copia iustitiam. Pertinet autem doctoris appellatio ad officium. Est enim sacerdos, qui non tantum docet iustitiam verbo, sed se ipsum offert victimam pro peccatis mundi. Etsi autem doctrinam iustitiae etiam apostoli afferunt, tamen a Christo eam accipiunt. Christus enim solus est, qui pro peccatis mundi sacrificat idque suo corpore. Nunc subiicitur prophetia de ritu sancto. [4]Habemus autem fide dignum tem, Petrum apostolum, qui dicit hanc prophe-

1) Ien.: 1. Ioha. 2. 2) Ecclesia servabitur. 3) Quando pleta haec prophetia sit.

tiam impletam in die Pentecostes cum spiritus sanctus coelitus descendit et implevit suo numine animos apostolorum et qui cum eis erant, ut et loquerentur linguis antea non intellectis, et magna virtute testimonium darent resurrectioni Christi, qui ante hoc donum coeleste metu perturbati, non solum non docere, sed vix in publicum prodire audebant. Cum igitur de prophetiae huius sententia et quo tempore ac quomodo impleta sit, certo constet, restat ut verba diligentius expendamus.

Post haec, inquit, hoc est, postquam filius dei iustitiae doctor ministerium suum absolverit, quod, ut paulo ante ostendimus, habuit duplex (Nam et iustitiam docuit et sua morte expiavit peccata mundi) tum demum hoc quoque fiet ut mittatur spiritus sanctus, sicut Christus dicit[1]: Nisi ego abiero non veniet ad vos paracletus. Petrus in Actis complectitur totum tempus, cum dicit: Erit in novissimis diebus. Respicit enim ad abolitionem legis Mosaicae, seu cultuum legalium, qui hactenus in hoc populo duraverant annis plus mille et quingentis.

[2]Effundendi verbum recte exponitur de larga copia, quod cum hactenus verbum constiterit in brevi Iudaicae terrae angulo, per quod spiritus sanctus omnibus temporibus sanctorum corda illuminavit et gubernavit. Nunc per apostolos in omnibus linguis evangelion annunciandum sit et spiritus sanctus etiam gentibus donandus. Item quod spiritus sanctus praeter novum lumen quod infundit cordibus etiam miraculorum splendore se revelaturus sit. Et tamen recte confertur verbum effundendi cum eo quod supra appellavit Christum moreh lizedakah, quod nomen et pluviam e[t] doctorem significat, ut intelligas spiritum sanctu[m]

1) Ien.: Iohan. 16. 2) Effunditur spiritus dei.

quoque ceu pluviam demitti coelitus, ut riget arida corda et ceu sterilem agrum foecundet. Ideo Petrus quoque hac ipsa figura voluit uti, cum dixit[1]: Christus exaltatus ad dextram dei, promissionem sancti spiritus cum accepisset a patre (ἐξέχεε) effudit hoc quod videtis et auditis. Non enim David ascendit ad coelos etc. Hic manifestum est uti eum effundendi verbo, ut significet donum hoc coelitus, ceu pluviam demissum esse.

[2]Sed omnis vis in eo est, quod dicit: Effundam meum spiritum. Petrus immutavit paululum verba: De meo spiritu. Sed res prorsus est eadem. Nam omnis vis in pronomine est posita. Id cum Petrus quoque retinuerit, sententia manet eadem. Hic omnium primo observa differentiam personarum. Audis enim, qui promittat, se effusurum spiritum suum, et tamen hoc quod effunditur non est is qui effundit. Sed quiddam differens. Sic enim loqui necesse est, ut constituamus personarum differentiam, quae neutiquam confundenda est. Sic supra quoque dixit: Gaudete in deo vestro, qui vobis dat doctorem iustitiae. Hic necesse est constituere duas personas, nempe dantis et docentis.[3] Filius, qui docet, non est pater qui donat doctorem et pater qui donet non est filius qui docet. Et tamen dicit Christus[4]: Ego et pater unum sumus. Non credis Philippe, quia pater in me est et ego sum in patre? Ad hunc modum hic quoque personae sunt separandae. Alia persona est quae effundit spiritum et spiritus qui effunditur alia est persona quam quae effundit. Haec certa et vera sunt ac firmiter tenenda.

Addendum tamen postea est, quod non simiter dicit: Effundam spiritum, sed addit:

---

1) Ien.: Act. 2. 2) Meum spiritum. 3) Unus deus res personae. 4) Ien.: Iohan. 14.

Meum spiritum. Est igitur hic patris spiritus. In patre autem nihil est, quod non sit divinum, aeternum, omnipotens. Igitur hic dei spiritus, qui non est ipse pater, est aeternus et omnipotens deus.[1] Vides igitur hic firmamentum symboli Athanasii, quo ecclesia novi testamenti haud scio an post apostolorum tempora gravius scriptum habeat. Alia, inquit, est patris persona, alia filii, alia spiritus sancti. Sed patris et filii et spiritus sancti una est divinitas, aequalis gloria, coaeterna maiestas.[2] Qualis pater, talis filius, talis spiritus sanctus, increatus pater, immensus, aeternus, omnipotens, sic filius, sic spiritus sanctus, et tamen non tres increati, immensi, aeterni, omnipotentes, sed unus increatus, immensus, aeternus, omnipotens: Ita deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, et tamen non tres dii, sed unus est deus etc. Haec necessaria est doctrina, non ideo solum, quia sine ea dei notitia esse nulla potest, sed etiam propter invocationem.[3] Mens enim quoties deum invocat debet animo intueri deum patrem conditorem omnium, et filium, quem ab aeterno gignit pater, imaginem suam, ac destinat, ut sit victima pro peccatis mundi, et spiritum sanctum, qui procedit a patre et filio, et, ut Ioel hic loquitur, effunditur a patre per filium, ut sicut paulo post dicemus, sanctificet corda.

[4]Hunc dei spiritum scriptura sanctum vocat, ut sicut filii officium in eo ostenditur, quod vocatur doctor iustitiae.[5] Ita dei spiritus ab officio sanctus vocatur, quia sanctificat nos, qui per peccatum prorsus prophani et impii nascimur et sumus. Peccati enim venenum diffusum est non per corpus tantum, quod ex immortali vitiosum,

---

1) Spiritus sanctus deus. 2) Athanasii symbolum 3) In invocatione quo respiciendum. 4) Ed.: Deus spiritus cur dicatur sanctus. Vuitt. et Ien.: Dei spiritus sqq 5) Ien.: Iohan. 16.

morbidum et mortale fecit, sed etiam spiritum nostrum corrupit. Nam intellectus amisit notitiam dei, ut quasi coeci in sole meridiano ambulemus. Voluntas autem sic depravata est, ut perpetuo pugnet cum lege dei, nec possit ei subdi. Agimur igitur malo spiritu, qui et delectatur peccato et iudicium dei odit. Spiritus autem dei officium est, haec naturae mala sanare et prophanos animos sanctificare. Id fit praecipue tribus rebus.

[1]Primum eximit ex animis securitatem et instillat timorem dei. Nam naturaliter omnes delectamur peccato et secure ei indulgemus. Davidem vide, is bene secum putat actum, quod occiso Uria eius uxorem sine querela obtinere possit. Paulus postquam literas impetravit, ut etiam Damasci saevire in Christianos liceat, triumphat, ac se beatum ducit. Avarus cum occasio insignis etiam iniusti lucri ostensa est, cupide eam amplexatur et urget. Quid multa? Vitiosa natura occasiones peccatorum sollicite quaerit et captat, secura de deo et iudicio dei.[2] Sanctus autem spiritus hoc primum solet, securos animos arguit de peccato, ut peccati foeditatem intueantur, et ut poenas securis peccatoribus inflictas considerent. Hac ratione fit, ut odisse peccatum incipiamus et emendemus quae hactenus impie facta sunt, imo ut cupide postulemus a deo, et gratiam praeteritorum peccatorum et facultatem vere obediendi voluntati dei. Etsi igitur peccatum sollicitare nos non cessat, tamen adiuti spiritu dei, resistimus peccato et id mortificamus.

Haec cum in animis per spiritum sanctum sunt facta, non enim humanae aut industriae aut sapientiae sunt, postea accendit in animis novum dei lumen, ut statuamus per Christum condonata

1) Quomodo spiritus sanctus sanctificet. 2) I. Timorem dei docet spiritus sanctus.

nobis peccata et placatum nobis patrem in coelis. Hoc quoque non naturae sed spiritus sancti opus est. Nam animi, cum peccata sua intuentur, naturaliter refugiunt a deo et metuunt iram eius. Hanc animorum diffidentiam corrigit spiritus sanctus, ostendens Christi sacrificium et excitans per id nos, ut etiam, si peccatorum gravissimorum nobis sumus conscii, non tamen[1] fugiamus a deo, aut diffidamus eius bonitati, sed cum fiducia ad eum accedamus propter mediatorem Christum. Hac fide, ut ait Petrus,[2] purificantur corda et vere sanctificamur. Quia enim remissionem peccatorum fide accipimus, reputamur per Christum sancti et iusti.

Fidem autem sequitur confessio, sicut dicit psalmus: Credo, ideo et loquor.[3] Confessio autem certa secum affert pericula et tentationes. Odit enim eam Sathan et concitat mundum contra pios, qui cum potentia, dignitate et opibus valeat, graviter affligit ecclesiam. [4]Hic igitur spiritus sancti officium et beneficium eximie sentitur, confirmantis et consolantis animos in mediis periculis ne desperent aut confessionem abiiciant. Apostoli confirmati spiritu sancto minas sacerdotum contemnunt, potior eis cura est docendi alios de Christo, quam servandae vitae suae. Sancti martyres, sicut Prudentius de Laurentio, Agnete et aliis commemorat in ipsis tormentis insultant tyrannis, Stephanus iam lapidandus vitam suam negligit, sollicitus de salute tam secure peccantium. Haec non humana sunt, sed certa spiritus dona, qui ex alto per Christum ad nos venit, ac imbecillem naturam confirmat. Destituti autem spiritu sancto quid in periculis soleant, praesertim

1) Ed. 1547: tantum. 2) Ien.: Act. 15. 3) Ien.: Psalm. 115. 4) Ed. et Ien.: III. Spiritus sanctus con solatur in periculis. Vuitt.: II. sqq.

cum mors accedit, notum est. Trepidant, querulantur, pavent, nusquam vident in quo acquiescant. Haec naturalia sunt. Sed sanctus dei spiritus naturam etiam hac in parte corrigit et sanat, non eo modo, ut cruciatus mitiget aut corpora sine sensu mali esse faciat (quamquam id quoque alicubi solet) sed ut in sensu ipso mali non concidat animus et in meliorem spem intuentes ipsi nos consolemur et erigamus per invocationem. Sicut ideo a Zacharia appellatur spiritus gratiae et precum, gratiae, qui confirmet animos de remissione peccatorum per Christum, precum, qui in periculis ad orationem exuscitet, ac spe liberationis praesentia incommoda mitiget.

[1]Atque hic longum agmen virtutum Christianarum connectitur. Libertas in confitendo, patientia in ferenda cruce, invocatio cum certa spe liberationis, fides certa de dei favore, etsi fortuna diversum loquatur, exercitium verbi, dum promissionibus infirma fides se erigit, et quis enumeret omnes spiritus sancti dotes in hac nostra imbecillitate? Excitare autem nos haec debent ad agnoscendam dei ingentem misericordiam, qui miseros nos peccatores tot modis amplectitur, iuvat, fovet, regit, tuetur. Non enim satis ei est, dedisse nobis corpus, mentem, voluntatem, sermonem, etiam filium donat, qui docet iustitiam et fit victima pro nobis, etiam spiritum suum coelo demittit, qui morbos naturae insanabiles, mortiferos et alternos sanet ac curet. Hunc vult habitare in animis nostris, ut nos regat, gubernet et servet, qui tot modis impetimur et sollicitamur contra deum. Ingens et ineffabilis plane haec est bonitas, m si non agnoscimus, si non de ea cogita- saepius et gratias agimus, prorsus ingrati us.

1) Dona spiritus sancti.

[1]Docent autem haec quoque de vera invocatione spiritus sancti, cuius insigne exemplum proponit Psalmus 51;[2] in quo propheta queritur de naturae miserabili depravatione per peccatum, quod subinde non sollicitat tantum nos, sed vi quoque impellit contra legem dei, unde postea tot et tam varii etiam in ecclesia existunt horribiles lapsus et scandala paene infinita. Quare magna nobis incumbit necessitas in tot periculis constitutis, sedulo ut pro gubernatione spiritus sancti Davidis exemplo oremus.[3] Is primum petit abscondi peccata et deleri iniquitates. Tales enim sumus, ut quamdiu in hac vita sumus, sine peccatis esse non possimus. Nulla igitur alia medicinae via relinquitur, quam ut peccata, quae in nobis sunt, dominus abscondat et deleat, ac quasi claudat oculos, ne cogatur ea videre. In hac indulgentia dei consistit salus nostra, nobis acquisita per filium dei, qui se dedit victimam pro peccatis totius mundi. Quia autem hunc thesaurum, ut Paulus vocat,[4] portamus in vasis fictilibus, quae levi momento franguntur, opus est alio coelesti dono, spiritu sancto, qui nos in hac gratia servet, ne ab ea excidamus. Ideo pergit David orare[5]: Cor mundum crea in me deus, et spiritum firmum restaura in corde meo.

Postulat David creari in se cor mundum. Haec manifesta confessio est, quod cor habeat immundum, hoc est: dissidens a lege dei et quod delectatur peccato. Id cupit mutari ac creari novum, ut non amplius immundum sit, hoc est, ut immundities haec condonetur, ac ad eam rem opus esse dicit (ruah nacon) spiritu firmo,[6] qui

1) Quomodo invocandus spiritus sanctus psalmo 51. Vuitt.: Psal. 2. 2) Ien.: Psalm. 51. 3) C mundum. 4) Ien.: 2. Cor. 4. 5) Ien.: Psal. 51. 6) I. S ritum firmum rogat.

subinde accendat fidem, ne propter peccata dubitet de benevolentia dei, sed ut certam ac perpetuam spem remissionis peccatorum retineat. Utitur autem verbo chiddesch, quod restaurare significat. Quia enim in tanta infirmitate consistere non possumus, quin saepe labamur, spiritus sanctus autem per lapsus contra conscientiam excutitur, necessaria haec praecatio est, ut restauretur subinde in nobis donum sancti spiritus, ne dubitemus quin peccata nostra per Christum nobis remissa sint. Complectitur autem haec particula fidem, quam supra secundo loco posuimus.

[1]Postea David orat pro alio dono, inquiens: Ne proiicias me a facie tua, et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Hic primum observa gradus. Est in nobis cor immundum, fide autem purificantur corda, ut etsi peccatum adsit, tamen non imputetur. Quia autem peccatum subinde nos solicitat, et in nobis pugnat contra legem dei, non solum fide opus est, qua statuamus per Christum nobis condonata esse peccata, sed etiam alio dono spiritus sancti indigemus, nos ut sanctificet, hoc est, ut confirmet nos, et excitet, ne pareamus peccato solicitanti, sed ei resistamus, et id mortificemus. Nisi enim id fiat, si indulserimus peccato abiicit nos dominus a facie sua, hoc est, secure peccantes relinquit suis desyderiis, sicut exempla ante oculos sunt. Hoc tantum malum deprecatur David, et petit contra id spiritum sanctificantem.

Tertio addit.[2] Redde mihi laetitiam salutis tuae et spiritu prompto confirma me. Hoc nimirum est tertium illud, de quo supra diximus. Quia enim ...nes qui volunt pie in Christo vivere, persecu...nem patientur, hic quoque spiritu sancto nobis

1) II. Spiritum sanctum rogat. 2) III. Spiritum ...omptum rogat.

opus est, qui impleat animos laetitia salutis dei, ut quanquam varie exercemur in hoc mundo, tamen nos certa salute, per Christum parta consolemur. Hoc enim est quod Paulus ait[1]: Spes non confundit. Cum hac spe coniungit David (Ruah nediba) promptum, voluntarium, liberalem spiritum, qui non defatigetur ferenda cruce. Ea enim est fortuna piorum, ut tentatio tentationem excipiat. Sicut illustri figura Psalm. 41.[2] ostendit. Comparat enim ecclesiam navigio in procelloso mari quod fluctus subinde ex omni parte concutiunt, nec finis est periculi, una procella alteram urgente, sicut dicit, abyssus abyssum vocat. Oportet igitur spiritum esse (nadib) non humilem, et abiectum, qui ad primum impetum cedat. Sed generosum, altum, infractum, qui non defatigetur periculis, sed promptus et alacris sit.

Ad hunc modum nos quoque quotidie orare decet, ut et augeat dominus in nobis fidem et spiritu suo adiuvet, ne cedamus peccato, sed contra peccatum pugnantes triumphemus. Tertio, ut in cruce simus alacres et constantes, nec defugiamus ulla pericula propter confessionem.[3] Nisi enim adiuverit nos dei spiritus, impossibile est, nos consistere. Merito autem repraehendimus singuli nostram ignaviam. Quotus enim quisque de his periculis aut cogitat, aut solicitus est? Quam multos invenias passim, qui nunquam spiritum sanctum invocarunt: Excitemus igitur nos, et hoc filii dei munus, quod pro nobis accepit a deo patre, vero corde petamus, et dabit nobis dominus spiritum suum, qui hoc pacto gubernet, tueatur et confirmet nos, sicut dicit Christus, pater meus dabit spiritum sanctum petentibus se, Lucae 11.[4]

---

1) Ien.: Rom. 5. 2) Ien.: Psal. 41. 3) Exhortatio ad invocationem spiritus sancti. 4) Ien.: Lucae 11.

Ut autem hoc quoque addam de invocatione, nulla differentia est, sive a patre, sive a filio spiritum sanctum postules.[1] Nam est spiritus qui procedit a patre et filio. Ideo Christus utrunque dicit Iohan. 14.[2] Spiritus quem mittet pater in nomine meo. Item rogatus a me, dabit alium Paracletum. Et Actor. 2.[3] dicit Petrus, Christus accepit promissionem spiritus a patre, et Psalm. 68.[4] Accepisti dona pro hominibus. Recte igitur petitur spiritus sanctus a patre, ita tamen ut in nomine Christi petas, hoc est, ut propter Christum hoc donum donari tibi petas. Et Iohannis 16.[5] dicit Christus, nisi ego abiero non veniet ad vos Paracletus, si autem abiero, mittam eum ad vos. Et cap. 15.[6] Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis a patre spiritus veritatis, qui a patre procedit. Recte igitur a Christo hoc beneficium petes. Nec est differentia sive dicas, aeterne pater domini nostri Iesu Christi, dona mihi spiritum sanctum tuum, qui accendat in me fidem, gubernet et confirmet me etc. Sive dicas: O fili aeterni patris Iesu Christe dona mihi sanctum spiritum tuum. Ecclesiae autem exemplo invitamur ad ipsius spiritus sancti invocationem. Sic enim orat: Veni sancte spiritus, reple tuorum corda fidelium, et citat Basilius Eusebii Palestini verba, sanctum deum, lucis conditorem per salvatorem nostrum Iesum, cum spiritu sancto invocantes. Haec ecclesiae testimonia, etsi non extarent, tamen satis firma et certa ratio est, quod qui confitentur patrem, filium, et sanctum spiritum esse verum deum, hi etiam cum unam personam tantum nominant, tamen deum se invocare norunt. Sicut esia baptizavit in Christi nomine. Haec attin-

1) Recte tum a patre, tum a filio rogatur spiritus tus. 2) Ien.: Iohan. 14. 3) Ien.: Act. 2. 4) Ien.: l. 68. 5) Ien.: Iohan. 16. 6) Ien.: Iohan. 15.

gere paucis libuit, ne simplices dum orant, sibi laqueum nectant.

Diximus hactenus quid sit spiritus sanctus et cur mittatur spiritus sanctus.[1] Deinde exemplo Davidis ostendimus, quae beneficia spiritus sint roganda. Restat iam quarta particula, ut etiam de mediis, et quasi instrumentis doceamus, per quae spiritus sanctus est efficax. Est autem haec quoque doctrinae pars admodum necessaria. Nota enim sunt non monachorum tantum somnia, qui ieiuniis et ortaionibus se praeparabant, sed etiam aliorum (qui purioris doctrinae possessionem sibi sumebant) phanaticae opiniones. Hi enim neglecto ministerio, quod deus in sua ecclesia esse voluit, abdebant se in angulos, et vacabant contemplationibus, nescio quibus, eoque modo expectabant promissionem spiritus per certos gradus, quos portentosis nominibus appellabant. His rationibus tantum profecerunt, ut non sancto, sed alio malo spiritu implerentur, qui attonitos, et tantum non fatuos efficiebat. Sicut nota sunt exempla in iis locis, ubi Muntzerus, Carlostodius, Storchius, et alii phanatici homines docuerunt, ac maior pars postea ad anabaptistas, nihilo illis saniores, transierunt. Hisce erroribus occurrendum, et de tantis rebus ex scriptura certa testimonia petenda sunt.

Memineris igitur, quae supra de spiritus sancti certis et indubitatis operibus diximus, quod primum accendat in animis fidem, ne propter peccata desperent, secundo adiuvat nostrum spiritum, ut resistamus peccato, et morificemus peccatum. Tertio consolatur in rebus adversis. Nam si quid natura solemus interroges, notum est peccat sensum parere desperationem, notum est et dele ctari nos peccato, et in periculis concidere animo

1) De mediis per quae spiritus sanctus venit.

ac trepidare. [1]Hanc naturae depravationem corrigit spiritus sanctus et sanat, non in iis, qui monasticas praeparationes et solitarias contemplationes secuti sunt, sed qui studiose audierunt verbum dei. Vide enim Matthaeum, publicanum cur relinquit quaestuosum et peccatis plenum vitae genus et se adiungit ad Christum? Nonne, quia Christum solicite audivit? Sic peccatrix mulier, cum antea occasiones peccatorum studiose sectata esset, et ultro captasset, anxia plorat, dolet de admissis peccatis, et quaerit remissionem peccatorum etiam in aliena domo, in corona gravium virorum, quo accedere saltem pudor, si quis inesset, prohiberet. At secura de iudicio aliorum, cupit audire vocem de remissione peccatorum. Quis ita mutavit animum eius? Nonne verbum quod ex Christo audivit? Zacheus quoque delectatus hactenus iniustis lucris, dimidiam bonorum partem promittit pauperibus, defraudatis autem restaurationem. Paulus quoque cum arderet ira contra Christianos, ad Christi vocem statim fit alius, et promittit se facturum imperata, et obmissurum institutas rationes. Sic tria millia Judaeorum ad Petri concionem respondent: Quid faciemus viri.

[2]Ergo verbum dei instrumentum perpetuum est, per quod movere, accendere, illuminare homines vult deus, imo prorsus mutare, ut qui hactenus fuerunt securi, primo incipiant metuere iram dei, et iudicium, ac emendent vitam. Deinde qui fuerunt pavidi ob metum iudicii dei, ut se consolentur sacrificio filii dei contra peccatum. Tertio ut etiam in periculis, et in ipsa morte, spem salutis retineant. Sic Paulus dicit, Rom. 10.[3] Fides est auditu, auditus autem ex verbo. Constituenda

1) Spiritus sanctus datur per verbum. 2) Ien.: bum dei instrumentum. quo gubernantur a deo mentes ninum. 3) Ien.: Rom. 10.

tamen hic definitio verbi est. Lex etiam est verbum dei, sed per eam, dicit Paulus in Galatis,[1] spiritum sanctum non dari, sed per verbum evangelii. Ideo dicit Esaias[2]: Quam speciosi pedes evangelizantium pacem? Vere enim ministerio ecclesiae, nihil suavius, nihil preciosius, quod affert spiritum sanctum, qui fidem et notitiam dei accendit, mortificat peccatum, et consolatur in periculis. Est enim sicut pluvia, quae nunquam cadit in aridum locum, quin sequatur certus fructus. Si igitur donum spiritus sancti consequi optas, si optas familiae et liberorum certam emendationem, hanc viam insiste. Audi verbum studiose, adhibe tuae fidei creditos ad verbum. Solus enim spiritus sanctus est qui corda peccato viciata sanat, sanat autem per verbum evangelii, in quo arguimur peccati, iustitiae et iudicii. Peccatum cum audimus in nobis esse, consternimur animis, et pavemus, iustitia autem filii dei nos contra peccatum erigimus, et certam retinemus salutis spem in omnibus periculis. Scimus enim principem mundi iudicatum et victum, qui nocere amplius non potest his qui sunt in Christo Jesu, etsi tentare et molestare eos possit, et crebro soleat.

[3]Porro cum de verbo evangelii loquimur, etiam sacramenta includimus. Habent enim annexam promissionem spiritus sancti, et remissionis peccatorum. Ideo Petrus cum interrogaretur, quid faciendum esset, respondet: Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque in nomine Jesu. Et Christus dicit.[4] Nisi quis renatus fuerit per aquam et spiritum, non veniet in regnum dei. Haec manifesta sententia est, spiritum sanctum per baptismum velle efficacem esse in animis, sicut Petru quoque dicit, et accipietis donum spiritus sanct

1) Ien.: Gal. 3. 2) Ien.: Esa. 52. 3) Spirit sanctus datur per sacramenta. 4) Ien.: Iohan. 3.

[1]Atque haec quoque causa est, cur ad baptismum, exemplo apostolorum et primitivae ecclesiae adhibemus etiam infantes. Quia enim certum est, spiritum sanctum per aquam baptismi efficacem velle esse, statuimus tam non impediri spiritus sancti actionem per infantium ἀναισθησίαν, quam nos adulti nostris viribus et sensibus spiritus sancti opus non reddimus perfectius. Extant autem exempla etiam nondum natos in utero materno sanctificatos esse, imo etiam Christi notitiam habuisse. Quia autem certum est spiritum in infantibus immundum esse, propter peccatum, cur invideremus eis sanctificationem, quam Christus cum aqua baptismi promittit, et sine qua salvos eos fieri impossibile est?

Maneat ergo haec sententia rata et firma, quod spiritus sanctus per ministerium ecclesiae, hoc est, per praedicationem evangelii et baptismum contingit. Inde petant eum quotquot potiri eo cupiunt non negligant publicos coetus ubi evangelii vox sonat, adiungant vota sua ad ecclesiae, in nomine Christi congregatae, preces, ac cum audiunt sacras conciones, petant diserte, spiritus sanctus ut eas infigat animis, et digito suo in corda nostra scribat. Sicut Hieremias[2] promittit futurum cum docebitur evangelion, ut inscribatur lex dei in carnem et corda nostra, non ut lex Mosi in dura saxa.

Sed hic et de nostra imbecillitate et insigni dei bonitate, imo ut Paulus dicit, de immensis misericordiae divitiis cogitemus.[3] Induit nos baptismus pura et immaculata veste. Per Christum enim condonatur quicquid in nobis vitiosum est. Sicut autem per lubrica et immunda luto loca qui ambulant, facile aut labuntur aut polluuntur ab iis: Ita saepe excidimus a gratia, et amittimus

1) Infantes baptisandi. 2) Ien.: Hierem. 32. Baptismus.

per peccata contra conscientiam admissa spiritum sanctum. Sic accidit Davidi ideo agnoscens periculum, orat ne tollat dominus spiritum sanctum suum. Hic quoque cavit nobis misericordia divina. Nam per Christum datae sunt ecclesiae claves,[1] ut dubitantes de remissione peccatorum suorum, audiant sententiam Christi, quam pronunciari vult super omnes, qui et dolent de peccatis suis, et iis levari cupiunt. Clavium igitur usus etiam eo pertinet, ut restauretur in nobis donum spiritus sancti, et accendatur extincta per peccatum fides.

[2]Ad hunc modum coena quoque a salvatore nostro instituta est, in qua duae res nobis exhibentur. Primum corpus et sanguis Christi cum pane et vino. Deinde insignis promissio, quae singulis coena utentibus dicit, corpus Christi pro nobis traditum, et sanguinem eius ad remissionem peccatorum nostrorum effusum. De hac promissione ne dubitent animi, singulis coena utentibus, ipsum precium pro peccatis traditum, exhibetur ut tanto statuant et credant certius pro se datum corpus Christi et sanguinem pro peccatis nostris effusum. Haec quoque via est, qua ad remissionem peccatorum patefit aditus, et ad donum spiritus sancti recuperandum, qui amittitur per peccata contra conscientiam admissa. Sicut autem supra diximus, spiritum sanctum non venire solum, sed adducere secum agmen pulcherrimarum virtutum: Ita hic quoque dico, qui cupiunt serio invocare deum, qui cupiunt mortificare carnem, et praestare patientiam in cruce, nec frangi animis, hi sedulo hoc agant, ut verbum studiose audiant, et crebro utantur tum clavibus, tum coena domini. Non enim nuda aut ociosa spectacula sunt, sed instrumenta, per quae spiritus sanctus in nobis est efficax, et sanctificat nos. Qui igitur hisce med

1) Claves. 2) Coena Domini.

utuntur rarius, aut etiam, quod multi faciunt, leviter de toto ministerio sentiunt, hos certum est non bono, sed malo spiritu agi, utcunque pallient factum suum.

[1] Sed pergamus tandem ad ea quae Ioel subiicit de prophetia, somniis, et visionibus revelandis filiis et filiabus, senibus et iuvenibus, servis et ancillis. Primum haec aetatis, conditionum, et sexus discrimina pertinent ad explicandum id, quod in genere supra dixit, effundendum spiritum sanctum super omnem carnem. Non igitur hic erunt discrimina qualia fuerunt in lege, ubi docendi, orandi, sacrificandi munus certis hominibus demandatum fuit, etsi enim ordinis causa, certae personae admittuntur ad gubernationem ecclesiarum, etiam in novo testamento, tamen spiritus sancti donum, sine discrimine contingit omnibus invocantibus nomen domini, sive sint foeminae, sive viri, sive senes, sive iuvenes, sive servi, sive liberi. Recte igitur effundendi verbo utitur propheta ad significandam benignitatem dei, cupientis per filium salvos facere omnes homines, nec tantum liberalis in suum populum, sed in omnes gentes orbis terrarum.

Quod autem attinet ad discrimina donorum, ex lege fere definitiones solent peti. [2] Ibi prophetia significat revelationem de futuris eventibus, tum in politia, tum ecclesia. Hinc prophetae appellati sunt, quibus futuri eventus per spiritum sanctum revelati erant. Summus autem eorum gradus fuit qui Christi cognitionem et regni eius fortunam docebant. Qui vero vel de privatorum hominum vel politiae fortuna vaticinabantur, hi posteriore loco habentur, David et Esaias de Christo habent plurima vaticinia, Esaias autem Monarchi-

---

1) Spiritus sancti donum commune omni aetati et ordini. 2) Prophetia quid.

arum quoque fata ostendit. In regum historiis multorum exempla proponuntur, qui certis hominibus futuros eventus revelant. Sic Ieroboam de regno decem tribuum, Nebucad Nezar de furore et regni amissione admonetur.

[1]Quaeritur autem de modo, quo haec hominibus per spiritum sanctum sunt patefacta. Hic primo omnium meminerimus, quia spiritus sancti beneficio ministerium verbi in ecclesia semper conservatum est, plurimorum animos per ipsum verbum excitatos esse, ut futurum Christi regnum in verbo vocali, tanquam in tabula adumbratum cernerent, et postea clarius, ceu coloribus illustratum, et in bono lumine positum, mundo proponerent. Sic conciones illae dei et sanctorum patrum, quas Moses passim recitat Davidem, Esaiam, Ieremiam, praeclare erudiverunt.

[2]Daniel lectione prophetiae, per Hieremiam revelatae, ut ipse refert, excitatus, cogitat de fine captivitatis, et orans pro reliquiis populi, per angelum edocetur etiam de tempore adventus Christi. Etsi igitur angeli ministerio hoc didicit Daniel, tamen initia, et quasi occasio ex diligenti verbi lectione orta sunt. Et Christus ostendit scrutantibus scripturas revelatum iri mysterium regni coelorum. Hoc igitur primum medium est, quo deus patefecit mysterium fidei, et Christi cognitionem sanctis prophetis.

[3]Esaias legens concionem de semine mulieris contrituro caput serpentis, et de serpente arrepturo calcaneum seminis ipsa diligenti cogitatione de his rebus, per spiritum sanctum accepit illud lumen, ut de morte et passione Christi sic diserte

1) Quomodo revelationes prophetis sint factae I. Per verbum. 2) Daniel quomodo venerit ad futurorum cognitionem. 3) Unde Esaias habuerit cognitionem de Christo.

vaticinaretur, et ostenderet simul eum natura deum esse. Nam Satanam vincere non est hominis, sentire autem morsum serpentis, est hominis, non dei.

[1]David eandem prophetiam legens, per spiritum sanctum admonitus, etiam vidit hoc semen esse dei filium, ideo dominum appellat Psal. 110. In secundo[2] autem diserte ex deo natum, et aeternum ostendit.

Esaias quoque legens vaticinium Iacob,[3] quod deficiente sceptro et prophetia Christus venturus esset, vidit ex radice Iesse, tanquam ex emortuo stipite enasciturum virgultum seu frondem filium dei, etsi autem, quod ad Christi regnum attinet omnia impleta sint, tamen ad diligentem scripturae lectionem nos exhortari haec debebant. Videmus enim diligenti cogitatione, et pia meditatione haec illustriora fieri, non quod ea nostra sit sagacitas, sed quod spiritus sanctus verbo ceu organo utitur, per quod accendit et movet corda.

[4]Alius revelationis modus est per Angelos, sicut constat Danielem de tempore Messiae, quo filius dei nascendus erat, edoctum esse.

Sicut autem quaedam novi testamenti historiae clarius exponunt, angeli non semper humana forma praebuerunt se videndos, sicut viderunt angelos Gedeon, Manoha, et alii, nec semper locuti sunt angeli humana voce, sicut ad Mariam, sed per somnia et visiones ostenderunt futura.[5] Nam ista somnia fatidica, non humanum quiddam aut fortuitum sunt, sed immittuntur per angelos bonos sic moventes sensus, sicut certum est malos angelos esse instructores turpium et terribilium somnium. Vocantur autem somnia quoque visiones

1) Davidis vaticinia Psal. 110. 2) Ien.: Psal. 2. 3) Ien.: Gene. 49. 4) II. Per angelorum ministerium. 5) III. Somnia et visiones per angelos.

aliquando, cum scilicet, imagines futurorum eventuum proponuntur.[1] Sicut Nabucad Nezar videt arborem, pincerna Aegyptius videt se tenere uvas, et porrigere regi. Proprie tamen visiones dicuntur, cum non dormientibus, sed vigilantibus obiiciuntur quaedam imagines de futuris, sicut Daniel vigilans videt arietem ad aquam, etc. Ad hunc modum etsi prophetia, somnium, visio, distinctae res sunt, tamen idem omnium est finis, ut per haec de futuris eventibus deus doceat.

Quae igitur, inquies, somniorum, visionum et prophetiae erit utilitas, cum spiritus sanctus missus est? Aut quid tantopere opus est somniis et visionibus? Num restat aliquid quod ad regnum Christi attinet, quod revelandum sit? Hoc papistis sane gratum esset commentum, qui impudenter asserunt, non omnia prodita literis sacris quae ad salutem sint necessaria. Anabaptistae quoque somniant novas revelationes. Ac olim in quibusdam monasteriis ea superstitio fuit, ut iudicarent omnia somnia consignanda literis, et pro revelationibus habenda.

[2]Sed propheta ipse satis se explicat, cum de servis et ancillis commemorat spiritum domini in eos effundendum. Non enim novas revelationes per somnia et visiones, sed simpliciter ipsum donum spiritus sancti purificantis fide corda, et gubernantis animos significat. Hoc donum vere huius temporis in novo testamento est. Etsi enim etiam posterioribus temporibus non desunt prophetiae seu vaticiniorum donum, tamen id longe infra hoc donum collocandum est, de quo propheta hic commemorat. [3]Vera enim cognitio filii dei affert cognitionem patris, affert remissionem pecca-

---

1) Visiones. 2) Cur Ioel promittat somnia et visiones in novo testamento. 3) Revelatio novi testamenti propria.

torum, affert gubernationem, ne cedamus tentationi, neve dominetur nobis peccatum, affert in summa ipsam vitam aeternam. [1]Cum prophetiae donum de futuris eventibus etiam possit esse apud malos, sicut Bileam, et ille Iudae propheta qui regi Ieroboam praedicit de Iosia, et postea laceratur a leonibus. [2]Quin ipse Satan ex instructione causarum, quas videt, saepe praedicit futura. Hoc autem donum quod hic promittitur, eiusmodi est, ut certo afferat aeternam vitam. Ideo tam magnifice commendatur. Quid enim alia dona omnia ad hoc sunt quod ipse dei spiritus, aeternus deus, descendit in nostros animos, imo in corpora nostra, inque nobis habitat, nos regit et gubernat. Sicut Paulus clare dicit, 1. Corinth. 6.[3] Nescitis quod corpora vestra sunt templa spiritus dei, qui est in vobis? Quod igitur ad praesentem prophetae locum attinet, unum sunt prophetia, visio, somnia, nempe cognitio dei per Christum, quam spiritus sanctus per verbum evangelii lucere facit.

Et dabo prodigia in coelis, et in terra, sanguinem, et ignem, et columnas nubis. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniet dies Domini magnus et terribilis.

[4]De his signis varie disputatur, quando acciderint, praecesserint ne glorificationem Christi,[5] an vero sint ea signa, quae praecesserunt vastationem gentis Iudaicae, quidam etiam ad signa ultimi diei referunt, siquidem dies quem praecessura sunt magnus et terribilis appellatur. Sed nos tutissime sequimur apostoli auctoritatem, qui non tantum allegat, quae de missione spiritus

1) Donum prophetiae habent enim mali. 2) Satanae praedictiones quales. 3) Ien.: 1. Cor. 6. 4) De quibus signis Ioel vaticinetur. 5) Ien.: Iohan. 16.

sancti Ioel praedicit, sed etiam haec ipsa signa citat, ac ostendit iam ante missionem spiritus sancti haec signa accidisse.

Sed duplex hic nascitur questio. Prima qualia haec sint signa. Altera cur dies missionis spiritus sancti vocetur terribilis cum potius plena gaudii et salutis sit. De prima respondeo, omnino iudicare me haec signa quae allegat Ioel esse eadem quae ab evangelistis commemorantur facta sub passionem salvatoris. [1]Portentosa fuit ecclipsis solis in ipso plenilunii die, quae ita involvit caligine omnia, ac si late diffusus fumus impediret oculos, ne in vicino posita possent conspici. [2]Ac ipse propheta ad hunc modum se explicat, cum addit de sole obtenebrato, et luna referente sanguinis speciem. At, inquies, evangelistae lunae non meminerunt, et fuit ea interdiu sub terra, ne possit conspici. Respondeo. Noctu conspecta est integra, et quid mirum, si in ea quoque apparuerunt tristes notae, sicut in sole, nam prophetae hoc asserenti credendum est, etsi evangelistae nihil de luna meminerunt. Meminerunt autem terraemotus, et apertionis sepulchrorum, quae Ioel ostendit cum de portentis in terra loquitur. [3]Ignem quidam exponunt de igneo solis colore, quem non nunquam induit. Qualem vidimus hoc ipso anno 47. toto triduo antequam illustrissimus Saxoniae elector a Carolo Caesare in praelio captus est. Ac multi in ea sunt sententia, futurum ecclesiae luctum hoc modo significatum, quae sub finem mundi gravissime concutienda est variis persecutionum modis, Christo teste. Alii, ut Hieronymus, exponunt de lingnis igneis, seu flammis coruscantibus in pentecostes die, per quas se spiritus sanctus revelavit. Sicut Ioannes quoque praedicit, Christum

1) Ed.: Ecclepsis in passione domini. Vuitt. et Ien.: Ecclipsis sqq. 2) Lunae signa. 3) Ignis.

baptizaturum igni. Hanc sententiam qui repudiant, quod inter privatos parietes, et non in publico haec sint gesta, illi quaerant commodiorem expositionem, dummodo prophetae sua constet auctoritas, inter signa illa etiam fuisse ignem, non usitatum, sed portentosum.

Illud explicatione dignius est, si haec signa diem domini praecesserunt, quo per missionem spiritus sancti, et praedicationem evangelii in die Pentecostes Christus in mundo coepit innotescere, cur tam laeta dies vocatur terribilis. Non enim ira dei, sicut per legem, sed gratia et misericordia per evangelion patefacta est, et allati ad nos inaestimabiles illi thesauri, remissio peccatorum, iustitia, liberatio a tyrannide Satanae cum certa spe vitae aeternae. Haec ne formidabilia sunt? an non potius summis expetenda votis?

Respondeo.[1] Formidabilis et terribilis vocatur haec dies, non propter credentes, quibus vere est, ut Esaias appellat cap. 49.[2] tempus acceptabile et salutis dies, et ut Ioel dicit, magnus, in quo deus patefecit magnitudinem potentiae et misericordiae suae, erga totum genus humanum, sed propter eos qui non credunt, et propter Satanam. His enim est dies aeterni iudicii, et nunquam finiendae damnationis, sicut Christus dicit,[3] qui non crediderit, condemnabitur. Item, verbum meum iudicabit eos qui non credunt. Sicut enim qui in Christum credunt, remissionem peccatorum accipiunt: Ita iis, qui non credunt, retinentur peccata.

Et erit, omnis qui invocaverit nomen domini salvabitur. Quoniam in monte Zion, et in Hierusalem erit salvatio,

---

1) Dies domini cur terribilis dicitur. 2) Ien.: [E]saiae 49. 3) Ien.: Marci 16.

sicut dixit dominus, et reliquiis, quas vocat dominus.

[1]Dixit propheta de horribili die, in qua ira dei revelabitur de coelo super omnem impietatem. Hic autem promittit liberationem seu evasionem, non corporalem, sed ab illa aeterna ira.[2] Vocabulum malet admodum significans est, Paulus exponit per salvandi verbum, Romanorum 10.[3] Includit autem periculum praesens et magnum. Sicut enim cum acie dimicatur, et victor late grassatur ferro, in tanto discrimine qui evadit dicitur hanimlat Psalmus 124.[4] utitur similitudine aviculae, quae praeter opinionem rupto laqueo aufugit et salvatur, ea avis etiam appellatur hanimlat quasi dicas, evadens, erepta, liberata, bis enim hoc verbo Psalmus utitur. Ita hoc in loco propheta, cum dicit salvabitur, proponit commune omnium periculum. Arguit enim spiritus sanctus mundum de peccato. Et ut Paulus inquit,[5] revelatur ira dei de coelo contra omnem impietatem et iniustitiam hominum veritatem in iniustitia detinentium. Et tamen promittit propheta futurum, ut quidam hoc periculum aeternae damnationis effugiant et salventur per invocationem.

Magna sane promisso quae excitare animos nostros ad diligens studium debebat. Quid enim sunt aliae, vel artes, vel scientiae ad hanc, quae docet evasionem ex aeterna morte et iudicio dei? Vel ad existimationem, vel ad opes comparandas, et hanc corporalem vitam commodius degendam faciunt aliae. Sed haec aeterna bona affert, et sola hanc vitam alioqui acerbam et periculorum plenissimam iucundam facit. Quid enim obiic

1) Ien.: Promittit liberationem ab aeterna ira
2) Verbum salvandi. 3) Ien.: Rom. 8. 4) Ien.: Psal. 124
5) Rom. 1.

in hac vita tam triste potest, quod non mitiget certa spes remissionis peccatorum, et vitae aeternae? Habet autem infinitos haec ars professores.[1] Quam enim invenies gentem, imo, quem invenies hominem, qui non sibi somniet certam huius summi boni cognitionem? Turcae, si cum Alcorani institutis coniungant disciplinam externam, se salutem consecuturos sperant. Iudaei, si circumcisi servent quae a Mose sunt mandata. pollicentur sibi salutem. Pontificius sacrificulus ex missa, Monachus ex voto et statutis suis spem gratiae et vitae aeternae concipit, vulgus denique institutum a Pontificiis mille formas cultuum habet, in quos spem salutis ponit.

[2]Sed omnes hi misere errant, et dum salutis viam se insistere putant, recta praecipitantur in exitium. Nam confer opiniones istas cum sententia Ioelis. Promittit salvationem non ex corporis periculis, sed ex morte et peccatis, et tamen non meminit ullius cultus aut operis legalis, sancta et divinitus praecepta sunt illa de honore parentum, de non occidendo, de non violanda coniugii fide, de furto cavendo etc. et tamen nullius horum meminit Ioel. Etsi igitur sancta et bona haec sunt opera, sunt enim divinitus mandata, non tamen eo valent, ut per ea salvemur a morte et peccatis. Una et vera ac certa evadendi ratio est, sicut Ioel clare dicit, invocare domini nomen, hoc qui faciunt salvantur. Alii omnes, quoscunque illi cultus, quaecunque sequantur opera, si invocatio haec non adsit, salvari non possunt, sed in morte et peccatis manent et pereunt. Iudaeum non salvat diligens observatio [le]gis, Papistam non solicitant exquisiti cultus, sola [in]vocatio servat.

1) Ed. et Vuitt.: Professores de vita aeterna con[seq]uenda infiniti. 2) Vera via ad salutem.

[1]Non autem existimabis invocationem esse nudam appellationem nominis dei, hanc si spectes totus mundus plenus erit invocantibus domini nomen. Non Iudaeus, non Turca, non monachus invenitur qui non multum, et serio invocet, praesertim constitutus in periculis. Sed revera, ut ut haec sint, nullum inter omnia opera invocatione vera rarius est. Id ut intelligi possit definitio vera quaerenda est. Hanc autem non petes ex Sophistarum scholis, Paulum fide dignum testem adhibeto, qui hanc ipsam prophetae sententiam et citat et egregie explicat, Rom. 10.[2] Non inquit est differentia Iudaei et Graeci. Idem enim dominus omnium, dives in omnes invocantes ipsum.[3] Omnis enim qui invocaverit nomen domini salvabitur. Quomodo autem invocabunt, in quem non crediderunt? Quomodo autem credent, quem non audiverunt? Quomodo autem audient si non sit praedicator? Quomodo autem praedicabunt nisi fuerunt missi,[4] sicut scriptum est: quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona etc. Haec est pulcherrima et eruditissima huius sententiae explicatio, qua ostendit Paulus, quid sit vera invocatio, cui Ioel salutem ex morte et peccatis tribuit.

Imperitus aliquis sacrarum rerum cogitabit, invocationem esse opus secundi praecepti, ac mirabitur, cur huic operi secundi praecepti tribuatur salus, et non potius, vel primo praecepto, quod fidem et timorem exigit, vel integro decalogo. Sed Paulus eruditissime respondet, invocationem pendere ex fide, fidem autem ex verbo, ac constituit hanc definitionem invocationis.[5] Invocare nomen domini est, cum audis primum evàngelion de fili

1) Invocatio vera rarissimum opus. 2) Ien.: Rom 10. 3) Invocationis definitio apud Paulum Rom. 1(4) Ien.: Esaiae 52. 5) Invocatio, quid sit.

dei, ac vera fide amplecteris promissionem, et postea fiducia promissionis in evangelio proposita, invocas deum, ut propter Christum te contra peccatum, mortem et Satanam defendat ac liberet. Ad hunc modum qui invocat, is vere invocat et certo salvatur.

[1]Non igitur invocatio est nuda appellatio nominis domini, quam etiam Turcae, Iudaei, Papistae usurpant, complectitur res longe maximas, ut humili corde audias evangelion et primo baptismum, deinde etiam sacrosanctam coenam non negligas. Haec enim quia habent evangelii promissionem adiunctam, non possunt sine periculo salutis negligi aut contemni, et ut clarius quod dicam sentio, fides existere omnino sine his non potest.[2] Fides enim nititur verbo, verbum autem remissionis peccatorum inclusit quasi deus in haec mysteria, baptismum et coenam. Baptismus habet promissionem: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Caena hanc habet promissionem: quod corpus Christi pro nobis traditum, et sanguis eius in remissionem peccatorum nostrorum effusus sit. Cum hac promissione ipsae res, de quibus promissio loquitur, nempe corpus et sanguis Christi cum pane et vino nobis exhibentur, ut tanto firmius niti promissione corda possint. Scelerate igitur agunt, qui docent, tantum panem et vinum in coena exhiberi. Hoc primum est, quod invocatio requirit, ut verbum audias et sacramentis utaris. Quomodo igitur invocare deum possunt Turcae et Iudaei, qui verbum non habent et sacramenta rident? Quomodo invocare deum possunt papistae, qui etiam persequuntur verbum 'erum sacramentorum usum damnant?

1) Invocatio requirit verbum et sacramenta. 2) Sa- ienta necessaria ad remissionem peccatorum.

[1]Sed non satis est audire verbum et uti sacramentis, fide audiri verbum oportet, et in fide sacramenta debent accipi.[2] Est autem fides certa fiducia, qua statuimus deum per Christum placatum et condonare gratis peccata et adoptare nos in filios et haeredes aeternae vitae. Hanc fidem cum papistae prorsus nesciant (credere enim eis aliud nihil significat, quam professionem seu notitiam historiae) quomodo invocare nomen domini possunt?

Tertium est, ut animus confisus misericordia dei se aperiat,[3] et viva voce ac ardentibus votis expetat liberationem. Hae invocationis verae, ut sic dicam, conditiones recte consideratae ostendunt, nullum cultum vera invocatione esse rariorem, eumque nonnisi in vera ecclesia inveniri. Dei nomen quidem appellatur ab omnibus, sed alii, ut Turcae verbo et sacramentis carent. Alii, ut papistae, verbum oderunt et persequuntur, sacramentis autem sine fide utuntur ac si ex opere operato prosint utentibus. Certum igitur est, neutros nomen domini invocare, sed potius in vanum assumere et afficere contumelia. Sicut in psalmo de persecutoribus Iudaeis dicitur[4]: oratio eorum vertatur in peccatum. Sicut enim, qui vere invocant nomen domini, salvantur et sentiunt orationis fructum aeternum, ita, qui sine fide invocant, cumulant peccata et exitium suum properant.

[5]Sed cur prophetae non satis est dicere: Qui invocaverit dominum? Quare addit: Qui invocaverit nomen domini, seu ut Hebraeus loquitur: In nomine domini? Sane statuamus, neutiquam temere hoc factum, sed certo consilio. Nome[n]

---

1) Invocatio requirit fidem. 2) Fides quid. 3) Turcae, Iudaei, Papistae non possunt orare. 4) Ien.: Psa 109. 5) In nomine domini invocare quid.

fere accipitur pro notitia, qua agnoscimus alios. Nota enim nominis discernuntur inter se tum homines, tum res omnes. Cum audis Pauli nomen intelligis alium doctorem esse, quam fuerit Augustinus aut Hieronymus.[1] Sic nomen dei aliud nihil est quam ipsum verbum. Nam per verbum patefecit se deus, nosque deum quasi nosse per verbum incipimus, quem, si absque verbo esset nunquam possemus noscere, sicut Ioannes dicit[2]: Deum nemo vidit unquam, filius, qui in sinu patris est, enarravit nobis. Invocare igitur in nomine domini seu invocare nomen domini est invocare deum fiducia promissionis quam filius dei de coelo ad nos attulit.[3] Qui igitur quoque λόγος seu verbum appellatur, item imago dei, quod in Christo se patefacit deus, quo erga nos sit animo, quod non (ut in lege pingitur) oderit nos, sed diligat, et liberatos a peccatis per filium velit salvare. Ideo enim mittit filium suum.

[4]Particula universalis hic neutiquam negligenda est, quae Paulum praecipue, ut hunc locum allegaret, movit. Quia enim statuit nullam esse differentiam inter gentilem et Iudaeum, siquidem deus dives est in omnes qui ipsum invocant, prophetae testimonio admodum in loco est usus. Notum autem est, quoties de gentium vocatione dicitur, praedicari misericordiam dei, qui legis accusationem et onus tollit, et ex gratia non ex merito per Christum nobiscum agit.

[5]Montis Zion meminit, ut ostendat locum, in quo laeta haec gratiae seu evangelii vox primo sonabit. Diximus autem alibi cur, cum de regno Christi loquuntur prophetae potius Zionis, quam mpli mentionem faciant. Templum enim cum

1) Nomen dei quid. 2) Ien.: Iohan. 1. 3) Christus cur verbum patris vocetur. 4) Omnes debent invocare. Mons Zion.

suis cultibus erat abolendum post sacrificium filii dei, Zion autem Davidis arx fuit, cuius cum filius sit Christus, hanc patris sedem tenere debuit, et regnare in hoc populo, sic tamen ut regnum eius non sit de hoc mundo, et ipse mons Zion impleat totum orbem terrarum, Esa. 2.[1] Hoc cum Iudaei nesciant, nullam promissionem vere possunt intelligere, et sicut propheta hic clare docet ad iustitiam et salutem venire non possunt. Certum enim ex hoc loco est, extra ecclesiam non esse salutem,[2] id quod diligenter notabis contra fiduciam operum et virium humanarum praesumptionem.

Et in reliquiis quas dominus vocat.

Coniungenda haec particula erat cum sequentibus. Hic enim incipit vaticinium de vocatione gentium, itaque paulo post explicabitur a nobis.

Quia ecce in diebus illis, et in tempore illo, quando convertam captivitatem Iuda et Ierusalem, congregabo omnes gentes et descendere eos faciam in vallem iudicii dei, et iudicabo ibi de eis, propter populum meum, et haereditatem meam Israel, quam disperserunt inter gentes et terram meam diviserunt et super populum meum proiecerunt sortem et dederunt pueros pro cibo, et puellas vendiderent pro vino et biberunt.

Hic locus ab interpretibus omnibus, quorum quidem scripta extant, involutus magis quam explicatus est. De Iudaeis nihil dico, qui, quod vallis Iosaphat propheta meminit, ad historiam 2. Paralip. 20. hunc locum accommodant. Nostr

---

1) Ien.: Esaiae 2. 2) Extra ecclesiam non es salus.

autem aut ad vastationem synagogae, aut ad ultimum diem omnia referunt. Sed legenti facile apparet, neque cohaerentia, nec apta ab eis dici. Ac sane quid eos impediverit, quominus quod verum est cernerent, ipsi ostendunt. Omnes enim in eundem impingunt scopulum, et intelligunt gentes ad iudicium poenae colligendas. Ac sane iudicii vocabulum apud nos atrocius sonat quam apud Hebraeos.[1] Quia autem accedunt illae figurae tristiores de vendendis gentibus, de expromendis falcibus, quod malitia invaluerit, omnes in eam sententiam delabuntur, ut prophetam de iudicio irae intelligant, quanquam quod ad tempus attinet variant, siquidem alii exponunt iudicium, vastationem per Romanos factam, alii ultimum diem.

Sed diligentius intuenti prophetam ipsa orationis series sententiam ostendit. Postquam enim propheta dixit, salutem in monte Zion et Hierusalem futuram, facit mentionem quorundam aliorum qui salvantur, etsi in monte Zion et Hierusalem non sint. Et in reliquiis, inquit, salvatio erit, quos dominus vocat. Hic primo clarum est, hos, quos vocat Scharadim reliquias discerni a Zionitis seu Iudaeis etiam ipsa vocatione. [2]Nam Iudaeis promissio de semine facta est. Sicut autem in parabola evangelii, postquam Iudaei venire ad nuptias et ad coenam recusant, servus mittitur novo mandato ad illos, qui extra civitatem in compitis habitabant: ita hic dicit propheta futurum, ut dominus alios quoque vocet extra ecclesiam, ut colligantur ad ecclesiam et ipsi quoque salventur. Ita sine dubio haec particula ad gentes pertinet.

Quae autem subiungit propheta: Quia ecce in

---

1) Occasio cur in hoc loco hallucinati sint interpretes. 2) Discrimen Iudaeorum et gentium.

diebus illis etc. ea sunt quasi explicatio brevis huius dicti de vocatione gentium. Ostendit enim quomodo et quo tempore haec gentium vocatio sit expectanda.[1] Ita cohaerere sententiam pulchre vides, si hanc totam prophetiam ad iudicium gratiae referas non ad iudicium irae. Diserte enim dicit vocandas gentes in vallem ad domini iudicium, hoc enim significat vox Iosaphat, quae hoc loco non proprie sed appellative significat. Hominum enim hoc iudicium est, ut peccata sequantur suae poenae. Hoc enim non solum lex Mosi, sed ipsa quoque ratio dictat. Sed domini iudicium aliud est, iudicantis per evangelium suum et condonantis propter Christum peccata credentibus, et donantis spiritum sanctum et vitam aeternam. Hoc est domini iudicium, de quo hoc in loco propheta suavissime concionatur. Primum, peccata gentium commemorat, addit postea de poena, quod vicissim sint vendendae per Iudaeos Sabaeis.[2] Tertio hortatur doctores ecclesiarum, ut tanquam in ubere messe strenue laborent in vinea domini. Ultimo addit amplissimas promissiones, quibus ecclesiam in hac vita subiectam cruci (nam sanguinis meminit) consolatur. Ad hunc modum tota orationis series pulchre inter se consentit, quam interpretes tum veteres tum recentiores sic involverunt, ut ipsos sequenti impossibile sit veram sententiam deprehendere. Sed nunc ordine explicabimus textum.

[3]Conversio captivitatis Iudae et Hierusalem aliud nihil est, quam evangelii doctrina, quae affert ad nos remissionem peccatorum, iustitiam et vitam aeternam.[4] Nam ante evangelii cognitionem tenemur propter peccata sub tyrannide Satanae

---

1) Iudicium de quo Ioel loquitur quale. 2) Summ sequentis concionis. 3) Conversio captivitatis Iuda 4) Captivitas generis humani.

mortis, nec ulla in nobis est vis, qua tanta haec mala aut sustineamus aut penitus tollamus, sed animi perpetuo exerceantur metu irae et iudicii dei. Evangelion autem vera medicina est, qua malum hoc tollitur.

Proponit enim filium dei luentem poenas nostrorum peccatorum, et ostendit deum amare nos propter hanc victimam; confert denique spiritum sanctum, qui accendit in cordibus fidem atque hoc modo purificat et sanctificat nos. Nam fide peccata condonantur et spiritus nostros animos excitat, ne se praebeant servos peccato, sed ei dominentur ac mortificent carnem. Ad hunc modum convertitur captivitas. Satan enim etsi solicitare nos nunquam desinit, tamen non ut gubernator, seu dominus cogere nos potest, spiritus dei in nobis resistit eius conatibus, etsi nonnunquam per infirmitatem labimur, tamen iterum erigimur per poenitentiam et fidem in Christum, ne in peccatis pereamus.

Cum hoc apud Iudaeos per evangelii doctrinam coeperit, ut liberi sint a tyrannide Satanae, peccati et mortis per filium dei factum pro nobis victimam, tum, inquit, colligam omnes gentes et deducam eos in vallem ad iudicium domini. Vallis Iosaphat admodum celebris est, etiam apud veteres interpretes, qui eam ultimi iudicii locum esse affirmant. Sed, ut supra dixi, ipsa rerum series, quae a propheta pertexitur aliud ostendit. [1]Vallis igitur appellatione propheta ideo voluit uti, quod haec dimicantibus acie incommoda sit. Nam in patentibus campis rectius pugnatur, ubi explicari acies potest. Cum e contra in angustum coactae piae non solum sunt inutiles, sed ipsae se impediunt. Vallis itaque significat locum magnae multitudini incommodum et iniquum, ac pertinet

1) Cur vallis propheta meminit.

ad conscientiae dolorem et angustias pingendas, conspicientis indignitatem et peccata sua. In hanc vallem cum gentes coactae sunt, hoc est, cum spiritus sanctus per evangelion mundum arguit de peccato, de iustitia et iudicio. Cum sentiunt animi peccati onus, cum desperant de iustitia et contra iudicium dei se tueri non possunt, tum dominus, inquit propheta, iudicabit, non irae iudicium, quo damnantur peccata, sed gratiae, quo remittuntur peccata. [1]Evangelion enim sic territas mentes consolatur, quod filius dei sit factus victima pro peccatis et sua morte nobis reconciliaverit patrem etc.

Sed huius beneficii tam ampli quae sunt causae seu merita? Nulla prorsus, sed potius demerita ingentia, quae aeterna mors debebat sequi. Benignus autem et misericors deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. [2]Commemorat autem demerita seu peccata illa gentium propheta, quod dissipaverint populum dei, quod diviserint sibi terram dei, quod vendiderint pueros pro cibo et puellas pro vino. Hic primum observa pronomen: Meum populum, meam terram. Fuit enim hic populus dei peculium, qui solus habuit oracula dei, promissiones et cultum. Et tamen hunc suum populum abripi dominus passus est et occupari terram eius. Cur hoc? Quia peccaverant contemnendo verbum et prophetas.[3] Haec causa praecipua est turbationis et eversionis imperiorum. Itaque non miremur hodie quoque moveri inusitatis turbis Germaniam. Nos qui retinemus evangelion non sic viximus, ut poenas nullas metuere possimus. Quanta enim, ut reliqua peccata taceam, erga ministros verbi omnium ingratitudo est? quantus contemptus? [4]Istam autem episcorum idololatriam

1) Iudicium domini. 2) Deus male meritis bene facit
3) Causa mutationis imperiorum. 4) Germania poenis matura

urgentium horribilem pertinaciam, quomodo potest deus tolerare diutius? Discamus igitur, admoniti exemplo populi dei, ferre communes illas calamitates patienter et diligenti emendatione vitae praecidamus tantorum peccatorum poenas. Si enim, ut in propheta est, poenituerit nos peccatorum nostrorum, etiam dominum poenitebit poenae, quam decrevit irrogare.

De venditis pueris pro cibo et puellis pro vino insignis figura est, qua furorem adversariorum ecclesiae pingit. Ac si dicas hodie, sic pontificios odio esse incensos contra nos, ut non dubitent pro potu vini iugulare evangelii professorem; sic gentibus nihil gratius, nec facilius fuit, quam stringere gladium in Iudaeos. Tam acerbum odium non nascitur in animis hominum, sed instillatur a Satana.

Et quid vobis mecum Zor et Zidon, et omnes termini Philistinorum? Num vos retributionem mihi reddetis? Etsi retribuitis vos mihi, facile est, velociter ut convertam ritributionem vestram in caput vestrum, qui argentum meum et aurum meum accepistis et desiderabilia mea, et bona adduxistis in templa vestra, et filios Iuda et filios Hierusalem vendidistis filiis Iavan, ut procul eos amoveretis de terminis ipsorum.

[1]Dixit de gentibus propheta, a quibus Israel vastatus est, hic de vicinis loquitur et exprobrat eis iniurias illatas suo populo, hi enim per occasionem carpebant Iudaeos et affligebant eos varie. ommemorat autem duplex incommodum, quod ɔoliarint Iudaeos argento, auro, et aliis praeciosis

---

1) Ien.: Exprobrat gentibus vicinis iniurias suo ɔpulo illatas et pollicetur compensationem.

rebus, quibus idola sua postea ornarunt. Deinde quod vendiderint Iudaeos Graecis, ut procul deportatis spem reditus omnem praeciderent. Haec, inquit dominus, mihi fecistis, sine omni iusta causa, non provocati aut lacessiti a meis. Retribuam igitur vobis, non quidem eo modo quo homines irati solent, qui malum malo pensant, sed meo modo. Congregati enim estis ad domini iudicium. Itaque non retaliabo malum, sed pro malo bonum reddam, et vendam ego vos quoque per meos, non in aspera et inhospita loca, sed faciam Sabaeorum cives, etc.

[1] Est igitur hoc caput aliud nihil quam commendatio gratiae insignis, quanquam obscurius proposita. Reservari enim filio dei hanc gloriam oportuit, clare et perspicue ut ecclesiam doceret de misericordia aeterni patris. Adhibendae igitur huc sunt insignes parabolae, quae in evangelii historia a filio dei recitantur,[2] de patre familias, item de rege vocante ad coenam et nuptias, sine discrimine omnes, de pastore quaerente ovem perditam, de homine divite condonante servo suo debitum decem milium pondo, de usurario condonante omnibus sua debita, de patrefamilias parem mercedem impariter laborantibus distribuente, etsi qua similia sunt quibus commendatur gratia dei, ignoscentis propter filium peccata, et adoptantis nos.

Atque hic patet causa obscuritatis, quae, ut antea dixi, imposuit fere omnibus interpretibus. Iudicii nomen atrox est, et quia manifesta commemoratio peccatorum hoc loco est, quae a gentibus admissa sunt, ratio aliud colligere non potest, quam secuturas certas poenas, et ostendunt exem-

---

1) Ien.: Commendatio gratiae hoc capite. 2) Ien. Lucae 14. Matth. 22. Lucae 15. Matth. 18. Lucae 7 Matth. 20.

pla, deum exegisse semper severas poenas ab ecclesiae hostibus, sicut de his ipsis rebus publicis, quarum hic propheta meminit, in Esaia, Ieremia, et Ezechiele dura vaticinia extant. Ac sane legis sententia neutiquam vana est, quae minatur etiam tertiae et quartae generationi. Parabola quoque nota est,[1] in qua servo debenti decem talentorum milia, pater familias minatur futurum, ut et ipse et uxor, et liberi, ac quicquid possidebat, vendantur. Ad hanc legis sententiam praesentem quoque locum accommodarunt interpretes, sed fefellit eos discrimen legis et evangelii. Lex ostendit quid exigat deus, et minatur poenas transgressoribus. Evangelion autem gratiae doctrina est, quae docet de operibus a filio dei susceptis, et perfectis, ac promittit credentibus in eum remissionem peccatorum.

[2]Igitur iudicium dei duplex est, alterum legis, quod iam inde a condito usque mundo exercuit deus, et exercebit quoque in finem usque contra impoenitentes, ut puniat certa peccata certis poenis. Ac in ipsa quoque ecclesia hoc iudicium cernitur, sicut Petrus inquit,[3] iudicium a domo dei incipit. Nam et sancti in tanta carnis imbecillitate saeveritate quadam opus habent, et ut cohibeatur licentia, et ne securi persistant in peccatis. Sic adulterium Davidis punitum est. De hoc iudicio propheta hoc in loco nihil agit. Instituit enim concionem de evangelio, ac loquitur de alio iudicio quam legis est, per evangelion enim accusatur quidem peccatum, sed in Christum credentibus remittitur, idque ideo, quia regnum dei sine remissione peccatorum non potest consistere.[4] ut enim ecclesiam nullam habebit deus, aut ›ccata ut condonet necesse est. Est enim tota

1) Ien.: Matth. 18. 2) Duplex dei iudicium. Legis. 3) Ien.: 1. Pet. 4. 4) II. Evangelii.

haec natura peccato sic corrupta, ut nisi eam remissione peccatorum sanet deus, regnum dei videre non possit. Sonante igitur evangelii voce, sic iudicatur mundus, ut credentibus peccata condonentur per filium dei. Interim legis quoque iudicium suum locum habet, ut frangantur animi securi, et humilientur ac avidius quoque amplectantur gratiam. Sic illa atrox patrisfamilias sententia de vendendo servo, et omnibus quae habet, cogit eum, ut roget de mitigatione poenae patientiam, inquit,[1] mecum habe, et reddam tibi omnia. Sic illarum ipsarum poenarum, quas infligit deus, finis est, ut agnoscentes peccata emendentur, et confugiant ad misericordiam dei. Ac in Esaia graviter conqueritur dominus de pertinacia synagogae quod ne quidem plagis sanari possit, beneficiis autem reddatur obstinatior.

Quod igitur ad Ioelem attinet, commemorat gentium peccata, et dicit, iudicaturum dominum, sed iudicium non legis, sed evangelii, hoc est, quod non damnet propter peccata, sed a pectis [sic!] et poenis aeternis credentes absolvat, ut sibi inter gentes quoque ecclesiam constituat, sed haec in sequentibus explicabimus clarius.

[2]Dixi autem supra ecclesiae imaginem hic proponi, quae diripitur a gentibus et vicinis. Ac sane magnus et insignis contemptus notatur, cum dicit, pro esca pueros, et puellas pro vino venditas, ac si hodie dicas, tanto in odio nos esse apud Pontificios, ut tam cupide nos iugulent, quam vini poculum bibunt. De vicinis autem dicit, direptum aurum et argentum, ac praeda hac ornata gentium templa. [3]Hoc quoque Pontificiorum peccatum est, aurum enim et quicquid praeciosun fuit extorserunt a suis, et idola sua ornarunt

---

1) Ien.: Matth. 18, 2) Ecclesiae imago proposita 3) Pontificii ecclesias spoliant.

Nam opes istae conferendae erant ad alendos pauperes, ad conservanda studia, et scholas constituendas. Sed luxus et libidinum alimenta fuerunt, et adhuc hodie sunt, nec id solum, sed ad idololatriam ornandam, ac delendam pietatem conferuntur. Meminerimus autem deum retributurum eis, non quidem ut hic de Zor et Zidone dicitur, quae fuit retributio gratiae. Hanc quoque per multos iam annos adversariis nostris obtulit dominus per verbum suum, sed sine fructu aliquo, persistunt enim in odio verbi et verae pietatis. Igitur restat retributio legis, qualem Zor et Zidon ante tempus invulgati evangelii tulerunt. Commendatur Tyrus maxime apud Ezechielem propter potentiam, sed non potuit arcere meritas poenas, periit, et quidem misere, ita ut totos septuaginta annos iaceret deserta. Sed durius fatum manet Pontificios.

Ecce ego excito eos de loco in quem vendidistis eos, et convertam retributionem vestram in caput vestrum, et vendam filios vestros et filias vestras per manum filiorum Iuda, et vendent eos Sabaeis genti longinquae, quoniam dominus dixit.

Hic iudicium exponit de quo supra dixit. Admonui autem non intelligendum prophetam de retributione legali, seu qua nos homines inter nos solemus uti, cum pensamus peccata suis poenis, sed de retributione evangelii seu gratiae, qua condonantur peccata, et donatur spiritus sanctus. Atque haec sententia ut probetur esse vera, nemo sanus negabit filios Iuda, de quibus Ioel hic quitur, esse veram ecclesiam, quae coepit in pulo dei, per evangelion Christi, et donum iritus sancti accepit. [1]Palam autem est ecclesiam

1) Quomodo gentes vendantur a reliquiis Israel.

nulla corporali vi grassaturam contra suos hostes, sed potius ipsam in hac vita iniustam vim passuram. Quod igitur Ioel dicit de gentibus per manum filiorum Iuda vendendis, omnino allegoricum est. Sicut enim venditus non amplius est sui iuris, sed totus pendet ab emptoris iudicio et voluntate: Ita significat gentes deserta idololatria servituros deo vero. Ea vero servitutis non poena, sed summum donum est, affert enim vitam aeternam.

Atque huc mea sententia facit, quod dicit, gentes vendendas Sabaeis, Sabae enim seu Arabia foelix omnibus totius orbis terrarum regionibus antefertur. Ideo tum Graecis, tum latinis foelix appellatur. [1]Hebraeum quoque nomen Saba ubertatem et copiam significat. Quod igitur Graecos dicit vendendos Sabaeis, hoc est, transferendos in ditissimam terram, hoc quis pro poena potius, quam pro beneficio summo accipiat? Huc quoque facit Esaiae locus cap. 60.[2] in quo vaticinatur omnes de Saba venturos ad ecclesiam, et allaturos munus, aurum et thus, et annunciaturos laudem domini. Non enim raro in suis concionibus ad naturae imagines respiciunt prophetae. Paulo post cum de ecclesiae donis Ioel concionabitur, promittet montes manantes vino, et colles lacte, hoc est, laetissima pascua, et vitiferos montes. [3]Cum igitur Sabaei prae omnibus totius terrae populis divinitus sint donati optimo auro et thure, placuerunt prophetis haec symbola, et Sabam ecclesiae typum fecere in qua sola aurum, hoc est, verbum et fides (coniuncta enim haec sunt, nec possunt ulla ratione separari) ac thus, hoc est, invocatio invenitur. Quomodo enim invocabunt in quem non credent? et quomodo credent sine praedicatione? Haec igitur Sabaeorum, hoc est, ecclesiae praecipua et peculiaria dona sunt. Etsi enim nulla

1) Ed.: Saba. 2) Ien.: Esaiae 60. 3) Sabei.

gens sit quae non religionem aliquam, et dei cultum iactet, tamen vera fides et invocatio nusquam nihi in ecclesia est. Aliae gentes omnes sunt sine fide, ac vivunt in idolatria, invocationem autem prorsus ignorant, sicut supra quoque diximus.

Haec de prophetae sententia certa sunt. Non autem praetereunda hic obiter consolatio est, his praesertim temporibus maxime necessaria. [1]Dixit Iudaeos venditos Graecis in longinquam terram, ut omnis spes reditus praecideretur. Si igitur illorum animos, qui venditi Graecis sunt, intuearis, depraehendes non solum perturbatos metu et dolore, sed etiam penitus de se et posteritate sua desperantés. Quid enim inter gentes tam longinquas sperarent? ubi cultus nullus, notitia dei nulla, verbum dei nullum est. Tu de te cogita, si hodie cum tuis abripereris in Turciam, quam esses habiturus spem de te et posteris tuis? Sed non sunt haec pericula metienda ex nostro iudicio, dei potentia respicienda est, et promissiones dei, quae etsi ecclesia in hac vita varie affligitur, tamen spem faciunt, eam triumphaturam, hostes autem eius penitus perituros. Sic audis hoc in loco filios Iuda venditos gentibus, sed ex gentibus iterum colliguntur, et victoribus imperant, hoc est, fiunt doctores gentium, traducunt gentes ab impietate ad agnitionem dei, et vere faciunt Sabaeos abundantes omni genere spiritualium donorum.

Statuamus autem hanc consolationem esse generalem.[2] Verum enim est quod Paulus dicit, electis omnia cooperari in bonum, et nec famem, nec gladium, nos separaturum a dilectione dei, .c est, deum nos diligere propter filium, etiam ım gladius et fames nos urgent. Hanc autem

---

1) Consolatio ecclesiae in hoc mundo afflictae. Deus diligit nos etsi affligi sinit.

dilectionem necessario sequitur victoria, sicut Paulus addit, in his omnibus ὑπερνικῶμεν longe vincimus. Ergo tu hoc tantum da operam, ut in ecclesia et populo dei maneas, hoc est, retine verbum et fidem, ac fiet ut quanquam affligeris, tamen afflictio cedat in bonum. Qui autem fidem abiiciunt, hos quid mirum est deseri in calamitatibus? Sicut Esaias[1] Achae minatur, si non credideritis, profecto non permanebitis, Daniel non solum summo loco fuit in captivitate Babylonica, sed etiam maximas res gessit, et plurimis fuit occasio salutis. Perpetuo igitur coniuncta haec esse statuas. Afflictionem et consolationem, humiliationem et exaltationem, mortem et vitam, si igitur affligeris, cave desperes, vicinus enim es gloriae, et foeliciter triumphabis, modo in fide permanseris.

Proclamate hoc inter gentes, sanctificate bellum, excitate robustos, accedant et ascendant omnes viri bellatores, conflate vomeres vestros in gladios, et falces vestras in lanceas, debilis dicat, fortis ego, conglobamini, et venite omnes gentes ex omnibus partibus, congregamini, hic sternet dominus fortes tuos. Excitabitur et ascendent gentes ad vallem in qua iudicabit dominus, quoniam ibi sedebo, ut iudicem omnes gentes, quae ubique sunt.

Subinde nobis respiciendum ad caput est, quid praecipue instituerit propheta. Quia enim oratio tota allegorica est, facile a sententia vera discedet, qui non saepius ad institutum argumentum, ceu ad scopum respexerit. Proposuit autem propheta promissionem de spiritu sancto effundendo in reliquias sanctas. Deinde addidit aliud vaticinium

1) Ien.: Esaiae 7.

de vocatione gentium, hanc ceu aenigmate involvit. Dicit enim gentes vocandas in vallem, in qua dominus iudicabit, et retribuet eis quae ipsi fecerunt populo dei, nam gentes quoque vendendas Sabaeis longinquae genti.

[1]Nunc addit exhortationem ad gentes, ut se ad hoc bellum parent. Complectitur autem duo. [2]Primo ostendit, quanto furore se mundus opponat evangelio. Deinde de eventu docet, quod consilia mundi frustra sint. Quia enim per evangelion Satanae regnum petitur, quicquid potest virium contrahit ad sua defendenda. Nec opus est accersere vetustatis exempla, quibus periculis populum dei semper involverit, quae consilia ad novi testamenti ecclesiam labefactandam in ultima monarchia tentarit, praesentia tempora videamus. Quid enim nunc totos annos octo et viginti non tentarunt pontifices contra evangelii doctrinam? Quid episcopi? quid monachi, quid scholae, quid denique reges et principes? Pii doctores et sancti verbi confessores passim exuti bonis, proscripti, occisi sunt, libri concremati, conciones interdictae, testamentum Christi violatum, et coenae sacrae usus perversus, imperatae aliae impiae ceremoniae, quae ad questum faciunt. Editae denique horribiles sententiae contra doctrinam nostram. His modis cum tantum apud suos impedirent evangelii cursum tandem etiam de nostris ecclesiis armis opprimendis consilia inita sunt.

Hoc nimirum est quod hoc in loco propheta dicit, excitate robustos, vomeres in gladios, falces conflate in hastas, hoc est, potior sit cura belli, quam demetendae segetis, et arandae terrae. Nemo sit debilis, sed qui debilis est, dicat se fortem esse, hoc est, etiam qui ad bellum inepti

---

1) Ien.: Adhortatur gentes, ut se parent ad hoc bellum. 2) Odium mundi contra evangelium.

sunt, tamen belligerentur, sicut hodie molle, et effoeminatum episcoporum, canonicorum, monachorum vulgus non solum bellum exoptat, sed castra etiam sequitur. Hoc primum est, quod propheta hoc in loco ostendit, ac utile est extare similes tam ingentis furoris et odii descriptiones. Confirmant enim piorum animos, ne tamquam in re inusitata abiiciant spem, siquidem omnibus temporibus ad hunc modum Satan saeviit, sed qua fortuna et quo eventu?

Hoc alterum est quod propheta hic ostendit.[1] Haec enim exhortatio habet inclusam acerbam ironiam, significat enim omnes conatus et molimina omnia Satanae et mundi frustra fore, sicut tandem addit propheta, ibi dominus sternet fortes tuos. Sic in secundo Psalmo atrocia sunt quae de regibus, principibus, populis, gentibus, spiritus sanctus dicit conspirantibus et conferentibus, tum vires, tum consilia ad rumpenda vincula, quibus dominus quasi constringere carnis studia conatur. Evangelion enim arguit mundum ut peccare desinat, ut iustitiam sectetur, et Satanae iugum excutiat, siquidem iudicatus est. Sed mundus gaudet peccatis, et pertinaciter fovet idolatriam ac omnes suas vires confert ad sanam doctrinam opprimendam. Hi conatus sine caede et sanguine piorum non abeunt, et tamen non perficiunt impii quod volunt. Nam qui in coelo est, non quidem statim punit hunc furorem impiorum, sed sinit eos aliquousque procedere, et foelices esse, et tamen ridet stulta et irrita molimina. Quid enim est quod homo dei consilium conatur impedire aut evertere? qui in coelis est, et uno nutu totum mundum concutit? Sed non ridet perpetuo, loquitur etiam in furore suo, hoc est, retundi

1) Ecclesia licet affligitur, tamen servatur et pereunt tandem hostes eius.

impios, et non solum consilia ipsorum turbat, sed penitus etiam perdit eos.

Hunc finem propheta hic quoque ostendit. Sed quia nos tantum in praesentia intenti sumus, futuros autem eventus non ex verbo, sed ex nostro sensu aestimamus, ideo trepidat caro, et aut dubitat de successu, aut metu futuri mali prorsus deiicitur. Respiciendum igitur in verbum est, et ob oculos perpetuo habenda praeteritorum saeculorum exempla, quae omnia una quasi voce testantur, et furere mundum contra verbum, et tamen concidere tandem in mediis conatibus, verbum autem domini manere in aeternum.

Ideo dicit dominus hic: Venite omnes gentes, ex omnibus terrae patribus congregamini. Hic enim sternet dominus fortes tuos. Observabis autem praecipue vocabulum gibborim, nam hostes evangelii non sunt contempti, imbecilles, pauperes. Fortes sunt. Ideo ecclesia destituta carnalibus praesidiis in periculo est, et pavet.[1] Nos hodie non parum movemur adversariorum opibus, potentia, ingeniis, usu armorum, et agnoscimus nos neutiquam eis esse pares. Sed cur movemur? nonne carnalia haec sunt? Nos autem qui patrem habemus in coelis, cuius nomen et gloria periclitatur, num carnalibus praesidiis nitemur? Hoc illi faciant qui nesciunt deum, et persequuntur verbum. Quis enim illos miretur venire in curribus et equis? Nulla enim habent et norunt alia praesidia. Nos autem qui habemus deum, faciamus opus vocationis nostrae pro nostra mediocritate, et speremus in nomine domini. Hoc enim domini opus, haec eius virtus est, non cupit im- ...lles adversarios, fortes vult deiicere, hi quanto ...e victoria sunt certiores, tanto facilius periculum ...currunt. Non tamen, sicut dixi supra, abeunt

1) Hostes ecclesiae potentes.

conatus Satanae sine incommodo omni. Nam nos peccatis nostris deum varie offendimus. Et solet deus iudicium incipere a domo sua, sunt enim adversarii nostri ad tempus foelices, sic enim merentur peccata nostra, sed nisi ipsi quoque egerint poenitentiam, nisi filium, ut in secundo psalmo dicitur, osculati fuerint, et appraehenderint disciplinam, hoc est, humiliter amplexi fuerint verbum, necesse est eos non solum corporalibus malis involvi, sed praecipitari in gehennam, et aeternis flammis subiici, secundum sententiam, qui non crediderit, condemnabitur.

[1]Sit igitur praesens locus nobis in consolationem. Docet enim de futuro eventu foelici, quod sternendi sint fortes, qui se opponunt verbo. Sternuntur autem duplici ratione. Quidam sternuntur ad salutem. Hi enim submittunt se verbo, abiiciunt peccata, fugiunt usitatam idololatriam, ac spe veniae per Christum se erigunt. Sic sternebatur Paulus ad Damascum. Sed o foelicem cladem, prohibebatur enim ne peccaret amplius, et consequebatur fide remissionem peccatorum, et spiritum sanctum. Ac dominus hoc consilio gladium suum stringit, et belligeratur contra mundum, ut agentes poenitentiam salventur. Sed qui verbum aut contemnunt superbe, aut oderunt ac persequuntur pertinaciter, hi sternuntur a domino non salutari, sed exitiali clade, ut in aeternum pereant, sicut Pharao, Saul etc.

Iudicium igitur domini in valle iudicii, hoc est, quod per verbum arguit peccata et docet iustitiam et iudicium. Ac foelices sunt qui iudicium hoc ferunt et tolerant. Etsi enim iugulatur vetus homo et exercetur animus veris et intolerabilibus pavoribus, tamen medicus animarum, filius dei, sanat hanc cordium plagam, et reducit animos

1) Hostes ecclesiae dupliciter sternuntur.

ad tranquillitatem, promissione expiati peccati, et reconciliationis per ipsum factae. Qui autem verbum contemnunt, hi etsi ad tempus securi vivunt, tamen aeternis circumvenientur malis.

Mittite falces, quoniam maturuit messis, venite, venite, et descendite. Quia impletum est torcular, redundaverunt torcularia, quia multa est malitia eorum.

[1]Haec alia exhortatio est, pertinens proprie ad ministros evangelii, quorum opera bellum hoc dominus gerit, ut magno et infracto animo tentent huius belli aleam, certi de foelici eventu. Haec cohortatio admodum est necessaria, quae enim pericula confessionem et ministerium hoc sequantur, notum est. Vide Ioannis, Christi, apostolorum historias, nonne totum Satanae regnum iritant contra se, qui fidem in Christum dei filium docent: Satan autem mundi deus et princeps est. Sicut igitur principes subditorum armis se et sua tuentur: Ita Satan totius mundi viribus utitur ad opprimendum ministerium. Firmo igitur et infracto animo iis opus est, qui ministerium docendi habent, nec terreri debent malitia mundi, imo quo mundus peior et desperatior est, eo fortius incumbendum est in praedicationem evangelii, ut saltem aliqui ex Satanae faucibus eripiantur.

Particula, quoniam magna est malitia eius, proprie pertinet ad tempus Christi. Mundus enim tum extremae fuit corruptus, et Satanae furor immodicus: Sicut gentium historiae et exempla docent. Quantum enim fuit idolatriarum in omnibus gen-
s? Itaque poetae quoque superstitionem et
)latriam exagitarunt. Sicut ille qui Aegyptiis

1) Ien.: Exhortatio ad ministros evangelii, ut fordimicent in hoc bello.

dicit sua numina in hortis crescere. Et quis non cohorrescat cum legit foedissimas turpitudines pro cultibus habitas? In ipso autem populó dei quanta fuit coecitas, quibusdam palam negantibus resurrectionem mortuorum, et damnantibus prophetarum scripta? Vere igitur tum malitia, sicut plenum torcular, exundavit, ac nisi evangelii salutare lumen affulsisset, periisset totus mundus. Cohortatur igitur ut occurrant furori Satanae, et ruentem mundum salutari hac medicina sanent.

Populi multi in valle iudicii, quia prope est dies domini in valle iudicii. Sol et lüna obscurantur, et stellae contrahunt lumen suum.

Hactenus propheta exultante spiritu, sed admodum obscuris verbis, gratiam dei, et laetum evangelii successum praedicavit, quod vulgatum in omnes totius orbis terrarum angulos, nusquam fructu suo destituitur. Iudicat enim sine discrimine omnes, neque est iudicium hoc irritum aut vanum. Qui enim fide id amplectuntur, hi liberati a Satanae tyrannide, in fide expectant haereditatem vitae aeternae. Alii, qui non credunt, hi audiunt sententiam mortis. Quae enim salutis spes esset reliqua, abiecto Christo et evangelio? Quae iam sequuntur, sententia quidem non differunt, sed clariora sunt, et explicant obscure supra proposita.

Dixit supra omnes gentes congregandas in vallem Iosaphat. Id obscurum est, nescias enim proprie ne an appellative accipiendum sit, quanquam circumstantiae ostendunt, non angulum terrae Iudae, sed totum mundum sic appell[1] Hanc ambiguitatem propheta nunc tollit, c non amplius vallem Iosaphat, sed vallem char

1) Vallis iudicii.

hoc est iudicii appellat, in qua dominus per evangelion certam et definitam sententiam de toto humano genere sit pronunciaturus, et sic debellaturus gentes. Nam verbum charaz proprie significat certam et definitam sententiam ferre. Sic. 1. Reg. 20.[1] Iudicium tuum tu definisti, et Iob. 14.[2] Certo definiti sunt dies hominis. Item Esa. 10. 28.[3] Dan. 9.[4] eadem verba ponuntur. Consummationem, et decretum faciet dominus, hoc est, perdet incredulum populum. Est enim figura ex foro sumpta, ubi semel decreta non rescinduntur, Paulus Romano. cap. 9.[5] septuaginta secutus est, hi verterunt Esaiae locum his verbis, verbum abbreviatum faciet dominus. Sed ratio nulla est cur calah verterent verbum, significat enim consummationem et finem. Abbreviatum autem intelligendum est, certum destinatum, immutabile, sicut Germanice simili fere figura dicimus, cum significamus nos nihil de sententia mutaturos, kurtz umb. Ita septuaginta consummationem abbreviatam vocant certam et definitam populi vastationem. Ad hunc modum hoc in loco vallis charuz significat iudicii vallem, in qua de omnibus populis sententiam dominus feret certam et immutabilem.

Sed quae est ista definita sententia?[6] Haec nimirum: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit. Hic est filius meus dilectus, hunc audite. Qui crediderit non condemnabitur, qui non crediderit, iam iudicatus est. Haec sententia est immutabilis, certa et definita, quod deus per filium suum velit condonare peccata, et dare vitam aeternam. Qui igitur hanc fide amplectuntur, salvi ; qui non, pereunt in aeternum.

---

1) Ien.: 1. Reg. 20. 2) Ien.: Hiob 14. 3) Ien.: 10. 28. 4) Daniel 6. 5) Ien.: Rom. 9. 6) Senten- 'dicii.

Proponitur autem haec sententia non uni populo, sicut hactenus soli Iudaei de nomine ecclesiae gloriati fuerant, sed ut propheta hic dicit hamonim hamonim undique populi, undique turbae et coetus sunt, quocunque vertas oculos, congregati ad hanc sententiam audiendam. Quia autem mundus hoc praecipue agit, quomodo hanc sententiam aut mitiget aut inflectat, aut corrigat, Iudaei enim iniquo animo ferunt abiici cultus legis, papistae Christi merito assuunt stipulas et paleas suas, votorum, ieiunii, delectorum ciborum, et similes nugas. Ideo propheta hanc esse definitam et certam sententiam vocat, cui neque adimi, neque addi quidquam vel possit vel debeat.

Quod addit de sole et luna obscuratis, et stellis caligantibus, haud scio annon hoc quoque figurate significet ingentem hominum multitudinem. Sicut enim ex fremitu multitudo populi potest aliquo modo colligi: Ita magna turba ingentem excitat pulverem, qui etiam solis conspectum et coeli adimit. Hanc iudico simplicissimam sententiam. Nam referre ista ad animorum perturbationem hoc in loco minus quadrat, ubi propheta hoc praecipue agit, ut ostendat regnum Christi in omnes gentes vulgandum esse.

Et dominus de Zion rugiet, atque de Ierusalem dabit vocem suam, et commovebuntur coeli et terrae.

Hic exponit quale sit iudicium ad quod colliguntur gentes, et cui se omnibus viribus opponunt. Item quod illud sit bellum, quo proste nuntur fortes, et venduntur in longinquas regione Non, inquit utetur armis, non, ut ad mare rubru pugnabit fulminibus, sed vocem aedet ex Zio non obscuram aut infirmam, sed fortem et ter

bilem qualis leonum est, et de Ierusalem loquetur. Etsi autem repetitio haec ociosa videri potest tamen aptissime quadrat ad ministerium evangelii, sicut enim Christus iubet[1] in nomine suo docere poenitentiam et remissionem peccatorum, poenitentiae autem doctrina arguit peccata et terret animos metu irae et iudicii dei: Ita primo loco rugitus hic ponitur, qui doctrinae de poenitentia symbolum est. [2]Est enim vox leonis inter omnia animantia maxime formidabilis, nec aedit eam nisi commotus ira, ideo scriptura famelico leoni, et praedam adepto rugitum attribuit, ad hunc modum evangelion arguit mundum de peccato,[3] non solum ut mundus discat se habere peccatum, qui nisi verbo admoneretur securus de peccatis esset, sed etiam docet in nobis nullum esse praesidium contra peccatum: Quin augeri peccata si quis ulla ratione pro iis conetur satis facere. Haec doctrina impressa animis deiicit hominem. Non solum enim praesidia omnia adimit, sed etiam inevitabile aeternae mortis iudicium proponit. Sicut igitur servus, qui in evangelio[4] ad rationes subducendas vocatur, tristem sententiam de se et omnibus suis vendendis audiens, se ad heri pedes abiicit, et supplex petit mitigari poenam: Ita sine ingenti animorum pavore ipsa cogitatio divini iudicii sustineri non potest, naturaliter mentes ad hunc rugitum exhorrescunt, et mallent prorsus non esse, quam pavores hos perpetuo sentire.

[5]Cur autem facit hoc deus? Cur ad hunc modum miseram naturam terret? Primum fit hoc ut conspecta nostra miserabili conditione, doctrinam filii dei de gratuita peccatorum remissione avidius amplectamur, deinde etiam ad gloriam

1) Ien.: Luc. 24. 2) Rugitus leonis. 3) Evangelion arguit peccatum. 4) Ien.: Matth. 18. 5) Cur evangelion poenitentiam doceat.

suae misericordiae patefaciendam. Quomodo enim beneficium ab eo agnosci potest, qui nullum sensit incommodum? Dei igitur immensa bonitas in eo elucescit, quod miseris peccatoribus et aeternae morti addictis, gratiam peccatorum facit, et haeredes aeternae vitae constituit. Salutaris igitur rugitus ille est, etsi formidabilis et plenus terroris sit.

[1]Post rugitum autem ex Zion, etiam vocem dat ex Hierusalem, hoc est, loquitur blandius, nec amplius terret, sed consolatur animos, proponit patris sui clementissimum animum, iubet respici in crucem suam, hortatur ut fiducia suae mortis speremus remissionem peccatorum, et fiducia resurrectionis speremus aeternam iustitiam et vitam. Iubet ut baptizemur in suam mortem, iubet ut manducemus corpus suum pro nobis traditum, et bibamus sanguinem suum pro nostris peccatis effusum. Hoc oleo lenitur asperitas vini, et traducuntur animi a metu et pavore ad tranquillitatem et laetitiam. Quomodo enim deum metuerent, quem ne quidem filio vident parcere? Quomodo de salute sua dubitarent amplius, cum videant filium ad dextram patris, qui sanguine suo genus humanum, tanquam peculium sibi acquisivit.

[2]Ad hanc igitur vocem de Zion sonantem commovetur coelum et terra. Coelum aperitur nec manet amplius clausum. Pater ipse de coelo nobis commendat filium, et descendunt, non solum angeli miscentes colloquia cum hominibus, sed ipse dei spiritus, ut habitet in corporibus nostris. Haec inusitata fuerunt ante hanc vocem de Ierusalem sonantem. Terra quoque novam prorsus induit faciem. Qui securi erant incipiu timere deum, deponunt non solum studia carn

---

1) Doctrina de remissione peccatorum. 2) Comm coeli et terra.

sed etiam cultus usitatos hactenus abiiciunt, vident enim deum non velle coli ad nostrum arbitrium, sed ad verbi sui praescriptum, hoc cum reverentia amplectuntur, et per fidem in verbum accipiunt remissionem peccatorum, et spiritum sanctum, per eum invocant deum in omnibus periculis, et confitentur nomen eius, nihil veriti mundi minas et furorem. Haec an non insignis commotio est, quod subito ad hanc vocem (ut propheta ait) nova fiunt omnia?

Neutiquam autem negligendum est hoc in loco illustre testimonium de Christo, ad convincendum pertinacem Iudaeorum errorem, audiunt prophetae vaticinium, dominum Iehova ex Zion locuturum. [1]Respondeant autem quando id sit factum. Quia enim negare non possunt, quin Zion et Ierusalem iam olim sit vastata, nonne cogentur etiam hoc fateri prophetiam hanc stante adhuc Ierosolyma esse impletam? Sed per quem aut quomodo impleta est? Num dei vox sic infirma fuit, ad quam tamen coelum et terram contremiscere propheta dicit, ut eam ipsi non exaudirent? Si autem audierunt, num sic fuerunt perversi, ut audire nollent et contemnerent? Nonne quoque siquidem de Messia, seu Christi regno prophetam loqui certum est, Messiam exhibitum iam olim stante adhuc Zione et Ierosolymares ipsa loquitur.

[2]Sed coeci Iudaei, tanquam in densa caligine errantes, quo se vertant, nesciunt. Nos autem, qui credimus Christum esse exhibitum, et agnoscimus eum non solum hominem, sed aeterni dei aeternum filium, nos inquam scimus per Christum Iesum ex Maria virgine natum, hanc prophetiam impletam esse, et ipsum esse verum Iehova sicut

1) Testimonium quod Christus sit verus deus, et m olim exhibitus. 2) Christus deus et homo.

testantur plures loci novi testamenti, Ioh. 14.[1] inquit, creditis in deum, in me credite. Item, verba quae ego loquor non loquor de meo. Pater qui in me est facit opera. Credite mihi quod ego in patre sum, et pater in me est. Item: Philippe, qui me videt, videt patrem meum. Sicut autem hae sententiae non debent eludi, quasi tantum de ministerio a patre demandato loquatur Christus: Ita praesens quoque locus simpliciter intelligendus est, quod ipse Iehova deus loquitur, cum Christus loquitur, et quod ipsum verum, aeternum deum audiunt, quicunque hanc vocem in Zion sonantem audiunt. Non enim est deus extra Christum quaerendus, et quanquam personarum discrimina sunt, tamen non est nisi unus aeternus deus, sicut Paulus dicit[2] in Christo habitare plenitudinem divinitatis. Haec definitio personae hoc loco neutiquam negligenda fuit.

Habes igitur duo haec de novo testamento, quod scilicet ex Zion egredietur nova doctrina, et quod doctor, qui eam primus sparget, sit deus. Includitur autem hic tertium quoque. Quia enim et corporalis loci mentionem Ioel facit, et vaticinatur de voce quae auribus hauritur, certum est doctorem hunc hominem quoque esse. Hinc sequuntur omnia historica illa novi testamenti, quod cum homo sit, mori eum necesse fuit. Quia autem non tantum homo, sed dei aeternus filius est, non potuit in morte manere, sed resurgere eum oportuit, et expiato per mortem peccato, victa autem et abolita per resurrectionem morte, possidere aeternum regnum. Haec omnia certissima consequentia sequuntur. Quis autem erit finis huius vocis ex Zion? aut qui sequetur eventus? hoc sequentia ostendunt.

---

1) Ien.: Iohan. 14. 2) Ien.: Coloss. 2.

Et dominus spes populo suo, et munitio filiis Israel. Et scietis quoniam ego dominus deus vester, habitans in Zion, monte sancto meo.

Hoc est, omnes qui vocem illam humili corde amplectuntur, et subiicunt se domino iudicanti, his ipse dominus spes seu fiducia erit, et arx, ad quam confugientes sint tuti ab omnium hostium vi et insultu. His paucis verbis utrunque propheta facit, ut ostendat quid evangelion in summa doceat et quis verus dei cultus sit. [1]Lex, ut saepe diximus, praecipue haec duo agit, ostendit quid a nobis exigat deus, et minatur poenas non facienti voluntatem dei. Etsi enim promissiones quoque additas habet, tamen quia natura nostra peccato sic est corrupta, voluntatem dei facere ut non possit, frustra promissiones hoc in loco commemoramus. Sed cum Paulo[2] vere statuimus legem esse ministerium mortis, siquidem exigit, quod praestare non possumus, et addit sententiam mortis.

[3]Sed evangelion est doctrina, quae non, ut lex, exigit quid faciamus, nec intentat poenam mortis, sed certam spem facit vitae etiam peccatoribus, si modo in Christum credant. Proponit enim filium dei propter nos factum hominem, et propter peccata nostra oblatum victimam in cruce. Hanc hostiam pro suis peccatis cum serio intuentur animi, sperant peccatorum veniam, et ad deum confugiunt, quem antequam evangelii vox sonaret, ut hostem metuebant.

[4]Notabis quod utrunque nomen, spei et refugii seu arcis, manifestam significationem ›et periculorum, in quibus natura omnes ›amur. Cur enim promitteretur spes, nisi

1) Lex dei. 2) Ien.: 2. Cor. 3. 3) Evangelion. ›ericula in quibus vivimus.

magnitudo periculorum desperationem afferet? et refugii seu tuti loci promissio quem haberet locum, si extra discrimen et in tuto essemus? O igitur coecos Pontificis doctores, disputantes de naturae viribus integris, et liberi arbitrii facultate qua praeparare nos possimus ad gratiam. Cur non respiciunt ad illam a Christo propositam parabolam de homine a latronibus spoliato et vulnerato? Satan enim per peccatum nos exuit praestantissimis donis, agnitione dei, iustitia et recta voluntate, et coniecit in aeternam mortem cum, si absque peccato esset, aeternum eramus victuri. Quod igitur ad nos attinet, vere sumus desperati. Quid enim in nobis contra haec mala vel spei vel praesidii est? Num homo semel mortuus, sibi vitam denuo vindicabit? In hoc periculo cum simus omnes omni tempore, vere vivimus in infesto loco, in quo nihil tutum est.

Ac quidem pericula haec homines non prorsus prophani et securi vident ac sentiunt. Iudaeus igitur ad Mosen suum recurrit, ac putat cultus et opera a Mose praeceptos ceu portum esse, in quo tutus conquiescat. Pontificii habent missas suas, intercessiones divorum, ieiunia, vota, et similia exercitia, quibus confidunt se contra Satanam, et in dei iudicio tutos fore. Sed omnia haec sunt ficulnea praesidia. [1]Evangelion autem solum docet, ubi certa spes, et tutus refugii locus contra mortem, peccatum et Satanam sit, nempe apud solum deum. Hic unicus portus est, ad quem tuto applicamus, cum urget nos vel conscientia, vel mors, vel Satan.

[2]Quomodo autem hoc? Nonne enim deus peccatum odit? nonne minatur peccato poen certas? nonne solus est quem propter pecca

---

1) Quo in periculis confugiendum. 2) Deus pec tores cur non abiiciat.

formidamus? Quomodo igitur ad eum confugiemus, a quo poena expectatur certa? Respondeo. Hoc vero est mysterium illud regni coelorum, toti mundo incognitum, piis autem solis notum. Vera quidem haec omnia sunt, quae iam de deo commemoravimus, quod odit peccatum et peccatum damnet morte aeterna, sed dei filius factus est mediator, is poenam in se transtulit, mortem ad expianda nostra peccata sustinuit, ac deo patri hoc modo nos reconciliavit, qui sublato peccato non solum causam non habet cur nos oderit, sed propter filium etiam magis nos amat.

[1]Atque hic est cultus praecipuus novi testamenti, spem ponere in deum per Christum, et ad deum in omnibus periculis confugere. Sed impeditur hic cultus varie. Cum bellorum pericula imminent ut nunc, confugimus ad arma, terremur potentia adversariorum, causae autem nostrae diffidimus, quia minus videmur instructi. Sic cum fame praemimur, praesidium certum statuimus in copia. Magis autem hoc fit in periculis conscientiae, ibi certa peccata nos tantum non ad desperationem adigunt, quae si non haberemus, videremur nobis facilius sperare gratiam posse. Sed resistendum his cogitationibus carnalibus est, et in solum dominum, non in merita nostra ponenda spes. Ad deum solum etiam, cum peccata nos urgent, est confugiendum. Hoc cultu delectatur, eumque in decalogo exigit, cum vocat se nostrum deum. Nos autem adiuti spiritu sancto, si carni restiterimus, praestare eum possumus, invocando nomen eius.

Sed quid fiet de aliis inquies, qui evangelion non amplectuntur? Id infra propheta ostendet, ii enim offenduntur evangelio, et movent pugnas. Hic igitur ecclesia novis involvitur periculis. Re-

---

1) Cultus dei sperare.

sistendum enim hostibus verbi est, ad sanguinem usque, ne, quod unum agunt, sana doctrina et verus cultus opprimatur. Sed in hoc quoque discrimine dominus retinet nomen suum, sperantibus enim in ipsum, et confugientibus ad eius auxilium, est liberator. Sicut in fine copiosius exponet, et hic manifesta consolatio est: Scietis quia ego dominus deus vester, habito in sancto monte meo Zion. Hoc est, ecclesiam agnoscentem me, et in qua vox mea sonat, non deseram, ero cum ipsa etiam in tribulatione, et eripiam eam, sicut Psal. 91.[1] dicit, haec si tempore tentationis animis possent firmiter includi, o quam essemus beati? quam non peturbaremur ullo mali sensu? Meditanda autem saepius sunt, et rogandus quoque deus, ut per spiritum suum has promissiones animis nostris ceu sigillum imprimat, nosque per eas in omnibus periculis erigat.

Et erit Ierusalem sancta, et alieni non transibunt per eam amplius.

Non sine causa Christus iubet scrutari scripturas de se, videmus enim quod brevissimis concionibus gravissimae res conpraehenduntur. Hactenus Ioel personam Christi depinxit, quod homo et deus sit. Item evangelii illustrem definitionem proposuit, quod sit talis doctrina, quae doceat spem in deum. Locus autem praesens complectitur articulum symboli, credo ecclesiam sanctam catholicam, sanctorum communionem.[2] Dicit Ierusalem sanctam fore, et alienos non transituros per eam amplius. Hunc articulum, sicut et illum de evangelio seu remissione peccatorum totum obruerunt pontificii doctores. Quomodo enim docerent sanctam ecclesiam, qui dubitare hominem iubent, sit ne in gratia, vel non. Blasphemiam

1) Ien.: Psal. 91. 2) Ien.: Credo ecclesiam sanctam.

igitur interpretantur, si quis se sanctum dicat. Sed nobis prophetae auctoritas potior esse debet, qui de Ierusalem, hoc est, de ecclesia quae in terris est, dicit quod sit sancta. Et profecto articulus fidei nostrae non est vocandus in dubium, qui sanctam ecclesiam illam vocat, quae credit resurrectionem carnis, et adhuc in carne est.

[1]Sed ut hic articulus planius intelligi possit, admonendus est lector, scripturam dupliciter de ecclesia loqui. Nam primo vocat ecclesiam in genere omnes, qui idem doctrinae genus profitentur, et iisdem utuntur sacramentis, etsi multi hypocritae et impii admixti sint, sicut Christus dicit.[2] Multi sunt vocati, pauci electi. Item,[3] qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit, qui autem non crediderit, condemnabitur. Posterius enim membrum ostendit aliquos esse baptizatos, qui tamen non credunt, et ideo condemnantur, sicut parabola de nuptiis quoque docet. Qui enim in nuptiis sunt, omnes quidem sunt vocati, sed non omnes nuptialiter vestiti sunt, et hi eiiciuntur. Sic parabola de reti piscatorio,[4] item de semine et zizaniis, ecclesiam talem pingit, in qua mali et boni sint,[5] ac mali quidem numero vincunt, sicut testatur dictum,[6] multi vocati, pauci electi.

[7]In isto coetu promiscuo tamen semper sunt aliqui electi, hoc est, qui verbum vera fide amplectuntur, et accipiunt spiritum sanctum, nam ministerium non potest esse irritum, hanc synceram partem scriptura ecclesiam quoque vocat, et huic proprie convenit nomen sancta, non ideo quasi electi sint sine peccatis, nam caro retinet naturam suam, neque unquam sine vitiosis moti-

---

1) De ecclesia dupliciciter [sic!] loquitur scriptura. 2) Ien.: Matth. 20. 3) Ien.: Marc. 16. 4) Ien.: Matth. 22. 5) In ecclesia boni et mali. 6) Ien.: Matth. 13. 7) Ecclesia cur sancta.

bus est. Est autem pii hos motus, adiuti spiritu sancto premunt, et eis non indulgent, tamen hi motus per se sunt peccatum damnans, pios autem non damnant, quia hanc suorum cordium impuri- agnoscunt, et in Christum credunt. Haec fides est, quae ecclesiam sanctam facit. Appraehendit enim eum qui sanctus est, et gratia sua iniquitates nostras non aliter quam stipulam ignis haurit et absumit. Si igitur electam ecelesiam oculis videre posses (sicut certo eam vides, sed credere non potes quod ecclesia sit) videres homines aliorum similes, hoc est, infirmos et peccatores. [1]Soli enim electi sunt, qui et agnoscunt infirmitatem suam et quotidie peccatorum veniam exposcunt. Ideo scriptura passim eos pauperes et afflictos vocat, non tam ob communes calamitates quas sustinent, quam quod anxiis animis suam infirmitatem deplorant, et perpetuo exercentur timore iudicii dei, cum omnis reliqua multitudo secura suis indulgeat cupiditatibus. Exemplo esse potest sanctus apostolorum chorus, qui tanto tempore ipsum dei filium audivit, et tamen ne quidem post spirtum [sic!] sanctum acceptum ex omni parte perfecti fuere. Non solum enim infirmitatis exempla extant, sed etiam erroris eiusque sane maximi, quod quidam legem contendebant necessariam credentibus. Ac Pauli querelas num putabimus esse vanas Ro. 7?[2] Video aliam legem in membris meis rebellantem legi mentis meae et captivantem me in lege peccati, quod est in meis membris. Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?

Hanc perpetuam infirmitatem vident in aliis, et sentiunt quoque in se adversarii nostri. Duriter igitur nos accipiunt, quasi vana spe impleamus animos cum sanctos nos in hac vita dicimus.

---

1) Sancti infirmi. 2) Ien.: Rom. 7.

[1]Quasi vero sanctus sit, qui peccatum nullum habet. Vera enim Ioannis sententia est[2]: Si dixerimus quod peccatum non habemus, facimus deum mendacem, et verbum eius in nobis non est. Item Pauli[3]: Conclusit deus omnia sub peccatum. Caro enim ut diximus, etsi a sanctis cohercetur, tamen caro esse non desinit sed retinet naturam suam, et est plena vitiosis motibus. Sancti igitur vere hi sunt, qui peccatum quidem habent, sed propter fidem in filium dei eis remittitur, seu non imputatur. Habet enim Christus regnum suum inter nos in hac vita. Est autem regnum eius iudicare in iustitia et arguere in aequitate, Esa. 11.[4] hoc est, poenitentiam et remissionem peccatorum praedicare in nomine ipsius. Huic praedicationi cui credunt, accipiunt spiritum sanctum, et remissionem peccatorum. Ad hunc modum Psalm. 32.[5] beatos appellat, qui levati sunt peccato, hoc est, qui peccatum habent, sed transfertur ab eis per filium dei, et non imputatur. [6]Hanc imputationem si respicias, sanctum ne te esse negabis? Igitur Christus peccata tua in se non recepit? Igitur pro te non est passus? Igitur baptismus tuus nihil est? tuque eiiciendus penitus es ex ecclesia? Quod si duriora haec putas, et fidis aliquid propter passionem Christi et baptismum, non ea tenuis et exigua, sed plena sit fiducia, ut certo statuas te esse dei filium et sanctum, non quidem propter te, quasi sine omni peccato sis, sed propter filium dei, qui peccatum tuum a te abstulit, et te iustitia sua ornavit, sicut Esaias in praedicto loco eum hoc habitu ornat, quod cingulum foemoris eius sit iustitia, et cingulum renum eius veritas, hoc est, suum corpus

1) Ecclesia et peccatum habet et sancta est. 2) Ien.: 1. Iohan. 1. 3) Ien.: Gal. 3. 4) Ien.: Esaiae 11. 5) Ien.: Psal. 32. 6) Quomodo simus sancti.

ecclesiam induit et vestit iustitia, eaque certa et aeterna, non hypocritica.

Hic error pontificiorum pernitiosus, et ideo dignus est, ut saepe taxetur. [1]Sic autem alte insedit animis omnium hominum, ut ad sanctitatis nomen obstupescamus, nec quisquam se hoc nomine dignum iudicet. Istorum enim proprium hoc esse ducimus, qui exuti carne, aut in societate coelesti vivunt, aut in sepulchris resurrectionem expectant. Sed discamus gloriam hanc non habere nos ex nobis ipsis, nec ex nostris operibus, viribus, aut meritis. Nos enim cum respicimus, vere sumus, ut Paulus se appellat, homines miseri et captivi peccati. Sed cum respicimus filium dei, cum sanctum baptisma, et ipsum dei spiritum intuemur inhabitantem hoc miserum et infirmum templum carnis nostrae, quaeso, an non filio dei et spiritui sancto sanctitatis nomen tribuemus? Statuamus igitur Ierusalem ut propheta appellat vere esse sanctam, propter inhabitantem dominum in Zion. Si enim in filium dei credimus, si eius sanguine nos redemptos confidimus, si sacro baptismate sumus abluti, profecto sumus sancti, sicut ipsa sancta virgo dei mater, sicut Petrus, Paulus, et alii. Etsi enim hi propria sua, ut sic dicam, sanctitate, hoc est, certis donis nobis anteeunt, tamen certum est, ipsos propter dona illa non esse sanctos, sed propter solam fidem in filium dei. [2]Hanc autem nos quoque retinemus, agnoscimus enim eundem Christum pro nobis factum victimam, et nos eodem baptismo baptizatos, eundem accepisse spiritum sanctum. Etsi igitur inter nos dissimilitudo aliqua est, tamen Christus ubique sui est similis, et quocunque venit affert secum eadem dona, remissionem peccatorum, et spiritum sanctum. Hoc pontificii non norunt, itaque cum

1) Omnes fideles sunt sancti. 2) Sanctitas vera.

Christi ignominia sanctitatis nomen tantum illis relinquunt, qui exuerunt carnem.

Sed cur addit: Et alieni per eam non transibunt? Tamen alieni admixtae sunt ecclesiae et quidem magno numero, iuxta sententiam, multi vocati, pauci electi. [1]Hic est locus de excommunicatione, ea quoque sicut ecclesia, duplex est, una enim est politica, seu externa et visibilis, qua ipsa ecclesia utitur contra notorie facinorosos, secundum Christi praeceptum, Matth. 18. Ea regula omnino servanda est in ecclesia. [2]Neque enim levis res excommunicatio est, quae simpliciter excludit a regno Christi, et retinet peccata, sine spe remissionis, si non accedat poenitentia. Ideo Christo non satis fuit admoneri semel et iterum a privatis, etiam ab illis qui publico ministerio funguntur, admoneri peccatorem voluit, priusquam dura haec excommunicationis sententia pronunciaretur.

Hodie multi accusant ministros ecclesiarum, quasi ipsorum negligentia excommunicatio interciderit. Multi magistratum accusant, quasi se opponat et excommunicatione uti vetet, sed Christi sententia clare testatur privatim admonendum peccatorem, priusquam ii, qui in publico ministerio sunt, sententiam hanc ferant, et tamen ne tum quidem ferendam sententiam, nisi praecesserit gravis et pia exhortatio publici ministri. Hanc si contempserit peccator, et perrexerit peccare, tum demum excommunicandus est.

[3]Quid igitur impedit excommunicationem hodie? Nihil, nisi quod nemo in hac parte officium Christiani facit. Tu habes vicinum, nota tibi eius vita et mores sunt, pastori tuo aut ...rsus ignota, aut minus nota sunt, quomodo ...m singulos nosse potest? Si igitur vides vici-

1) Excommunicatio vera. 2) Excommunicatio visibilis. 3) Cur excommunicatio nulla sit hodie.

num iniustus ditari lucris, vides fornicari aut moechari, aut negligentius regere familiam, tu primus admone eum, et admone pie, ut rationem habeat salutis suae, et vitet scandalum. Atque o quam sanctum feceris opus, si ita eum lucrifeceris? Sed quaero quis hoc facit? Primum odiosa res est veritas. Tu mavis retinere familiaritatem et amicitiam vicini, praesertim si sit potentior, quam tibi eum reddere infensum, idem dum secundus, tertius, quartus vicinus faciunt, cum prima admonitione, etiam secunda et tertia intercidit, qua in viam revocari poterat proximus, si tu faceres admonendo officium. Deinde accidit, quod fere omnes similibus flagitiis sumus obnoxii. Metuimus igitur ne dum festucam conamur eximere oculis proximi, nobis de trabe obiiciatur eminente. Haec vera et praecipua est causa, quod excommunicatio pene ubique intercidit, quia exiguus ubique piorum est numerus, si enim pietas, ut aequum erat, omnibus cordi esset, pluris faceremus Christi praeceptum, quam omnia huius vitae commoda. Tam enim hoc de admonendo fratre necessarium mandatum est, quam illud, non occides, non furtum facies, periclitantur enim non corpus, non fortunae proximi, si admonitionem hanc vel metu, vel alia ex causa obmittas, sed ipsa animae salus. Quod si pastori constat de notorio aliquo peccato, omnino hoc tenetur facere, ne tales ad eucharistiam admittat, nisi et poenitentiam agant, hoc est, peccare desinant, et vera confessione ostendant se damnare et odisse peccata, praecedere tamen debet pia et gravis admonitio. Magistratus autem in hac parte si non facit suum officium, et publica scandala gra animadversione non punit, gravissime pecca Quod si etiam illud addit, ut ecclesiasticam ce suram impediat, et scandalis patrocinetur, prorsu ex dei servo in Satanae mancipium degenerat.

[1]Porro hanc excommunicationem legitimo modo ab ecclesia factam cave contemnas. Affert enim certam sententiam irae dei, et aeternae damnationis, sicut Christus dicit: Amen dico vobis, quicquid in terra ligaveritis, etiam in coelis erit ligatum. Tanto autem execranda magis est Papae tyrannis, qui excommunicatione usus est, etiam propter pecuniae debita ad certum diem non numerata, imo etiam propter suas traditiones neglectas, si quis non ieiunasset, non confessus esset etc. Hodie autem utitur excommunicatione contra nos, qui sanam doctrinam profitemur. Sed primum consolatur nos Christus: Beati, inquit, cum maledixerint vobis homines. Item, eiicient ex synagogis vos, deinde, certum est hanc excommunicationem pontificiam non esse Christi, siquidem ad Christi praescriptum non fit. Non igitur valet in coelis, auctori autem abutenti hoc ecclesiae mandato, certum afferet exitium. Est enim peccatum coniunctum cum blasphemia nominis dei.

[2]Sicut autem haec ecclesiae externa et visibilis excommunicatio pertinet ad notorie facinorosos, et convictos de scandalo: Ita est alia occulta et invisibilis excommunicatio non hominum, sed ipsius dei, deus enim non, ut nos homines, ex operibus tantum iudicium facit, sed animum inspicit, et hypocritas iudicat, quos ecclesia iudicare non potest, secundum vulgatum dictum: De occultis non iudicat ecclesia. Non autem omnes publicis scandalis se polluunt. Etsi enim multi avari, fornicatores, adulteri sunt, tamen tegunt peccata, et quasi cautius peccant, nec convinci a quoquam possunt. Versantur igitur in ecclesia, liunt conciones, utuntur sacramentis, et tamen ıt de facto excommunicati a deo, siquidem

1) Excommunicatio non contemnenda. 2) Excommunicatio invisibilis dei.

vivunt in peccatis contra conscientiam, nec ea emendant, iuxta illud Pauli,[1] Scortatores, adulteri, regnum dei non possidebunt. Sed non perpetuo ab eis aberit iudicium dei, homines fallunt, deum fallere non possunt. Is in novissimo die colliget per angelos omnia scandala, et coniiciet in aeternum ignem.

Ab hac dei excommunicatione occulta qui volet liberari, caveat peccata, et poenitentiam agat, hoc est, emendet vitam, deinde precetur et credat veniam per Christum. Haec unica via est illam occultam dei excommunicationem effugiendi. Quod si in peccatis perges, et hoc quasi privilegio gaudebis, quod cum cautius aliis pecces, ecclesiae iudicium effugeris, nihil ages aliud quam ut ipse te fallas, ac duriorem sententiam in te provoces. Etsi enim quod ad finem attinet excommunicatio externa, illi occultae par sit (Ratam enim eam habet dominus in coelis) tamen ista externa eo nobis optatior esse debebat, quod est quasi medicina, qua revocamur ad poenitentiam. Illa autem occulta, quia ad tempus non sentitur, auget securitatem.

Constituitur igitur per evangelion ecclesia quae vere sancta est, nec admiscentur ad eam impii, aut hypocritae, sicut Esaias quoque dicit,[2] erit ibi via et semita quae vocabitur sancta, non enim per eam pollutus ibit. Quae inquis, haec est via: Illa scilicet, de qua filius dei concionatur[3]: Ego sum via, veritas, et vita. Item,[4] qui crediderit in me mortem non videbit. Impii etiam sacramentis utuntur atque ita hypocrisi tegunt impietatem. Non enim omnes baptizati in fide manent, et tamen vere sunt baptizati. Sicut inter Iudaeos maior pars erat circumcisa carne et tame

---

1) Ien.: 2. Cor. 6. 2) Ien.: Esaiae 35. 3) Ien. Iohan. 14. 4) Ien.: Iohan. 8.

non credebat. Sed fides in Christum simulari non potest.[1] Christus igitur via est, per quam impii non ingrediuntur, et quae sola constituit sanctam ecclesiam.

Et erit in die illa, stillabunt montes mustum, et colles fluent lacte, atque omnes rivi Iuda manabunt aquis, et fons de domo domini egredietur, et irrigabit vallem Sittim.

[2]Haec allegorica sunt, montes enim foecundi et vitiferi dicuntur stillare mustum, et colles in quibus sunt laeta pascua dicuntur lacte fluere, quia pecus pulchre saginatur, et multum lactis gignit. Convenit ante utrunque evangelio quod recte et musto et lacti comparatur. Vinum confirmat cor hominis, inquit scriptura,[3] et mustum suavitate delectat, sic verbum et alit fidem et in cruce suggerit efficaces consolationes. Diversum lex facit, quia enim accusat et intentat mortem, terret et frangit animos. Non solum autem pugnat cum fide timor quem lex excitat, sed fidem prorsus excutit. Evangelion autem terrorem hunc aufert, cum ostendit mediatorem et intercessorem filium dei et animos implet certa fiducia misericordiae dei, haec postea consolatur animos in cruce, facit intrepidos et magnanimos in periculis, sicut exempla apostolorum ostendunt.

[4]Quod autem de rivis aqua manantibus dicit, pertinet praecipue ad successum evangelii. Sicut enim arida loca infoecunda sunt: Ita ubi aquarum copia est omnia virent et florent. [5]Docet igitur quod ubicunque evangelion sonabit, ibi ·rimos fructus secuturos. Habet enim additum

1) Ien.: Rom. 17. 2) Evangelium comparatur vino ·usto. 3) Ien.: Psal. 103. 4) Rivi. 5) Dona quibus ·siam ornat deus.

spiritum sanctum, is non uno genere donorum suos ornat. Primum est agnitio dei vera, quod deus amet nos, et per filium suum velit nos salvos. Hinc nascitur fides, qua confidimus deum nostri misertum, nos filiorum loco habere, et in aeternum contra omnes omnium hostium conatus et molimina servaturum esse. Ex fide nascitur invocatio, ut in periculis confugiamus ad deum, et certam ab eo expectemus spem.

Invocationem comitatur dilectio, dilectionem obedientia et timor. Non quidem talis timor, qualis solet esse in iis qui metuunt poenas ab irato iudice, sed reverentia, et summum studium declarandae gratitudinis, et cavendarum offensionum, atque hic tanquam mare aperiunt se huius vitae varia erga proximum officia: Serium vocationis studium, in vocatione humilitas, ne de nobis sentiamus magnifice propter dona certa, in humilitate benevolentia, et studium erga omnes. Sed quid frustra conor oratione complecti omnia spiritus sancti dona, quae infinita sunt? Illa autem singularia sunt: confessio fidei, periculorum contemptus, patientia, spes. Sicut igitur ad perennem rivulum perpetuum ver est, non arbores, non flores, non sata sentiunt solis aestum: Ita ubi evangelii vox laeta sonat, ibi multo numero varii fructus proveniunt.

[1]Sed inquies, non apparere fructus hos, diversum potius fieri. Nunquam enim plus fuit scandalorum in mundo, quam nunc nunquam etiam plus periculorum, et gravissimorum calamitatum, quae vivum testimonium dicunt de peccatis nostris. Respondeo vere haec dici. Sed non ideo vana sunt quae de regno Christi propheta hoc in lo(co) vaticinatur. Fides enim paucorum est, et ecclesi(a) similis est agro, in quo quarta tantum pa(rs)

1) Scandala obruunt dona.

fructum parit, reliquas partes omnes inimicus homo implet zyzaniis. Sicut autem zyzania in altum et subito quidem emergunt, lecta autem semina tardius incrementum sumunt: Ita hic quoque scandala incurrunt statim in oculos, ac late omnia sic occupant, ut non nisi diligenter circumspicienti appareant hi fructus, quos prophetae sic praedicant. Intuere magistratus omnes qui in mundo sunt, maxima pars corrupta est, sectatur studia, usitata, indulget voluptatibus, cumulat exactiones, negligit verbum, negligit ministros verbi et disciplinam. Et tamen consideranti omnia attentius, alicubi occurret bonus princeps, studiosus religionis, amans suorum, honestatis et disciplinae custos, et moderatus. Sic vaganti cogitatione per singulas in vicinia sua domos, passim dissoluta disciplina, corrupti mores, superbia, avaritia, luxus, iracundia apparent, et tamen inter has, una et altera invenietur, in quibus parentes religionis amantes sunt, suos ad pietatem adsuefaciunt, moderantur sumptus, liberaliter iuvant pauperos, non avare exigunt lucrum in contractibus etc. Ita etsi pauci, tamen aliqui sunt boni, ubi e contra si verbum non esset, nihil unquam frugi esset.

[1] Ad hanc sententiam plerunque applicatur etiam hoc, quod de fonte ex templo scaturiente, et usque ad vallem Sittim profluente, additur. Sed alia prophetarum similia testimonia ostendunt peculiare aliquid hic signifiri [sic!]. Apud Zachariam prophetam capite 13.[2] extat vaticinium de fonte, qui aperietur domui David, et habitatoribus Ierusalem ad peccatum et immunditiam abluendam, hoc est, de tali fonte, in quo lavantes abluent peccatum, et immunditiem omnem. Sic Esaias

1) Fons domus domini est baptismus. 2) Ien.: Zachar. 13.

cap. 12[1] inquit, haurietis aquas cum gaudio de fontibus salutis. Non nominat unum aliquem fontem, sicut Ioel hoc in loco, qui etsi de uno fonte loquitur, tamen dicit extra templum in Sittim usque emanaturum, ita ut unius fontis aquae in longinquam regionem deriventur. Sicut igitur Zachariam et Esaiam de sancto baptismo loqui dubium non est: Ita Ioelem quoque quid prohibet ad baptismum accomodare, cum diserte de fonte in domini domo loquatur? Fons non dicitur, ubi nulla est aqua. In hoc autem monte non simplex aqua est, sed aqua domini, nam ex domini domo scaturit. Sicut autem aquae simplicis, seu naturalis multiplex est usus, bibitur, rigat et foecundat arida loca, sordibus quoque abluendis aptissimus est: Ita sacer baptismus animam accensam siti gratiae potat. Est enim fons salutis, quem qui bibunt, hoc est, qui promissioni additae credunt, nunquam sitiunt. Sicut Christus dicit: Qui crediderit et baptizatus fuerit, salvus erit.[2] Ac corda hoc coelesti potu domus domini refecta, non amplius sunt arida et sterilia, sed ut Psalmus dicit,[3] sunt similia arboris plantatae ad rivos aquarum, quae fert fructum suum suo tempore. Non enim impeditur, nec laeditur ardoribus solis. Praecipuus autem fructus est de quo Zacharias dicit, quod peccata et immundities hac aqua abluuntur. Hunc fructum sequitur aeterna vita.

[4]At inquies, quomodo hoc aqua potest? Respondeo. Aqua ceu elementum per se hoc non potest, etsi enim sordes vestium et corporum abluit, tamen animam attingere non potest, Ioel autem diserte, non in genere de aqua loquitur sed de aqua profluente ex domo domini. E

---

1) Ien.: Esaiae 12. 2) Ien.: Esaiae 1. 3) Ien. Psal. 1. 4) Baptismus confert remissionem peccatorum

divina aqua est, non ideo solum, quia baptismus a Christo institutus, et carne ipsius sancta mundatus est, sed quia huic aquae verbum et spiritus sanctus est additus. Is purificat corda fide, et quicquid sordium est, sic abluit, ne nos damnent. Sunt igitur haec praecipua ecclesiae dona, verbum et sacramenta, quae ambo eo faciunt, ut statuamus dominum esse spem nostram, et refugium nostrum. Hanc ecclesiam appellat propheta hoc in loco Iudam,[1] significat autem Iuda hominem qui agnoscit, confitetur, et laudat deum, propter misericordiam suam humano generi exhibitam. Reliqui enim omnes, qui hoc beneficium non admirantur et praedicant, deum blasphemant.

In hoc blasphemantium numero cum synagoga quoque sit, quae Christum et apostolos occidit, et evangelion ut nocentissimam pestem damnavit, non meretur nomen hoc, ut Iuda vocetur. Itaque propheta appellat Aegyptum seu Mizraym[2] et Edom mizraym significat tribulationes, nec dubito nomen hoc terrae inditum propter historiam, quod posteritas Iacob sic indigne a regibus istic habita est.[3] Edom autem nomen habet a sanguine. Haec nomina aptissime conveniunt adversariis ecclesiae.

Aegyptus desolabitur, Edom erit vastum desertum, quia filios Iuda dissipaverunt, et effuderunt sanguinem innocentem in terra ipsorum. Iuda autem habitabit in aeternum, et Hierusalem in generationem et generationem. Sanguinem autem ipsorum graviter ulciscar. Et dominus habitabit in Zion.

De Mizraym et Edom ut dixi, dubium nul-

1) Iuda. 2) Mizraym. 3) Edom.

lum est, quin Synagogam significet, quae et odit ecclesiam, et crudeliter in eam saeviit. Ad hunc enim modum Esaias quoque cap. 34.[1] Synagogam vocat Edom cum dicit: Gladius meus ebrius est in coelo, et ecce descendet super Edom, et populum qui est sub anathemate meo, ut eum iudicem. Item victima erit domino in Bozra, et mactatio magna in Edom, hoc est, dominus synagogam anathemati subiecit propter crudelitatem, quam exercuit in evangelii doctores: Igitur perire eam necesse est.

Utile autem est de hac ecclesiae fortuna saepe doceri et admoneri nos, non solum ut confirmentur animi contra scandalum crucis, sed ut excitemur etiam ad poenitentiam.[2] Nam caro cum sentit crucem, non potest, non sollita [sic!] esse de ira dei, praesertim cum sibi male est conscia. Si autem, ut hoc in loco propheta de piis docet, praeter meritum se affligi videt, negligi se a deo iudicat. Inde vel indignatio vel desperatio oritur, nocentissimae fidei pestes. Nisi igitur et confirmemur exemplis, ac scripturae sententiis de eventu admoneamur, nullam consolationem firmam animi videbunt. Ratio enim totis quasi velis fertur, aut in desperationem, aut impatientiam. [3]Primum igitur praesens locus nos admonet, ecclesiam variis periculis excipi, et habere hostes Satanam et mundum. Cum his autem sic depugnat, ut videatur vinci. Succumbit enim, si rationis sequaris iudicium. Stephanus lapidibus obruitur, baptista iugulatur, alii alio genere supplicii extinguuntur. Dura videntur haec esse, et res speciem habet accidere talia non immeritis. Impinguntur enim eis gravissima crimina seditionis, vitiatae religionis, blasphemiae, quae ipsa morte acerbiora sunt.

---

1) Ien.: Esaiae 34. 2) Ien.: Matth. 14. 3) Eccle varie affligitur.

[1]Sed consolatur dominus hoc in loco ecclesiam, et dicit sanguinem innocentem fundi. Non enim istorum criminum rea est ecclesia, sed divina voce iubetur haec iniqua mundi iudicia contemnere, et statuere, quod praeter meritum a mundo affligatur. Haec sane non est exigua consolatio. Itaque Satan conatur eam removere ex oculis atque animo. Hoc enim in talibus calamitatibus primum est, ut animi suam immunditiem intuentes angantur, et ex merito venire poenam iudicent. Sed dominus pronunciat innocentes affligi. Etsi enim peccatores sunt, tamen et condonata eis sunt peccata per Christum, et hostes ipsorum neutiquam hoc agunt, ut propter peccata eos punient. Doctrinam, confessionem, fidem oderunt. Haec sola Satanico odio persequuntur, et extinguere student. Duplici igitur nomine sunt innocentes et propter fidem in Christum, quae tollit peccata, et propter hostium iniqua iudicia, qui summa dona spiritus sancti blasphemiam esse pronunciant.

Non tamen negandum est ecclesiam saepe, ut nocentem affligi. David etsi audit remissionem peccatorum, tamen caedis et adulterii poenas dat, dum extinguitur infans ex adulterio natus, et ipse regno per filium eiicitur. Et Petrus ait[2] iudicium incipere a domo domini. Sed propter huiusmodi peccata mundus ecclesiam non odit, nec in eam animadvertit. Praeter meritum igitur et vere innocentes affliguntur pii.[3] Confessionem enim et fidem mundus odit, quae certe non peccata, sed summa dei dona sunt. Iusta igitur poena est, quoad deum, coram eo enim nemo est innocens. Odit autem peccatum, et vult paulatim id in nobis leri, et revocat hoc modo ad poenitentiam. Sed

1) Ecclesia patitur praeter meritum, etsi peccata et. 2) Ien.: 1. Pet. 4. 3) Ecclesia nocens et in-ns.

mundus dum affligit pios, hunc finem non spectat. Quod igitur ad mundi iudicium persequentis et affligentis pios attinet, ecclesia plane est innocens, ac iubet propheta, ut in cruce hac consolatione se sustentent.

[1]Huic consolationi subiicitur alia de eventu, etsi enim rationi indignum videtur, praeter meritum a mundo et Satana affligi pios, tamen si in eventum, qui certus est, intueatur, et videat aeterna praemia hanc calamitatem secutura, spe hac sua damna levabit, et expectatione aeternorum bonorum temporales calamitates superabit et vincet.[2] Sicut autem mirum et incredibile pene iudicatur, amari a deo afflictos et calamitosos: Ita quoque incredibilius nihil est eventu illo,[3] de quo propheta hoc loco concionatur. Edom, inquit, effudit innocentem sanguinem, in terra sua. Sed Edom redigetur in solitudinem, Iuda autem habitabitur in aeternum, et Ierusalem a saeculo in saeculum. Hoc quid aliud est, quam quod Esaias dicit, cap. 27:[4] Mortui tui vivent? Qui autem occidunt ecclesiam, hi in aeternam coniicientur mortem. Et Christus:[5] Qui confessus me fuerit, et vitam suam propter me amiserit inveniet eam. Inversa igitur hic sunt omnia. Quos mundus calamitosos esse iudicat, et divinitus praemi gravissimis poenis videt, hos amat deus, et tum maxime se ut patrem filiis offert, cum maxime putatur irasci. Verum enim est quod Salomo dicit:[6] Pater filium quem castigat diligit. Contra mundus, quia floret et foelix est, dum putatur vicisse, iacet victus, et succumbit, non eo modo quo pii. Hi enim brevi poena defuncti liberantur ex omnibus vitae calamitatibus. At impii aeternae irae et flammi

---

1) Ecclesia victa vincit, et oppressa premit impios
2) Ien.: Marci 16. 3) Ien.: Psal. 1. 4) Ien.: Esa. 27
5) Ien.: Matth. 10. 6) Ien.: Prov. 3.

gehennae, propter innocentum sanguinem effusum, subiicientur, et ne quidem in hac vita poenas effugient. Sicut Iudaeorum tristissimum exemplum testatur, varie enim exercentur in hac vita, et excipient eos aeternae poenae.

[1]Haec non solum scripturae testimoniis, sed etiam illustribus exemplis omnium aetatum comprobantur. Florentissimum regnum Aegyptiorum funditus interiit, filii Israel ter quaterque infoelices, imo plane perditi, divinitus liberantur et servantur. Impia synagoga, dum Christum conatur opprimere, et sine discrimine saevit in pios, evertitur tota, ecclesia autem durat. Monarchae Romani, dum hoc studiose agunt, ut opprimant ecclesiam, opprimuntur ipsi. Recte igitur comparantur ecclesiae hostes horto sine aqua, et arbori, cuius folia defluunt Esa. 1.[2] ad tempus florent, sed tandem concidunt. Ecclesia autem quae similis emortuo stipiti iudicatur, vere ut palma, dum varie calamitatibus premitur, insurgit per verbum spiritus sancti contra pondus, et quo urgetur magis, eo magis se contra molem attollit.

Huius insperati et incredibilis eventus quae est causa? Haec nimirum, quod dominus hoc in loco addit. Mundans ego, sanguinem non mundabo. Hebraismum agnoscunt linguae Hebraicae periti. Sicut enim in his locis, abiiciendo abiiciam, exaudiens exaudiam, repetitio significat eximium studium et diligentiam: Ita negatio addita repetitioni significat certam et immutabilem sententiam. Si diceret textus, mundans mundabo, promitteretur perfectissima mundatio ab omnibus sordibus et peccatis. [3]Nunc autem cum negativam it, prorsus negat mundationem, et significat

---

1) Exempla quomodo ecclesia sit servata. 2) Ieniae 1. 3) Persecutores ecclesiae perire necesse est.

inexpiabile peccatum esse, fundere innocentem sanguinem. Sicut igitur ecclesia credens in Christum, spem remissionis peccatorum certam habet. Ita hostes ecclesiae inexpiabili peccato tenentur, neque aliud quam certam et aeternam expectabunt damnationem, nisi accedat vera poenitentia, sicut Esa. quoque pronunciat, cap. 2:[1] Tu eis non remittes.

Haec ecclesiae consolatio est, quae sicut per verbum iudicat mundum: ita propter verbum non solum male audit et blasphematur, sed etiam plagas, imo mortes non unius generis sustinet. Huc igitur respiciamus, et non de praesentibus incommodis, sed de certo et tamen occulto eventu cogitemus, quem sequi utrinque necesse est, quod Zion habitabitur, Edom autem erit tandem in desertum. Varie hoc tempore quassata est ecclesia, necdum cessant insidiarum varia pericula, praebebemus autem multa de nobis metus et desperationis exempla. Sed cur non colligimus nos? et subiicimus nobis non solum notissima scripturae indubitata testimonia, sed etiam notissima exempla omnium aetatum. Quis omnium regum mundi non dedit poenas attentatae persecutionis? Quis unquam foeliciter pro idolatria depugnavit? Nonne qui foelicissime administrarunt imperia principio, statim cum ecclesias affligere coeperunt, horribilibus periculis, et calamitatibus incredibilibus excepti sunt? Adversarii verbi varie declarant odium suum contra ecclesias nostras, et eiusmodi nunc instruuntur initia, quae religioni verae ruinam secum videntur tractura. Haec pios cogitantes de posteritate gravissime exercent.

Sed non hostium potentia, non nostra im[be]cillitate et paucitate terreamur. Causam ips[am] intueamur. Retinemus confessionem filii dei, [...]

1) Ien.: Esaiae 2.

contaminavimus manus nostras innocenti sanguine, at hostes nostri iam olim sanguine pollutas manus, et animos habent. Quis igitur finis tandem erit. Nimirum is, de quo propheta hic concionatur: Aegyptus quae affligit filios Israel, et Edom qui effundit innocentem sanguinem, erunt in vastam solitudinem. Sed Iuda, hoc est, qui retinent confessionem evangelii, habitabitur in aeternum, et Ierusalem in generationem et generationem. Quoniam dominus habitat in Zion, hoc est, in ecclesia, quam etsi affligi sinit, non tamen sinet everti aut vastari penitus.

Hac eximia et suavissima promissione claudit Ioel suas conciones. Coniungamus igitur vota et preces his miseris temporibus. O aeternae pater domini, et liberatoris nostri Iesu Christi, sentimus quae tuae ecclesiae in hac vita sit fortuna, et quam exerceatur varie a Satana et mundo: Rogamus igitur te per hunc unigenitum filium tuum, ut primum spiritu tuo sancto nostros confirmes animos, ne tot periculis succumbamus, deinde ut hostium conatus non solum impedias, sed fido et mirando auxilio tuo toti mundo declares ecclesiam tuam tibi esse curae, eamque regas, tuearis et salves, qui vivis et regnas aeternus deus, deus pater, deus filius, deus spiritus sanctus, in saecula saeculorum, Amen.

Finis enarrationis in Ioel prophetam.[1]

1) Finis — proph. deest in ed. Ien.

INSIGNIORES SENTENTIAE EX CONCIONIBUS IOELIS.

I.

De poenitentia, Ioel. 2.

Etiam iam nunc dicit dominus, convertimini usque ad me in toto corde vestro, in ieiunio, et in fletu et in luctu, et scindite cor vestrum, et non vestimenta vestra, et convertimini ad deum vestrum, quoniam clemens et misericors ipse, longanimis et multum benficus, et poenitebit super malo. Hinc poenitentiae definitionem sumere deberent Sophistae Lovanienses, et Conciliabulum Tridentinum, annumerantes ad poenitentiam auricularem confessionem, et satisfactionem. Debet poenitentiam sequi emendatio vitae, sed quomodo probabunt eam esse satisfactionem pro peccatis, et mereri remissionem peccatorum? Affirmant quoque fidem non esse fiduciam. Sed cur proponitur deus clemens, misericors etc.? nonne ut fidamus in ipsius clementia? misericordia? etc. Sed sic debent coecitate amentia percuti, qui volunt esse religionis, sacrarum literarum doctores, et tamen ex ce proposito aliud nihil agunt, quam ut veram doc nam opprimant.

II.

Poena ebrietatis fames et annonae caritas. Item peregrinus hostis, cap. 1.

Eiulate ebrii et ululate omnes vini potores, propter mustum, periit enim ab ore vestro. Gens enim fortis et quae numerari nequit ascendit ad terram meam.

III.

Ad poenitentiam pertinet invocatio, ac rudes caeremoniis publicis sunt invitandi, cap. 1.

Sanctificate ieiunium, convocate coetum, congregate senes, universos habitatores terrae in domum domini dei vestri, et clamate ad dominum etc. Caeremonias habent papistae quoque, sed non ad invocationem, quam penitus nesciunt, siquidem fidem nesciunt, et verbum persequuntur.

IIII.

Forma orandi, cap. 2.

Miserere[1] domine super populum tuum, et ne des haereditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis gentes, quare dicent in populis ubi est deus eorum? Cum hac forma scilicet conveniunt Lovaniensum et Tridentinorum preces, orantium in mortuorum nomine, quorum intercessionem, Christo excluso, quaerunt, atque hoc dicunt pie fieri, fingunt dulias, latrias, hyperdulias et alia portenta: Ita manifestum faciunt quam sedulo et pie legant prophetarum scripta, quae novo decreto conciliabolum Tridentinum mandat non nisi in usitata translatione legenda. Sic enim consulunt otio, et illorum discipuli dant operam, nae illigendo ut nihil intelligant, siquidem linguas um spiritus sancti excellentissimum damnant.

1) Ed. 1547: Misere.

Sed quod ad invocationem attinet, memineris sententiae Christi, Iohan. 16.[1] Quicquid patrem rogaveritis in meo nomine dabit vobis.

V.

Promissio de fructibus poenitentiae, cap. 2.

Si conversi fueritis ad deum vestrum tum zelabit dominus pro terra sua, et parcet populo suo, et respondebit dominus, et dicet populo suo: Ecce ego mitto vobis frumentum, et mustum et oleum, et saturabimini, et non amplius vos dabo in opprobrium inter gentes, etc. Sed quid Germania sibi promittet, Episcopis urgentibus idolatriam? Aliis autem ex nostra parte nihil minuentibus de usuris, luxu, commessationibus, libidinibus, imposturis, etc.

VI.

De regno Christi et officio Christi, cap. 3.

Vocatur Christus doctor iustitiae, sicut in quarta sententia Paulus Mosen appellat ministrum peccati, et clare dicitur mitti eum a domino deo. Igitur patris et filii persona hic constituitur, una mittentis, altera missi.

VII.

De officio et persona spiritus sancti.

Qui antea promisit iustitiae doctorem Christum, iam promittit spiritum suum. Effundam spiritum meum super omnem carnem. Igit mysterium trinitatis hic clarissime ostenditur.

---

1) Ien.: Iohan.* 16.

VIII.

De invocatione, quod afferat vitam aeternam.

Et erit omnis qui invocaverit nomen domini, salvabitur. Complectitur autem invocatio verbum, sacramenta, et fidem, Roma. 10. Certo autem habeto, hanc sententiam a nullo papista intelligi.

IX.

De vocatione gentium.

In monte Zion et Ierusalem erit salvatio, etiam reliquorum quos dominus vocabit.

X.

Summa doctrinae evangelii.

Dominus erit refugium suo populo, et arx filiis Israel, et scietis quia ego dominus deus vester, habito in Zione sancto monte meo.

XI.

Articulus symboli, quod ecclesia sit sancta.

Et tunc Hierusalem sancta erit, et alieni per eam non transibunt. Cum hac sententia confer illam Tridentini conciliabuli: Neminem sibi persuadere debere, quod sit in gratia. Hoc scilicet est sine fide placere deo, sicut epistola ad Hebraeos docet.

XII.

Testimonium de Baptismo cap. 3.

Tum egredietur fons de domo domini, qualis tem fons sit ostendit Zacharias cap. 13.

XIII.

Ecclesia in mundo afflicta liberabitur tandem, persecutores autem eius peribunt.

Aegyptus (sic vocat incredulam synagogam) erit vasta, et Edom solitudo deserta, qui fuderunt innocentem sanguinem in terra sua, sed Iuda habitabitur[1] in aeternum, et Ierusalem pepetuo, mundans non mundabo sanguinem eorum, dominus autem habitabit in Zion. Hac spe sublevemus nos, est enim certa et firma. Alia peccata condonabuntur, sed effusio sanguinis Christiani, nisi exemplo Manassae principes emendentur, non mundabitur. Sicut Christus de Iudaeis dicit[2]: Moriemini in peccatis vestris. Sed iam hanc tremendam sententiam secure contemnunt.

---

[3]Ἔρχου κύριε ἰησοῦ
Ναὶ, ἔρχομαι ταχύ.
Μόνον πίστευε, καὶ ἀνέχου μικρὸν ποίμνιον.

Psalmo LXXXIX.

Beatus populus qui scit iubilationem!

---

1) In ed. priori de 1547 legitur: habitabitabitur; editiones posterios errorem correxerunt. 2) Ien.: Ioh. 8. 2) Ἔρχου — iubilationem desunt in edd. Vuitt. et Ien. In Vuitt. legitur: Finis.

AMOS

I.

PROLEGOMENA.

Hic quem nos primum typis exscribendum curamus D. Martini Lutheri commentarius in Amos prophetam adhuc ignotus asservatur in bibliothecae senatoriae Cygneensis codice H. III. signato, cuius iam mentionem fecimus in Prolegomenis ad Ioelem I. supra descriptis, ibique invenitur inde a folio XXX (verso) usque ad folium XLVII (rectum). Stephanus Rothius, S. P. Q. Cygneensis scriba in scholis publicis Vuittembergensibus eum ex ore doctoris excepit et quantum praestare potuerit depinxit, Lic. Dr. Buchwaldus Cygneensis ex Rothii autographo quam accuratissime exscripsit nobisque in usum huius editionis tradidit et commendavit.

De tempore, quo Lutherus Amos prophetam exposuerit sub iudice ad hoc usque tempus lis fuit. Seckendorfius, qui alias ex verbis, quae cuidam insunt operi, licet minimis solet colligere, quo tempore praelectio habita sit, hac de re in pertractando nostro propheta nihil coniicit. E codice Cygneensi probatur, Lutherum Amos prophetam inchoasse paulo post d. dom. XXV. p. Trin., id est post XIII. diem mensis Novemb. MDXXIV. Rothius videlicet in describendis verbis Lutheri anc retinuit consuetudinem, ut quas ex ore maistri exceperit in unum libellum omnes redigeret ım adnotationes exegeticas cum conciones pulicas servato ordine, quo Lutherum usum esse ıtelligamus. Praemissae sunt descriptioni Amos

prophetae Rothianae tres conciones, prima et secunda Pomerani de locis Matth. XXII. et IX. diebus dominicis XXIII. et XXIV. post Trinit., id est XXX. mensis Octob. et VI. mensis Novembris, tertia Lutheri de loco Ioann. VI. die dominica XXV. post Trin., id est XIII, mensis Novembris MDXXIV. habitae. E codice Altenburgensi, quem in Prolegomenis secundi commentarii in Ioelem commemoravimus, confirmatur, Lutherum Amos prophetam mense Dezembri MDXXIV. incepisse, sub auspiciis anni novi finiisse. Quae cum ita sint, cognitionem nunc temporis spatii, quo prophetam supra laudatum Lutherus tractaverit, certissime limitati ac determinati nobis codices suppeditare laetamur.

Rothii integram scribendi rationem in hac editione principe retinuimus. Adnotationes marginales praeter versuum biblicorum et foliorum codicis enumerationem scholas marginales in codice obvias denotant. Verba uncinis inclusa Lic. Dr. Buchwaldo auctore adiecta sunt ad contextum saepissime abbreviatum necessario emendandum.

Adnotationes

in

Amos Prophetam

ex

praelectione D. Martini Lutheri

Vuittembergae anno MDXXIV. et MDXXV.

exceptae.

AMOS PROPHETA. DOC. M. L.

[1]Non aliam ob causam aggredior hanc praelectionem nisi ut verbum in nobis abundet, ut in hymnis et psalmis deus laudetur, ut copia verbi adsit et divitiae, iuvabo quantum potero.

Verba[2]:

propheta hic contemporaneus est Ozeae et prophetat contra eosdem, contra regnum Ephraim, quamvis non utatur vocabulo, item de eadem calamitate futura qua Ozeas. Deus praemittere solet suos prophetas et nuncios mittere, qui convertant corda quorundam, quando vult aliquid facere, sic hodie. Cum instaret vastatio Israel, non omisit quin moneret deus et avocaret, sed quod accidit nunc, ita tunc accidit verbo, pauci adsunt, contemnuntur, blas[*phemantur*], vituperantur, ridentur. sic tunc verbum ride[*batur*], imo interficiebantur prophetae. Sic est cursus verbi. Exemplum hodie videmus. Summa: corripere populum, admonere ad poenitentiam propter futuram diremptionem populi. prophetat in florentissimo tempore id quod maxime solet nocere erbo etc.

[3]In libro regum[4] de felicitate Iheroboam

1) Incipit fol. 30. B. MSCi. 2) v. 1. 3) Incipit fol. l. A. MSCi. 4) 2. Reg. 14, 25.

pronepos Iehu. in populo isto prosperitas regni, infatuant eum, perdit eos in prover[1]: non cognoscere misericordiam dei. sed manebant in impietate, superbiunt. in felicissimo igitur tempore prophetat, quia prospera tempore erant etc. In tempore prospero admonentur tristari et e contra etc. Verba, id est: haec sunt quae videt etc.

thecoa,

Infra non sum propheta inquit ad Amasian, id est: non fuit de genere et ordine prophetarum. Vide sententiam in Hiere: de diversis ordinibus sacerdotum et prophetarum, non peribit verbum a sapiente. qui ergo reprimit istos prophetas, iste est a diabolo, et ergo per istos ordines sacerdotales et pro[*pheticos*] regebatur populus, ut nunc universitates, doctores. superbia istorum simplices rusticos excitavit in contemptum ut hunc prophetam, ubi damnant prophetae etc. **das ist eyn schentlich ding** quod unus homo audet contra totum ordinem sacerdotum surgere etc. auctoritate divina iniectus in egregia discrimina etc. stultus videtur et propheta et deus. **was hat das fur eyn schein** etc. non putatis quibus argumentis usi sunt contra eum etc. non erubescit igitur se non vocare pastorem, verbum hoc significat eum qui habet multos greges, etiam si non sit pastor, habuit pecora multa rex Moab, id est: inter dominos pecorum in Thecoa. Vicula [sic!] in tribu Iuda iuxta betz **in der wusten man**, vilis locus, vilis persona, vile verbum, hoc est opus dei, infatuare sapientes et erigere stulta. Israel floruit tum et fortunatus rex fuit. Hiero: illa fortuna causa fuit, cur non crederetur. De isto terrae motu nihil in scripturis sanctis habemus, multa non extant, de isto terrae motu in Zaccharia,

1) prov. 1, 32.

testantur fuisse terrae motum sub rege Iuda, quo anno factus sit terrae motus, Ozias lepra percussus etc. commentarii dicunt quod ibi deus iratus fecit terrae motum, terraemotus ille fuit signum futuri mali ut semper solet, Deus non desinit praemittere signa sua etc. signum futurae calamitatis fuit.

Dominus.[1]

thema est totius prophetiae et praesertim capitis istius. Sic in Iohe[*le*]: metaphora est vel potius allegoria: cum leo regit, excutit iubas, quaerit rapinam, comminatio irae, id est: dominus dat de Zion magnam indignationem, hutt euch, schuttelt den Kamp, [2]tonabit, dohnt und schreyhet pro dabit. loquitur de habitante deo, id est: dominus qui habitat in Zion et residet in Zion, ille dabit vocem suam, et rugiet, ille dominus et si contemptus est per Israel, utetur dentibus et gutture regis Assyriorum wirt euch fressen, hut euch. Dicere vult quod efficiet.

Et luxerunt,

supra eadem verba in Iohel,

lugebunt habitacula pastorum et excitabitur caput Carmeli.

sic legendum est, id est: rediget terram in solitudinem ut ubi nunc sunt pastores, sit desertum et luctus sine oppidis, habitatoribus, cultu, wedder essen noch trincken illic erit, id est: erunt deserta metaphorice. Carmelus celebris fructibus et ubertate, pecora iuda pascuntur .... qui est ad littus maris occidentalis, id est: redigetur ille mons ı desertum et non coletur qui nunc est mons :ugifer et fertilissimus et uberrimus, latus et ɔa[*tiosus*], habens campos, agros, villas etc. meta-

1) v. 2. 2) Incipit fol. 31. B. MSCi.

phorae sunt et allegoriae: per ha[*bitacula*] pas[*torum*] infimas sortes hominum et per ver[*ticem*] car[*meli*] optimates, id est: tanta ruina et vastitas instat, ut omnia tam infima quam optima, reych vnd gewalt, arm muß vntergehen. Figuris pluribus utuntur minores prophetae quam maiores. Iam exponit qui sint vertices carmeli et quae ha[*bitacula*] pastorum et dicit:

Haec dicit Dominus.[1]

Super, propter tres praevaricationes Damasci et propter quattuor. tribulum ferreum, eyn flegel, dentatum instrumentum, quo triticum, frumentum, futterschutter, hecherlyng, pabula armentorum tribulantur dentata tribula etc. quo teruntur fruges, — qui devoret — Cyrene, in Tyro est, Cyrene in Aphrica est, qua nunquam potitus est Assyrius. Varie trac[*tatus*] est hic locus de tribus praevaricationibus, per 4or peccata quae difficiliter remittuntur intelligi putat lyra, hiero[*nymus*] ineptior hic est. Propheta allegat unum peccatum quod tribuit Damasco, quod trituraverit etc. stultum est sic ludere in peccata, nominare peccata. Item faciunt 4or peccata. Sed ego dico: est tropus et modus loquendi in scriptura. lege levi. 26. et nominat hic tantum unum peccatum, sicut et in levitico.

[2]id est: et dabo vobis terram infructiferam et hanc poenam vocat septuplum etc. dimittere bestias et vastare etc. est una plaga. Sic unicum peccatum nominare videtur mihi septuplum peccatum, nihil refert, quod dividit. significat iste numerus perfectionem, in rotundum, vos percutiam, non cessabo, sed sinam ire plagas meas usque in finem, perfectionem significat, peccaverunt hoc modo, ut perseverarent et non cognoscerent pecca-

1) v. 3. 1) Incipit fol. 32. A. MSCi.

tum et sicut pec[*catis*] rotunde, non cess[*abo*] ita plagas, propter incessantem praevaricationem quam vehementer et rotunde peccatis etc. Iuda deseruit totum .... et statura praevaricatus est etc. et tamen dicit septuplum. ad intensionem, durationem, perseverantiam peccati pertinet 7 numerus. quia trituravit tribulis ferreis gilead.[1] Vult dicere: hanc regionem tri[*turavit*], id est: contrivit et convertit prorsus in nihilum, metaphorice loquitur, ut tribula pabula, sic bello contrivit hanc regionem, ut thir dardurch lauffen.

Non convertam,

wil yhn lassen gehen etc.

ignem[2]

velut generalem plagam, vastitatem illam Assyriacam significat, ich wil eyn feuer anzunden, das soltu sehen devastantem omnia.

ignem,

id est: regem Assyriorum, Azahel, fuit maxime infestus terrae Gilead. Dabo pavorem in corde, ut fortes eorum non possint se tueri.

Vectem,[3]

id est: muros et defendentes, ut se non possint defendere,

evellam,

eradicabo, succidam, exterminabo. Damascus in planitie sita est. Habitatores delicati, ich wil sie auss der Schonen awe heben, faciam ut transferantur de loco fertili.

In campo,

planitie

---

1) v. 3. 2) v. 4. 3) v. 5.

Aphen,

impietatis, ido[*lo*]latria, dicitur hebraea lingua. Aphen molestia, **muhe vnnd arbeyt** etc. ad studia impietatis transfertur qua fatigant se impii homines etc. Damas[*cus*] est florentissima urbs et delicatissima, sed servit idolis.

Tenentem sceptrum

periphrasis est, id est: regem qui sustentat regnum, **den wil ich werffen**

de domo vo[*luptatis*],

sed de arce illa voluptatis transferam etc.

Benhadab

vel dar, hic est primus rugitus in particulari etc. **er wil so hyndurch gehen mit dem Kopff** ut ipsi etc.

[1]Super tribus sce[*leribus*] Gazae.[2]

propter tres praeva[*ricationes*] Gazae et propter 4or. dicit propheta omnes gentes in circuitu territurum deum rugitu suo. In medio earum regionum sedet regnum Israel, arrugit circumia[*centes*] regiones. Scriptura non habet, quae sit ista historia, ea regio satis pugnax et invicta regio in 5 satrapas, parva natio Palestinorum, ut **graffe** inter **fursten.** significat Gazeos in conflictu cepisse Israelitas aliquot, tradidisse Idumeis etc. omnes hae gentes adversatae sunt Israel. In medio posui eam. ista est Ierusalem. in ps. non potuit Israel omnes gentes delere circumia[*centes*] neque ille eam etc. Gaza inter pale[*stinenes*] urbes non prima quamvis tunc, illud peccatum puniet deus septuplum igne, id est: regno Assyriorum.

Concludere

verbum tradendi, ut plurimum vertitur, conclusi

1) Incipit fol. 32. B. MSCi. 2) v. 6.

dominus inimicos in manus suas etc. sic in li[*bro*] regum, id est: tradere in manus inimicis. melius traderet hic quam concluderet etc.

eo quod transt

[*ulerint*]: etc. hebra[*ismus*]: est, ut cap[*tivitatem*] dixit cap[*tivitatem*], in Math. transmigrationem, hic cap[*tivitatem*] eo quod transmigrare fecerunt transmigrationem perfectam, quos nos captivitatem, immo captivis vocamus, id est: ii qui captivi ducti sunt in cap[*tivitatem*]: Babi(*lonicam*]. frequens est hoc: captivitatem captivare, transmigrationem transmigrare.

Perfectam.

eo quod fecerunt cap[*tivitatem*]: perfectam, id est: consummatam, nihil fecerunt reliquum. sic hiero[*nymus*]: sed non sic intelligo, id est: tam ardentes sunt et hostili animo ut non possint vindictam describere etc. Notantur Palestinae de vindicta in Ezechiele etc. omnes hae gentes contra Israel erant qui habuerunt verbum dei. et hodie qui vindictam quaerunt de verbo, ardentissimo et acerrimo ardore flagrant etc.

qui devoret pallatia eius.[1] habi[*tatorem*[, id est: cives.

Et conv[*ertam*] [2]:

vertam, hoc factum est per regem Assyriorum.

Super tri[*bus*] [3]: sce[*leribus*] thor,

eo quod, quia tradidit.

fratrum,

erni. Tyrii cum Pales[*tinensibus*]: conspira[*ve*-

]: in eandem cap[*tivitatem*]: Idumaeam,

1) v. 7. 2) v. 8. 3) v. 9.

perfectam,

id est: plenam. foedus illud est quod pepigit rex Salo[*mo*] cum Hyram, quod mutuo fratres se ap[*pellant*]: utpatet li[*bro*] 3 re[*gum*][1] concordes fratres appellantur. Tyri sua sponte ferventes ruperunt, solverunt hoc foedus. perfecte tradiderunt hanc cap[*tivitatem*]: populi Israel.

Et mittam.[2]

mittam igitur.

[3]Propter tres praeva[*ricationes*]: Edom.[4]

stertere videre hic mihi S. hiero[*nymus*]:

fratrem,

id est: Israhelitas,

misericordiam,

perdidit viscera sua, vastavit eos Israhelitas, frequens est in novo tes[*tamento*]: viscera non potest vehe — voca — efferri, viscera magnum verbum, alter alterius viscera esse debet, herz seyn, matrix fovet foetum, significat matricem etc. Unde dicit qui debebant fovere et saevierit sine fine ira eius et servat furorem suum in aethernum, id est: implacabilis furor fratris fuit in Israhel, ab Esau incepit et propagatus est in fraterna odia, acerbissima sunt.

Theman,[5]

duplex Theman nepos Esau ex Elipha ux[*ore*][6] a quo tota regio Idumaeorum dicta est, ut in ps. Egyptum Meiran, nunc vocatur Idumaea ab avo etc. vel a nepote theman, appellative austru

---

1) 1 Rg. 9. 2) v. 10. 3) Incipit fol. 33. A. MS(
4) v. 11. 5) v. 12. 6) ux[*ore*] est falsum Rothii ad tamentum.

significat theman. valde gloriati sunt themanitae de sapientia in Job.[1]

Bazra

invicta, fest. —

ignis,

id est: vastator rex Assyriorum.

Propter tres praeva[*ricationes*] fi[*liorum*]: Ammon.[2]
scindere reyssen von eynander,

praegnantes,

alii montes, sed non queunt, plus laboris quam lucri, scindere montes. gravidas vel praegnantes mihi placet, quia harot est, non harim, quod montes significat, metaphorice civitates opulentas, bene constructas, egregias tum, ut ipsi dila[*tarent*] terminum suum ..... istis gentibus etc. Naturale fuit isti populo Am[*mon*] invadere in terram Israelem, nota historiam Iephthe. non destiterunt, quam diu erant ammonitae. ideo non ces[*saverunt*] dila[*tare*] ter[*minum*] suum.

In muro,[3]

muris. Cuilibet regioni datur pr[*incipa*]lis urbs: Iherusalem, Sichem, rabba. Zela vel basra, Damascus in regno Syriae, in quam prophetae rugiunt et vociferantur.

aedes,

pallatia.

In ulu[*latu*]

vociferatione vincentium vel hostium, juczen verbum gnificat.

1) Iob. 6, 19. 2) v. 13. 3) v. 14.

In die com[*motionis*]:

tempestatis, descriptio est grassantis belli.

Melchen,[1]

ut quaelibet regio habet propriam civitatem, ita deum haberunt Milchon, Melchom, sic debet esse rex eorum. tempore Assyriorum regis factum est.

Caput Secundum.

[2]Incen[*dere*][3]

verbum heyſt gantz vnd gar verbrennen.

Carioth,[4]

melius civitatis appellative. Non placent mihi hic fabulae Iudaicae de Moab quod combusserit in cinerem et effoderit e sepulchro etc. velim metaphorice capere, plenus est me[*taphorarum*] hic propheta rusticus. Isachar est asinus osseus, id est: fortis et robusta, ossa, id est: principes et potentes et robustos eius combussit etc. arguit quod tanto ardore sese vindicaverit, hoc peccatum non potest ferre deus, mirabilis deus quod iudicat inter gentes, deus visitat universas gentes, ut sit deus totius mundi et gen[*tium*] et Iu[*daeorum*], populum per populum punit etc. Non est fortuna etc.

In sonitu:

in tumultu, brauſʒen ut in mari procelli et venti in arboribus sonant.

In clan[*gore*]: tubae

in vociferatione et in voce tubae vel in iubilatione hoc totum efficiet rex Assyriorum. Iam descendi in Iudam et praesertim in Israel. Do bleybt er.

1] v. 15. 2) Incipit fol. 33. B. MSCi. 3) v. 1
4) v. 2.

abie[*cerit*] [1]:

reprobat. Prophetae nihil tam arguunt in populo quam quod non servant quae debent servare et thuen. Hic unum peccatum vides comprehendens multa etc. praeceptum, ordinationem, quod tempore potest mutari etc. sic in ps. 2.[2] perpetuum statutum ei . . . ., hic populus manet semper in suo sensu, drumb wil ich sie lassen gehen wie sie gehen, non convertam etc.

Idola,

mendacia. causa haec est, quia in mendaciis patrum suorum manent, ut nostri etiam argumentantur.

abierant,

ambulaverant.

aedes,[3]

pallatia. hactenus expatiatus est et venit ad propriam prophetiam quam cepit contra Israel.

Propter tres praeva[*ricationes*] Israel et propter 4or.
pro pecunia.[4]

Adversus Israel habet similia quam peccata prae ceteris quae et septupla appellat quia sunt perpetua et perseverantia. Nalim heyßen schu, id est: In totum damnant iustitiam. Ezech pro pugillo ponis, ... et proderet principem, sunt illi ignavi viri qui propter quidvis venderent et pro: iustitiam, eyner alter fur ein par schu, metuunt eam accedere, valde viliter dictum est, id est: non iudicant iuste, secundum honorem, schlahen iustitiam et iustum yn wind etc.[5]

In pul[*verem*]:

el ad, utitur verbo absorbendi, id est: ipsi redi-

1) v. 4. 2) Ps. 2, 7. 3) v. 5. 4) v. 6. 5) v. 7.

gunt pauperes prorsus in nihilum, sicut pulvis est. [1]iudicant neque pupillo neque viduis, damnant propter magnates et in favorem, supra in Ozee, non est veritas in terra, ut nostri principes. tenuitatem vel egentiam et viam afflictorum declinant, torquent, pervertunt, id est: causam pauperiei depravant vias eorum et detorquent ad suum commodum. tyrannis et avaritia supra modum, lascivia supra modum, impudenter scortantur adeo ut manifesto incestu stuprent pater et filius unam puellam, facile hoc fuit in gente Iudaica. Impia vita blasphematio dei est, super nos invocatum est nomen dei, istis nominibus celebramur nos et tamen diabolus regnat in nobis etc. Et etc.

vinum mulctatorium,[2]

de mulcta damnatoria, aliqua mulcta, co: pendere aliquam summam iniuste ......, id est: libere tyrannisat non solum in populum, sed etiam in sanctuaria. quod non licebat in templo, vivebant impudentissime, nullam habentes rationem pudoris vel timoris dei.

vinum,

id est: accipe mulctas iniquas, quibus emebant vina unde laute viverent, ita ex vestibus fecerunt pulvinaria ut in templo dei sederent in pompa tanquam domini propter epitasin haec dicit. in lege utrumque prohibitum est, simplex luxus ... de pignore in deu[*teronomio*]: illi non solum ultra noctem sed perpetuo. exaggerat et magnificat peccata eorum ex spoliis pauperum de iniuste damnatorum mulcta vinum bibebant, **ſitzen, mit baſten binden.** Sed quid est quod dicit in templo dei, cum non in Israel, sed in Iuda fuerit templum, laudare debuit. Impie peccat impium cor. Nota

1) Incipit fol. 34. A. MSCi. 2) v. 8.

de Dionisio, barbam, aurea dona, idem faceret in vero cultu et in vero templo. Numina non sunt contemnenda, sed timenda, licet Satan colitur etc. Impii etiam sunt impii in suo cultu. In suis impietatibus impie agunt adhuc Monachi, qui pau[*pertatem*] iuraverunt et sunt ditissimi, cas-[*titatem*], impudicissimi.

3 est impietas in templo dei etc.

Nunc exprobrat deus beneficia praestita Israel.

contrivi,[1]

delevi, id est: penitus extinxi minores et maiores principes et populum, non reliqui semen eis. mit wortzel, mit al. [2]tam radices quam fructus delevi, sursum et deorsum.

Deduxi vos in deserto.[3]

beneficii est exprobratio, sic rependitis mihi.

Naza[*raeos*][4]:

Sampson et Iudices, qui erant prophetae, qui rexerunt populum. Non solum introduxi, sed dedi iudices, ut servaremini, sed vos propinatis.[5] Nu. 6[6] vinum bibere prohi[*betur*] Na[*zaraeis*]: tunc erat peccatum quamvis nunc ideo hic est delictum quod prophetaverunt, non potuerunt pati ut prophe[*tarent*]: contra eos, alias pati potuerunt, hie konnen wirs nicht leyden in ca: sequenti.

Ecce ego stri[*debo*][7]:

stipula potius, sicut geit plaustrum plenum, stipula facit gemere currum ita faciam ut gematis vos subter plaustro quod iungam, rege Ass[*yriorum*] ıerabo vos, will voll auff laden etc. in quocunque co fueritis, solt yhr vnter yhm seyn, vos iacebitis

1) v. 9. 2) Incipit fol. 34. B. MSCi. 3) v. 10. v. 11. 5) v. 12. 6) Num. 6, 3. 7) v. 13.

sub pe[*dibus*] As[*syriorum*] et ille superabit, sub quo gemetis, sed frustra, non erit qui eripiat.

Peribit,[1]

tollit praesidium aufferam omne praesidium et fortitudinem. ps. periit fuga a me, spes est perdita,

velox[2]

non poterit effugere et fortis non robo[*ratus*]: viribus suis, potens in proelio,

sagittarius,

arcitenens, immittam pavorem et incursabo viribus aliorum, ut sustinere non possitis,

eques[3]

animosus inter pugnatores effugiet nudus. der feintrich vel dux, cuius cor erat sicut leonis, in illa die pavebit cor eius, ut nudus auffugiet. Do streyt der teuffel, ubi hostis fortis est, cor pavidum, hoc bellum dei est, primum cor occupat et mat macht, puerum timet et feminam etc.

Caput Tertium.

est alius sermo, in anno semel vix prae[*cedentes*]: praedi[*cationes*] collectae sunt sic. Summa: offensi ex priore sermone offensi accusant insaniae prophetam. Si deus nobiscum, quare tu latras et minaris nobis mala. fortuna regum fecit ut crederent deum . . . . . illis. ideo non crediderunt, quare cogitur redire propheta et confirmat priorem sermonem [4]q. d. confiteor quod etc. sed ha opponitis mihi quod non debeo vos corrige

---

1) v. 14. 2) v. 15. 3) v. 16. 4) Incipit fol. 35. MSCi.

quam vos excusationem affertis, ego pro accusatione arripio.

Novit,[1]

id est: praesens fuit, cum affectu noscere etc. primum suos incipit percutere deus ut hic. in Ezech.[2] in Petro.[3] vos creditis me non debere corripere etc. magis visitabo vos quod mei filioli estis etc. q. d. vos vultis esse iusti, sed ego reos vos ago et in iustitiam et iniquitatem voco.

Simile,

pariter.

conve[*nerit*][4]:

vel cognoverit. proverbialis textus videtur mihi esse. Negative accipio. Scopus ca[*pitis*]: est: duo non poterunt ambu[*lare*] simul, nisi sunt concordes. applicatio proverbii: deus et populus sunt isti duo, q. d. vel ex hoc intelligite quod nihil sit quia non consentimus, vos vultis esse impuniti, ego non possum non esse iustus, **mußßen der sach eyns seyn.** si debeo parcere, **must yhr from seyn.** non estis innocentes, non arguerem, si essetis iusti.

Num quid rugiet.[5]

ad idem pertinet exag satur leo non rugit, visa praeda rugit, excutit iubas, sic ego non rugirem, si non essetis impii, ergo nolite defendere impietatem. Iob, onager, si vos essetis probi et contentus essem de vestra vita, non rugirem. Sic Iob.[6] **yhr habt gut schreyhen**, ego sedeo in morte.

Numquid,

em. quod sequitur et vult quod sint peccatores

1) v. 2. 2) Ezech. 9, 6. 3) 1 Petr. 4, 17. 4) v. 3. v. 4. 6) Iob. 6, 5.

etc. wer ich mit euch zcufriden, wirde ich solchs [nit thuen]. non punitur aequitas, sed iniquitas. jagtag, fahetag, quilibet dies et venandi dies, sed non capiendi. Intentionem[1] respicit propheta, non opus, rethe ponitur propter capturam, rex Assyrius sal rethe, malum etc. seyn. ponam laqueum et rethe non frustra, das ich zcu fahen hab quia vos estis mali.

Si clan[*get*][2]:

quam cito sturm schlehet, so ist das volck auff feuer vel feinde. Si, id est: numquid, id est: afflictum, a iustitia domini arguit, non debetis excusare peccatum, immittit malum propter peccatum etc.[3] malum dominus semper antequam fiet, per suos pro[*phetas*] praedicit, plagam semper praecedit verbum, si non est propheta, tum sine authore certo in vulgo. [4]Sic dictum audivi. illud tempus magnam mutationem rerum indicit. leo rugit. Conclusio[5] priorum, non cessabit leo rugire. Deus iussit, confirmatum vult sermonem suum superiorem per ista etc. praedicat contra eos qui sese iustificaverant.

Auditum facite in pallatiis.[6] Insanias,

copias, mammon iniquitatis q. d. videtis eas gentes quae in circuitu sunt, congregamini ad nos an nos simus conferendi vobis. sic Isa.[7] et Hier.[8] Ezech.[9] Sodoma etc. maior facta est etc. Ad pudefaciendum Iudaeos comparat gentes populo dei. als wyr auch sind, si vitia conferenda sunt cum Turcis, nos peiores etc.

Azot

in palestina, ubi sunt gentes.

1) v. 5. 2) v. 6. 3) v. 7. 4) Incipit fol. 35. B MSCi. 5) v. 8. 6) v. 9. 7) Ies. 1, 92. 5. 8) Ies. 28, 14 9) Ez. 16, 48.

Montes Sa[*mariae*]:

regnum Israel,

insa[*nias*]:

mammon multum q. d. hic nulla est administratio iuris, non est finis possessionis divitiarum congregatio thesaurorum etc. divitum, qui opprimunt pauperes, pauperes premuntur, tyrannidem taxat etc. ut omnes prophetae, das nur yhr reych wert, copiam tyrannorum multorum.

Nescierunt.[1]

tantum abest ut sint iusti, brutescunt et sunt ignari, quid sit rectum. rectum strachs fur sich, rapinas, vastitatem, iniquitatem, injurias, freuel, id est: ipsi congregant divitias suas injuria ut tyranni, der den andern vermag etc. vas[*tatio*]: populorum qui sunt inter eos, illis vastantur, ut ipsi ditescunt. tyrannis descriptio.

Tribulabitur[2]

undique, ex omni parte.

Tu diripis pauperum substantias et vastas omnia per quae peccas, punieris per illa, fugere, scilicet Assyrium.

fortitudo,

potestas, ps. semel audivi etc. sed tu es dominus eius. yhr großen hanses. illam fortitudinem Dreck thretten ut cesses opprimere pauperem etc.

Quomodo si eruat.[3]

Non irascitur spiritus modo humano, non ut ror humanus qui prorsus extirpare ut Christum. n sic deus. qui percutit ut maneant reliquiae vae. Minatur hic destructurum omnia. Ponit

1) v. 10. 2) v. 11. 3) v. 12.

ob oculos casum qui futurus est etc. omnia vas-[*tabuntur*]: ut vix salvae sint reliquiae. Sic erit in morte cuiusque, videbitur deus absorpturus omnia etc. [1]Isa: dicit de vindemia et vinea etc. hic rusticus de pastoricia re, dura comminatio cartilaginem tantum servare pastorem etc.

Duo crura

ceteris omnibus absorptis.

In plaga lec[*tuli*]:

vastari debent, perdam ex filiis Israel, sed tamen debent manere reliquiae quaedam. In Israel semper manserunt reliquiae, tam in poena quam in culpa, converterunt se semper pii ad templum in Ierusalem etc.

In angulo lecti et in Da[*masci*]: strato.

Ad tribum Iuda, regnum Israel lectum appellat, id est: in isto pacifico lecto, id est: lectus totus peribit, sed unus in lectulo tamen salvabitur. ego curabo ut portio quaedam servetur aliis perditis. **eyn ortleyn davon behalten,** sententia placet quia res sic est gesta, populus vastatus est salvis reliquiis. Iam colligit et concludit ca[*put*].

Audite et contest[*amini*][2]:

exponit de lecto et grabato sententiam suam etc. ey wie **schon haben sie sich geschmuckt,** habent seorsum aestivales habitationes,[3] etiam hyemales, **habt eyn gutten mut,** sed veniet tempus, ubi omnia haec destruentur, **zcum teuffel hynweg.** Contra Isra vertit suam prophetiam.

1) Incipit fol. 36. A. MSCi. 2) v. 13. 3) v. 15.

Caput Quartum.

Confringitis, colliditis. In sancto, per sanctum suum. aper[*turas*]: rupturas, harmona. Videtur mihi mulierculas taxare, videtur enim quomodo efferatur iste sexus. luxus vestium in flore regni. Esa. 3.[1] simile quiddam. de filiabus et uxoribus pontific[*um*], sacer[*dotum*], principum, qui de pauperum sudore luxuriose vivebant. Barra, eyn junge starcke kue,

pingues,[2]

id est: divites, opulentae.

calumnamini egenos,

estis inexplebiles et occasiones illius deglubitionis viris ... ut debiliores sunt mulieres, der teuffel kann sie nicht genug schmucken.

dominos,

id est: maritos, epulemur, wolleben, vos estis caussae omnium calumniarum, si sic vultis dominus mittet schlechter Assyrium, scilicet der sol schlachten istas iuvencas,

per sanctum,[3]

id est: per seipsum. Contus pertica, hasta, man wirt euch tragen in contis rus: metha[*phorice*] an stangen bey tragen, pantoffel abzihen, id est: ducemini captivae in Assyriam.

[4]relinquum ancillas, filias, proles, domos, ad foetum et prolem vaccarum referte etc. euch wirt man mit stangen beg tragen, reliquum deferetur in kessel, pisces solent coqui ferventiori igni, in

---

1) Ies. 3, 16 ff. 2) v. 1. 3) v. 2. 4) Incipit fol. 3. MSCi.

olla vel caldari[*o*] pisciculorum, **yn topffen noch tragen**, id est: vastabimini **schlachten braten und sieden.**

non recta via exibitur per hoc regnum, sed

per rupturas[1]

parietum ps. 16. grassatores, **der nicht auff rechter straß bleybet** muros tollet et **eyne hie nauß jagen dort nauß, zcum fenster, zcum loch** etc. **eyne fur der andern her**, non habebit rex rationem dignitatis, ut **tue auß treyben** etc. historia sit nobis meta sententiae. in Mediam et Assyriam translatum est regnum Israel.

Harmona

pro nomine civitatis in Assyria, ut supra Tysbi [sic!] pro Syria, potius Armona ad locum significat.

Venite ad Bethel.[2]

Revertitur ad totum populum, Galgal et betel habuerunt **die großen stifft**, q. d. **yhe mer ich predige, yhe mehr ihr thut**, mederi peccatis nostris volumus et incurrimus majus peccatum, stultus in contraria currit etc. Venite est amare concedentis, non iubentis.

maxime vult damnare quia increpat per amaram concessionem, si non prius fecistis, iam plus facite, ecce damnat ista ut impietatem. **fort fort, wert gut spiel machen** etc. vos evelamini, Iuda, secundum legem, lyra mihi hic placet, ter convenitis in anno, ut secundum legem etc. et non vacui apparetis. Cultus ex optima intentione factus impietas est et praevaricatio est, quia sine fide est, contra non colitur deus, sed irridetur.

laudem,[3]

sacrificium laudis, incendite, sacrificate etc. D

1) v. 3. 2) v. 4. 3) v. 5.

versa genera sacrificiorum speyßoppffer, tranckopffer, brandtopffer. Item spontanea oblatio, votiva. Sacrificia laudis quae in gratiarum actionem fiebant, quae grata [1]fuerunt sacerdotibus, wurden reych dauon.

Incendere

verbum leviticum, quaedam comburebant ossa et . . . . . oleum, vinum, sal adhi[*bere*]: In lege prohi[*bitum*] est ne fiat fermentum in sacri[*ficio*] divino, siliginea pura etc. propheta taxat crustulam fermentatam, collyridem offertis cum reliquis hostiis. Et praedicate de spontaneis oblationibus, semper est praedicare vocare in transla[*tione*]: spon[*taneae*]: ob[*lationes*]: de quibus Moses scribit. verbum legis est spon[*taneus*]: non quod nos elegimus etc. sed spon: vo: ps.[2] voluntaria acris mei benefac domine etc. auditas facite, lasts laut werden, voluistis, dilexistis, dominus non mandavit, sed vobis placet ita, ideo dominus odit et persequetur etc. —

Unde et ego dedi[3]: —

Saepius est percussi, es hilff nicht, der teuffel hat euch auff Betel vnd Galgal gefurt etc. ich muß eyn mal gar vmb stortzen etc. mundicies dentium periphrasis famis: fromme, vnschuldige zcene thun dem brot keyn schaden, stehen mussig, sind frome, mussen hunger leyden, seyn reyn, stuporem, otium etc. quando fames fuit, dixerunt: nos non coluimus satis Betel. sic nos processiones fecimus. fames fuit, sed non rediistis ad me, sed ad bethel, percussi ad me veniretis in fide, sed convertistis vos ad maiorem impietatem. quando[4] pluvia circa pent[*ecostes*] non datur, malum est etc.

---

1) Incipit fol. 37. A. MSCi. 2) Ps. 119, 108. 3) v. 6. 4) v. 7.

Pars,

ager potius. a distribuendo huffen, ager portio hebraice dicitur.

Venerunt,[1]

motae sunt,

et non,

nec tamen, venerunt, luctabantur etc. noch halff es nicht, non ad me, sed ad betel cucurristis.

Percussi.[2]

hitz, dorre, pleych, vitia frumenti ex aestu solis, per multitudinem significat fructuum copiam was auff dem land wechst cum copia, hoc percussi uredine, in hortis, in ficetis comedit erucha. Ich schlahe wie ich wol, non possum convertere ad me et avocare a Betel.

Missi in vos.[3]

illam historiam nescimus, sed tantum recitat pestem, usque ad mortem, cum captivitate. tam a pestilentiae quam hostibus sunt interempti, ich liß stinken vnd faul werden etc. hab alle plagen an euch gewendet, sed curritis ad Bethel etc.

[4]Subverti[5]

vel verti, coniunctive vel indicative, ut torris, titio, erepta ex combustione totius domus. [*Insuper: raptus, ereptus de incendio*] subverti vos ita ut fustrum sitis aliquid titionis etc. Ea est differentia inter Sodo[*ma*] et filios Israel: illic nihil fuit reservatum, hic reservatus est unus titio. ut supra de duobus cruribus etc., id est: populo toto vastato relinquuntur pauperes

1) v. 8. 2) v. 9. 3) v. 10. 4) Incipit fol. 37. B MSCi. 5) v. 11.

in terra etc. Titio signum portat secum, quod in incendio fuerit, sic populus pauperes amisso regno et sacerdotio, eodem furore utitur deus in |uno homine iustificando, ut in toto populo perdendo etc. haec ad terrendos qui duri [*Insuper: appa-* [*ret*]: *ac totos vellet perdere*] sunt et consolandos qui afflicti sunt, relinquentur pericula etc., id est: est talis titio, gratias agat deo ne sit Sodoma totus etc.

Qu apropter,[1]

q. d. ego soleo tibi haec facere, quem tu non quaeris et redis, sed ad betel et ad me non converteris, ego sum qui facio hoc, quem deberes quaerere etc. ideo cum facio tibi haec, facio ideo ut praepareris in occursum meum etc. Cum soleo haec facere, esto prudens, occurre mihi, intercedere et mitigare me est. Mirum pro Israel, Item alias effundere, sic in prophetis. Isa[*ias*:][2] non est inventus qui occurreret istis plagis, hoc volui ut oppo[*neres*] te mihi ne effunderem iram meam, ut non mitterem Assyrium etc. sed tu fugis ad Bethel, ferest gar umb etc. ex me, non ex aliis habes. quare deberes occurrere et praeparare etc.

Quia ecce.[3]

Simile in Isa: allegans magnitudinem maiestatis meae, sum dominus ille a quo non facile potestis fugere etc. ne forte sit qui erupuit etc. non metueres talem dominum qualis sum ego? magnitudinem maiestatis opponas duritiei frontis eorum.

formať,

git,

1) v. 12. 2) Ies. 64, 6 ss. 3) v. 13.

ventum,

halitum: sum is qui dat halitum tibi et non deberes me metuere, a quo habes ut spires, qui dat hominibus ut loquantur. hoc ipsum officium dicendi non est in vobis, nisi ego darem, verbum non lo[*qui*] posses, ne literam [*quidem*]. [1]cervici induratae opponit terrorem maiestatis quae tanta est ut halitus tuus sit in manu sua. Deus dat nobis halitum, enunciare et loqui, aufert nobis potestatem dicendi hic textus.

auroram obscurabo, quicquid est magnum in terra calco etc.

q. d. possem aufferre halitum, eloquium, nebulam, lucem et tamen non convertitis ad me.

montes,

omnia magna etc. qui facit auroram nebulosam. Allegoriis ludit etiam: laxabo auroram: fortunam [*Insuper: obscuram*] vestram mox subvertam.

sublimes,

dominatores terrae calco etc. Alius sermo hic est quem forte habuit post 3 aut alterum annum, aliis alius propheta verbis agit ut poeniteant et convertantur a falso cultu suo ad verum cultum etc.

Caput Quintum.

Sequitur alius sermo alio anno dictus, ferme tamen idem habens quod praece[*dentes*] sermones, diversis temporibus habiti sermones sunt et collecti. sic Lucae 4[2] in libro ser[*monum*] helia [*erratum pro Iesaiae*].

---

1) Incipit fol. 38. A. MSCi. 2) Luc. 4, 17.

Audite,[1]

exhortatio affectuosa, **meynt es gut**, ut se convertant etc. quod melius quo. onus verbi domini, levo hic vocat, **vber euch auffheben, auff den hals legen**, planctus iste sit onus vestrum, quia nunciat plagam dei, quod est onus domini in Isa[2]: nunciatur malum. hic propheta nihil potest dicere nisi onus vastitates, malum, iram. Caro non vult ferre verbum dei, facit ex eo onus, sicut est, quia iram dei annunciat.

Ego levo,

id est: annuncio vobis verbum oneris, praedico onus et tale, quod vocatur planctus etc.

Cecidit[3] etc.

Virgo Israel, uni deo despon[*sa*] ut nos, in Paulo despondi. uni deo adhaerere etc. Non loquitur de virginitate, id est:

destructa est,

vastata est per regem Ass[*yriorum*]. praeteritum pro futuro. Ponit sibi ob oculos, quod futurum erat, supra in Ozee[4] sic vastatum est regnum Israel, ut non sit amplius restitutum. Non adiiciet, id est: non resurget amplius.

In terra sua

melius, in terra sua destruetur, iacebit vastata, relictis pauculis.

[5]Urbs[6] etc.

das ist eyn starke decumation, quando 9 abripiuntur decima relinquitur, idem est quod supra de ione, sed sine figura. hoc est onus et planctus.

---

1) v. 1. 2) Ies. 13, 1 e. s. 3) v. 2. 4) Hos. 1, 6. Incipit fol. 38. B. MSCi. 6) v. 3.

Nunc ingreditur exhortationem, proiiciemini et non reparemini, quoniam sic est, igitur dicit dominus: videte quam blande alloquatur etc. semper respicit ad bethel, me qui praefinitus est vobis per Mosen etc.

Quaerite,[1]

quaerere deum non est, ut nos quaerimus operibus, sed in toto corde vestro in cinere etc. si me quaesi[*eritis*]: tunc vivetis, **yhe wie haben die eyn leben,** vivere bene habere, in ps.[2] in terra viventium, in can[*tico*]: Ezechiae,[3] id est: in terra ubi omnia prospere et bene habet etc. ps. 21.[4] quorum animae vivunt misere, potius reputantur inter mortuos quam viventes. quaerite dominum, **so wirts euch wol gehen,** eritis inter viventes in terra, bene habentes etc.

Betel[5]

sein stifft, ubi **geheulet vnd gesungen** etc. Betel apprehen[*dit*] propter Iacob, In

Galga

castra metatus est Ged. In

ber

moratus est Abraham etc. In thabor **auch.** In memoriam istius facti quia fuit hic sanctus vir, idem cultus ut nos etc. Deus fecit miracula cum patribus in istis locis, sed noluit imitari nos facta patrum, sed fidem, hoc deus eos voluit facere, te vult aliud facere etc. prophetae contradi[*centes*]: haeretici dicti sunt. utinam in verbo tantum haerere possemus in terra clausis oculis, ho agunt prophetae tum, ut revocent ad verbum. I

1) v. 2. 2) Ps. 142, 6. 3) Ies. 38, 11. 4) Ps. 2[illegible] 30. 5) v. 5.

aven muhe, arbeit ps. 89.[1] labor et dolor eyn muselig unlustig leben, ad iustitiam propriam refertur qua affligit, conscientiam gravat, molestat, vexat, id est: erit in dolorem et laborem Bethel, betel bethaven, allusio pulcherrima, vestra iniquitas reddet vobis dolorem, fecistis vos fictum aven, ipse verum aven faciet, id est: dolorem, hertzleyd und unglück habebitur ex bethel.

ne domus Iosep succendatur[2]

ut ignis in bethel, ne dominus veniat et succendat ignem in bethel, ut non sit, qui [3]extinguat, ne sit Bethel causa das euch der teuffel weg fure etc. de domo Ioseph in Gene[si]: Ephraim regia Israel, domus Ioseph etc. filius Io[sephi]: fuit Ephraim.

cum fortuna irrrumpere verbum significat quod hic

comburantur

vertitur.

Qui vertitis iudicium in ab[synthium][4]

vertere est scriptum ex Mose in lege,[5] in actis,[6] in epistola ad Hebraeos[7] amaritudinis ebria cum . . . ., loquitur de iis qui sunt valde securi in suis viis arbi: nicht nott haben etc. dulcissimi essetis et deo et hominibus si servaretis praecepta dei, sed in absin[thium]: vertitis, unrecht thun we etc. Iterum opponit maiestatem dei duritiei eorum.

Arcturus[8]

custos ursae, ex opposito sunt am hymel wagen et

Orion,

d est: deus facit et creat das grosse gestirn versus

1)) Ps. 90, 10. 2) v. 6. 3) Incipit fol. 39. A. MSCi.) v. 7. 5) Deut. 29, 18. 6) act. 8, 23. 7) Ebr. 12, 15.) v. 8.

sep [*tentriones*]: et maius versus meridiem Jakobstab, orientem, Orionem, is est qui facit ut occidat et oriatur. Et vertit tenebras in mane etc. periphrasis noctis et diei, bauerische metaphora vel periphrasis von Thecua her etc. —, id est: qui facit diem et noctem et stellas in coelo, q. d. illi dii nihil horum possunt, ille autem quem vos deseritis, facit ista omnia.

Effundit etc.,

id est: pluit, ecce copiam prophetae, aemulatur id quod est in Iob et in ps. operit coelum nubibus. obnubilatum coelum dat pluviam. Distinguit istis omnibus deum verum a falsis istis in betel et gal[*gal*].

Qui subridet, roborat[1]

est, ps. 38.[2] dimitte me ut refri[*gerer*]: est ista vox heb[*raica*]: balach, qui refrigeretur, requirit vires. wir lost der onmacht,

super potestatem,

id est: regnum vel imperium, gewalt, die oberhand haben, ius, auctoritatem et potestatem, id est: deus est qui si irascatur super impios, habet potestatem super imperia. Et affert, adducit vastitatem super munitas scilicet civitates, ist keyn stat so fest quam non destruet etc. illum deseritis.

Qui cor[*ripientem*][3]:

in theatro, in conventu hominum, in porta est, ubi sedet senatus, id est: oderunt prophetas qui stant in conventu et corripiunt dominos etc. perfecte loquentem sana, beati sani in vita, sana doctrina, fides, charitas, per ista docentes colue

---

1) v. 9. 2) Ps. 39, 14. 3) v. 10.

runt et adoraverunt. [1]Iterum accedit ad comminationem post exhortationem.

Iccirco[2] etc.

Queritur de impietate erga deum et violentia erga proximum. Premere pauperes et inferre onera quae ferre nequeunt, deglubitis, rapitis per phas et nefas pauperes, et rapinam electam ac[*cipitis*]: ab eo, onus etiam significat, vel praeda, ablatum, electum, was guts er hatt, omnia gravatis kue, haus, Papa, Principes nihil sinunt intactum, muß geben was do hatt etc. excusis, mit ausgehauen steynen etc. quia sicut vos rapitis, ita rapietur vobis desyderatas, schone weynberge, desyderabilia saepe in scriptura, liplich, schon anzusehen.

quia novi multas praevaricationes vestras et robustas[3] etc.

Novi suum affectum et ipsorum significat, q. d. ita incedit, quasi ego nescirem, sic in ps. impii sic putant etc. adverti, cum affectu considero.

multae

sunt, ubi vos gloriamini de iustitia vestra,

robustas,

quia nociva sunt, mit gewalt gehet yhr dran.

In porta,

id est: in publico iudicio, facile supprimitur pauper, munera ac quibus placantur ut ferant iniquas sententias et opprimant pauperes.

silere[4]

ıic pro cessare, quiescere, ps. 16. Iustus autem

1) Incipit fol. 39. B. MSCi. 2) v. 11. 3) v. 12.) v. 13.

quid fecit? Impii rumorn do her ac si non esset deus in coelo et in terra. quid faciat iustus? wer klug ist, der schweyg stil, quia regnant et praedominantur mali. laß gehen, wie es gehe etc.

Quaerite,[1]

rursum exhortatur, vivatis ut bene habeatis, sicut dicitis, id est: iactatis. Numquid abbreviata est manus domini, in Isa[2]: in Ezech in Michea[3] abbreviatus etc. hic videtis pugnas prophetarum, semper impii iactabant, se habere propitium deum. propter opera bona, sicut Papa, deus est in medio nostri. erit vobiscum, sed aliud oportet vos facere, dazcu libenter erit vobiscum, ich bin jo from, sed cum iis qui recte incedunt: alias frusta iactatis.

[4]In porta,[5]

das man recht richt pauperibus etc. pauci vestrum sunt, got kan euch noch erhalten, sed quia non auditis, sequetur hoc. transit de exhor[*tatione ad*] comminationem. [6]Ideo quia non auditis et non est vobiscum dominus, ut dicit cunctis stratis gassßen, id est: erigam planctum in omnibus plateis, vocabitur etiam agricola ad luctum, id est: si magnificabo luctum, ut sit in villa etiam, non solum in civitate, ut non sit angulus in quo non sit luctus et planctum, id est: generalem luctum anrichten in tota terra. Et quicumque, was nur heulen kann, das muß heulen, jung, alt, groß vnd kleyn,

etiam in omnibus vineis,[7]

id est: non solum agricolae, sed etiam omnes vinitores, sicut transivi in Egypto percutiens omnia, calcabo te et percutiam, sicut feci in Egypto. h[i]
est finis exhortationis et doctrinae, credo seq[u]

---

1) v. 14. 2) Ies. 50, 2. 59, 1. 3) Mich. 2, 6 1
4) Incipit fol. 40. A. MSCi. 5) v. 15. 6) v. 16. 7) v. 1

alium sermonem. Incipit loqui contra contemptores praefactos et securos. Invehitur in eos qui insanire dicebant prophetam. qui dicebant: laß her komen diem domini. videtis hic affectum impiorum, eyn ubergang erit, post 10 annos sic erit ut prius. non credunt ad se pertinere futura mala, sic mußen omnes impii, seuffpfaffen bleyben magna securitate. ita hic trotzen sie den propheten, q. d. lieben hern trotzt nicht, er wirt euch zcu schwer, noctem totum tempus tribulationis et persecutionis appellat, lucem, lumen, auroram vocat felicitatem, non extinguetur in nocte lucerna eius, lux fulgebit, dies domini est infelicitas ipsa et nulla felicitas, quare non esset, vobis optanda etc. Increpatio adversus duros et insulsores [sic!] etc. securus periclitabitur q. d. faciam ut fugiatis et in fuga capiemini, persecutio apprehendet vos et persecutio fugam dabit, nulla erit securitas, pavor etc. mortem ubi vitam speratis etc. scillam fugere et incidere charibdin. [1]nolunt accedere ad verbum et fugiunt ad principes geschihet yhn recht. Iam sequitur praeoccupatio.

Numquid non etc.[2]

seyn wir nicht frome leut, sacrificamus pinguia etc. odorabo legale vestrum, in odorem suavissimum etc. totum hoc quod agitur in sacrificio, tangit uno verbo, etiam si magna feceritis, non erit odor mihi, non placebo,[3] damnat omnia quae impii faciunt deo, victimae impiorum abhominabiles deo in prover[4]: divinas promissiones habuerunt isti, instituti sui cultus nostri nihil, valde speciosi isti fuerunt cultus, ideo oportuit valde spiritualem esse prophetam, qui sensit ista carnalia esse etc.

---

1) Incipit fol. 40. B. MSCi. 2) v. 20. 3) v. 21. 4) prov. 21, 24.

Munera,[1]

id est: oblationes, speysopffer quod sacerdos simul cum holocaustis sacerdos [sic!] offerebat,

non suscipiam,

non placebit, votiva sacrificia etiam altilium, die drauff gewest seyn, non suscipiam, damnare ista magnifica et speciosissima magnum fuit in propheta rustico.

Tumultum,[2]

copiam, multa responsoria habuerunt, ut nos, wyrt keyns recht seyn. haec est sententia pronunciata de cultu eorum. pompa eorum damnata est, Deus fide vult coli, alioqui non vult etc. pro lyra psalter est, non audiam, quia tu es impius.

Et revelabitur,[3]

immiscet regnum Christi more prophetarum et est transitio q. d. ich liß euch das vnglück haben vestro cultu isto, erit tempus etc. loquitur de evangelio futuro. cum revelabitur iudicium et iustitia copiosissime etc. sub isto populo nondum facta est revelatio et manifesta praedicatio justitiae etc. sicut maris aquis inundantis in Isaia, de isto reprobo cultu transit propheta ad cultum verum et placitum etc.[4] q. d. satur sum vestorum sacrificiorum ut Esa. 1.[5] Revelabitur autem

fortis torris,

cui nemo possit resistere etc. ps.[6] sacrificium noluisti, aures autem perfecisti. iustitiam dei praedicaturi reprobant iustitiam legis.[7] Impium est quicquid facitis, erit alius cultus, aliud canticum, aliud psal: quando? quando revela[*bitur*]: etc

1) v. 22. 2) v. 23. 3) v. 24. 4) v. 25. 5) Ies. 1, 11 ss
6) Ps. 40, 7. 7) Incipit fol. 41. A. MSCi.

ut torris hindurch gehet, ita hodie verbum pertransit etiam ubi furitur maxime etc. primum damnat iustitiam operum et legis, antequam praedicet iustitiam veram. Isa: vel in li[*bris*]: re[*gum*]: Et erit sapiens rex et iustitia in terra.

Et por[*tastis*][1]:

hic locus est alle[*gatus*]: a Ste[*phano*]: in actis ca. 7.[2] Lucas 70 inter[*pretum*]: trans[*lationem sequitur*]: Numquid sacrificastis aut obtulistis mihi etc.

sydus,

stellam. Torquentur fortiter hic interpretes etc. Nota prophetiam baal Nu: 24. Synechdoche hic est. utrumque dicitur de eodem populo, ps. 77. in alio psalmo habetur pro laude, illic damnantur quod petierunt impie, hic laudantur quod petierint. Et pii et impii sunt in populo, pios consolatur promissionibus, impias animas comminationibus [*terret*]. ad totum populum loquitur utrumque et tamen etc. Zweyrley sunt in isto populo etc. propter pios venit esca et impii damnati sunt propter escam. Ita hic. In Iacob fuit idolum et non fuit idolum. Deum vocat Paulus qui potuerit ferre mores populi difficillimos etiam in actis 13 vel 15.[3] loquitur de illis qui habuerunt suum idolum et cultum. Sicut patres fecerunt vestri in deserto, ita et vos facitis, sicut Stephanus dicit etc. Omnia externa pietas est damnata, et iustitia fidei laudatur, iustitia operum vituperatur etc.

Caput Sextum.

Perseverat propheta in denuncianda captivitate. orditur novum. sermone sequenti involvit

1) v. 26. 2) act. 7, 42. 3) act. 13, 18.

simul duas tribus Iuda et Ben[*iamin*]: cum 10 tribus. utrumque regnum invadit et praedicit eis captivitatem. et videtur prophetare de cap[*tivitate*]: novissima, sed manebimus in simplicitate contextus et historiae.

Vae vobis.[1]

non quod damnet opes, sed ex sudore et la[*bore*]: pau[*perum*]: extortas et quaesitas.

Samariae,

id est: in regno Israel

confiditis,

id est: qui estis praefracti, yhr seyt stoltz, qui estis in Sa[*maria*]: estis satis confidentes, in suis potentiis et divitiis confidentes potius, absolute poni debet.

Opti[*mates*]:

illustres, nobiliores in populo, cum fastu et pompa vos intratis vobis domum Israel, id est: vestram quaeritis in regno Israel.

[2]Egredi et ingredi est conversari Act. 1. hebraismus est. qui versamini in domo Israel pro vestro voto, melius quam pompatice incedere, sibi ingrediuntur pro suo lucro, voluptate etc. sua quaerunt in regno Israel.

Transite.[3]

hic videtur quid velit per ingredi in Israel etc. q. d. vos superatis iila regna, hoc parvum regnum tot satrapas alit, ut nos dicimus: Germania alit episcopos, opulentissimi aluntur de pauperum opibus etc. quales, opu[*lentos*]: rom vix habuit.

---

1) v. 1. 2) Incipit fol. 41. B. MSCi. 3) v. 2.

Calanne[1]

erat civitas Parthorum, ubi ro[*manum*]: regnum defecit. Transite in C[*t*]hesiphontem in regnum Parthorum versus orientem.

Hemath

regio in qua est Anthiochia in Syria, regnum clarissimum,

Pales:

versus occidentem. videte optima in illis regnis principes spectare et illustres et videbitis vobis esse impares, bene poneretur in masculino: optimos.

Si latior.

si habeant tantum spatium dominii sui quale vos habetis. sic Esa. 5.[2] es ist des Ramses keyn ende, omnia loca occupata, ut pauperes vix ha-[*beant*]: ut habitent, videtis hic divitias non esse bene partas etc.

vos estis praeservati ad diem captivitatis malae,[3] quamvis estis divites.

Et acceditis,

ut sedeatis vel habitetis in iniuria, violentia, rapina. hoc solum agitis ut regnetis in populo etc. Das yhr hoch vnd groß werdet, studium notat.

qui iacetis super lectos ebur[*neos*][4]:

et lascivitis. describit pompam et luxuriam eorum, ita schmuckt yhr domos ac si perpetuo manere velitis. lascivire, luxuriare. in stratis luxum taxat, cht wol vier bett betten, uno lecto, non libidinem, l luxum et pompam stratorum notat. comeditis

---

1) in margine: quae .... deos spectat ab oriente. Ies. 5, 8. 3) v. 3. 4) v. 4.

electiores agnos de grege, esculentiores, optimum in grege devoratis, das beste gehort in dominos.

Qui luditis in psalteriis,[1]

in nablis, haben ein gutten mutt essen vnd trinken. Sicut ridet eos propheta, ludunt psal[*terium*]: ad imitationem David, sed nihil minus faciunt quam David qui instituit ad inflam[*mandos*]: animos, ad laudem dei, illi ad luxum et pompam, dicentes tantum: David etiam lusit in psal[*terio*]: etc.[2] auß gulden bechern, schalen bibunt vinum. facile pateretur dominus habere divitias, modo etiam[3] haberent curam pauperum et iudicii. ipsi nihil angustantur super regno Israel etc. habent sub se regnum contritum vehementer et conterendum etc. Hodie videntur luxuriari principes et non est finis de oppressione pauperum et tamen interim negliguntur et nemo est qui iudicet oppressores.

Qua propter.[4]

ideo debent esse primi in poena, qui sunt primi in culpa, auferetur con .... lascivientium, luxurientium, cessabit con ..... pomposorum quae omnia habent splendida et egregia.

Iuravit.[5]

Gene[6]: et pluebat dominus ignem et sulphur a domino. Sacha: Increpet dominus de domino, hic dominus iurat et dicit: dominus etc. Distinctio personarum est in divinitate.

Domos,

pallatia melius magnifica in quibus glo[*riosi*]: et superbi sunt, in quibus putant se mihi placere.

1) v. 5. 2) v. 6. 3) Incipit fol. 42. A. MSC 4) v. 7. 5) v. 8. 6) gen. 19, 24.

Cum habitatoribus.

cum plenitudine sua, per synech[*dochen*] civitatem pro[*pheta*] tes[*tatur*] mit allem was drynnen ist. hebra[*ismus*]: est. domini est terra et ple[*nitudo eius*],[1] id est: quicquid est in terra.

Quod si

civitas esset destructa usque ad X: isti quoque debent mori, adeo vastabo hoc regnum.

Et tollet etc.[2]

vult sic dicere: ea erit magnitudo miseriae in hac cap[*tivitate*], ut non sit copia et facultas sepeliendi. omnes combusti sunt etc. eyn baurische metaphora von Thecoa;

propinquus

seyn vetter.

Recor[*deris*]:

nominis domini, phrasis est hebraea, ps. 15.[3] Item hi in equis, item in test[*amento*] hoc facite in mei memoriam etc.[4] est aliud nihil quam praedicare, gratias agere et laetos esse memoria. illa est tractatio verbi et imitatio Christi. Isaias[5]: In viis recordabuntur tui. quando floret regnum misericordiae, occurres illis, id est: exaudis, laudant te et sunt laeti. Sententia est: ille vicinus qui comburit cadaver, dicet: tace, quoniam non est etc. Hie ist nicht vil kostlichs predigen, rhumens de misericordia, sed hic est schreyen vnd heulen, ut patet etiam ex Isaia. hoc est nostrum recordari heulen vnd weynen, quia non[6] est recordari nominis domini, So reyn sol es außgetragen werden, manebit solus luctus

---

1) ps. 24, 1. v. 9. 2) v. 10. 3) Ps. 45, 18?) Luc. 22. 19. 5) Ies. 64, 5. 6) Insuper: tace, schweyg ill etc.

et ploratio miseriae (ruinis est) et cessavit memoria domini et misericordiae eius.

[1]Maiorem,[2]

id est: percutiet omnes domos tam maiores quam minores. nemo erit tutior. es soll alles zu boden gehen.

Numquid.[3]

pfferde gehen nicht wol auff den steynen, Kue pfflugen nicht wol, rustica methaphora. vaccae praegnantes credo sunt, alias boves solent arare. Sententia est: dominus kan mit dem populo nicht vmbkomen, vult dicere populum illum esse ineptum cum quo agat dominus, inepti ad servitium dei, opulenti et lascivi enim estis. non sunt idonei et usui ad servitutem dei, ad opus dei.

Amaritudinem,

id est: affligitis et concutitis miseros et pauperes.

Laetamini.[4]

Ihr habt gut thage. gloriamini in divitiis, voluptate, gloria, quae sunt res nihili, euer fraude sol eyn ende schier haben.

Cornua,

id est: vos iactatis de tyrannide quam vobis ipsi arripuistis, habt horner auffgesetzt, potestate quasi iuste facta et concessa.

Ecce ego.[5]

Hemath, ubi incipit regnum Israel et desinit, id est: inducam gentem ab Aquilone qui vestabit omnia a primordio regni et a fine etc. Das i[illegible] aber eyn predigt etc. —

1) Incipit fol. 42. B. MSCi. 2) v. 11. 3) v. 1 4) v. 13. 5) v. 14.

Caput Septimum.

Facile est hoc caput. ea quae hactenus apertis verbis comminatus est, ea tractat per enigmata[1] et visiones. hoc totum ideo fit quia deus longanimis est, expec[*tans*] poenitentiam, tandem, ubi videt etc. dimittit nos in desyderiis nostris etc. prophetae elusi sunt saepe, praedicatio nihil iuvat etc. tandem dimisit eos etc. haec sunt terribilia iudicia dei, misericordiae est constanter docere, admonet quando miseretur. maxime misericors est et contra quando iras[*citur*]. quando vult misereri, respuimus, quando nos volumus, tum irascitur.

Ostendit[2]

in terrorem vestri, convertimini igitur.

fic[*torem*]:

formatorem, cum inciperet venire serotinus imber prius posterius imber serotinus et matutinus supra. Descriptio temporis quando facta est haec visio, scilicet in importunissimo tempore, quando scilicet ger[*mina*] expectabunt imbrem. In principio ascendentis, serotini imbris, id est: eo tempore quando de[*bet*]: incipere serotinus imber.

Tonsio regis

significat defructicationem, detonsionem segetis in agro antequam spicas habet etc.

[3]illas tonsiones servabant sibi reges tanquam decimas, servabant pro suis gregibus. superfluae herbae in agris luxuriantes herbae segetum.[4] Cum vorasset totam herbam terrae significat importusimum tempus. Comminatio tantum est, sed

1) Insuper: figuras. 2) v. 1. 3) Incipit fol. 43. A. Ci. 4) v. 2.

non facta. significat fore populum hostilem in terra qui devoraturus esset omnia in terra.

locusta,

id est: rex As[*syriorum*]: devorabit omnia, sed non factum est ad orationem Amos etc.

Quis.

Affectus est prophetae, comparat Iacob cum locustis q. d. quis stare faciet Iacob qui est parvulus nimis contra As[*syrium*]: **ſie freſſen yhn hyn** etc. locusta **ſold es freſſen** imperante rege bono, **do dy** fruges **am beſten ſtunden** etc.

Et ecce vocans ad contendendum[1]

per ignem vel in igne domini dei. Visio fuit. Vidi agi causam talem quae vindicanda esset per ignem. Vidi sententiam latam causam vindicandam igne, tantus autem ignis erat et furor ut non solum ligna, sed et

abyssum,

id est: stagna, maria, piscinas devoratis, significat vehementiam furoris. multas profundas aquas ps.[2] sol non potest exiccare.

Partem

agrum esse debet[3] ut supra, agri dividebantur in partes, et portiones significat quod voluit devorari totum regnum, opulentum, florens regnum videbatur ut nihil minus sperabatur quam quod esset devoran[*dum*], sed dominus ostendit devoraturum totam terram, **land.**

quiesce, desine, domine,[4]

laß nach, ita orat Amos. ut pars ad totam terr

1) v. 4. 2) Ps. 36, 7. 3) sic! 4) v. 5.

est ita Iacob ad Assyrios. Comminationes differantur, sed non auferantur, q. d. non erit in germinante terra, id est: florente regno, sed alios Trulla,[1] dicunt amussim esse ad rectif[*icandos*] et iustificandos lapides, **richtschnur.** non est instrumentum, litum, amussis, id est: super murum qui rectificabatur et iustif[*icabatur*], ... **maß an der mauer** ita vidi stantem. qui non rectus erat lapis, **schlug er an den kopff.**

Trullam,[2]

amussim

video,

inquit. Non transibo amplius, id est: etiam si differam calamitatem, captivitatem, tamen non transibo eum ultra amplius non praeteribo, ... eius peccatis, sed puniens, puniens. hac poena rectificabit domum regis. Iram particularem vidit qua salvo populo rectificaretur regia domus.

amussim,

id est: iudicum meum ponam, id est: iudicabo ut artif[*ex*] utitur amussi ut lapid[*em*] redigat in ordinem. sic ego[3] faciam ut redeant in ordinem, antequam veniat ista maxima persecutio prius rectif. etc. sed postea.

Et de[*molientur*][4]:

nunc coniungit **alle** visiones.

idoli,

.. excelsa illa appellat lusum, risum, quia sunt ·isores et illusores dei. Ismael luso ridebat filium

1) v. 7. 2) v. 8. 3) Incipit fol. 43. B. MSCi. v. 9.

Isaac. Gala: 4. semper filii carnis sunt lusores, risores, vexiren die rechten kinder etc. illudunt ibi in excelsis veros prophetas et praedicatores. excelsa illusionis, altaria non quod tantum in montibus haberentur, sed quod essent cumuli hoher quam alia terra.

. . . .

Sanc[*tificationes*]:

eyn stifft. In exitu: facta est Iudaea, seyn pisthumb Israel est facta potestas, id est: regnum, dividit populum in regnum et sacerdotium, id est: nam stifft ubi colunt, debent herunter, devastationem praedicit, nunc singularem devastationem Hieroboam super domum, posteri eius mussen herhalden, utpatet ex historia, impios delet quamvis aliquando differt. Iam sequitur contentio prophetae et pfaffen illius.

rebellavit,[1]

bund gemacht, auffgeworffen etc. Videte hic impietatem quam defendit der pfaff. verum cultum spernit et suum cultum illusionis praefert etc. omnes impii proficiunt in peius. praecise sic papa argumentatur a dignitate et magnitudine et temporis longitudine ut nunc etc. habuerunt certum tempus et constitutum tempus de regno, daruber haben die propheten nicht kennen komen, sic illi: etiam si impie vivamus, tamen regnum nostrum est ex deo etc. ergo non erramus quia deus est in iusto regno etc. sed cum venis et lo[*queris*]: contra regnum, ketzer es, igitur mussen herhalden etc. sich drauff, er wil eyn auffruhr machen quia dicit te peccare etc. sub titulo regni alunt ventres suos. Christus must horen, commovit populum, titulus prophetarum qu sint seditiose.[2] Impossibile est hoc: ecclesia n errat, populus dei est, Christus mortuus est p

---

1) v. 10. 2) sic!

eo, s[*piritus*] s[*anctus*] regit eam etc. flectit sermonem prophetae in personam, calumniatur prophetam, wolde yhn zu schanden machen. sic solent omnes. Hoc audire coacti sunt omnes prophetae, non fiet quia sumus ecclesia dei etc. altera pars verbi manet vera et servatur. [1]sic Paulus.[2] ego sum servatus, ad totum populum zcihen sie es etc. reliquae tantum servantur, sicut in Isa[3]: verum est non ad totum populum, sed ad reliquias, quod paulos servet et multos perdat, non possunt impii credere etc. Rex muß from seyn, nihil respondet, nympt sich das nicht an, unde Amasias vertit se ad Amos,[4] est konigs stifft et regnum vel domus regis, seyn schloß, quia regnum Israel est regnum dei et sacerdotium Israel est sacerdotium dei, ista duo regna contraria fuerunt invicem, quare dicit: dic ut vastetur Iuda, non Israel, nos sumus populus dei. [5]de choro prophetarum dicit vel de ordine, ut Ieremias[6] etc. ut erat ordo sacerdotum, sic prophetarum etc., id est: non pertineo ad ordinem pro[*phetarum*], sum seorsum vocatus, non generali vo[*cabulo*]: prophetarum.

Armentarius

qui habeo armenta, stringens, quaerens, wild maulber, id est: sum contentus modico, non quaero commodum et lucrum mea prophetia, sum contentus ut untriar manu mea, such das ich das maul fül etc.

idoli[7]

risus vel illusionis.

stillare

quens prophetis, tropfflen, praedicandi verbum

1) Incipit fol. 44. A. MSCi. 2) Rom. 11, 1. 3) Ies. 10, 11. 4) v. 12. 5) v. 14. 6) Ierem. 27, 9. 7) v. 16.

est, stillo poenam et comminationem, postea sequitur calamitas. pro comminari et praedicere futuram calamitatem. Non debes nobis comminari malum.

publice,[1]

palam fornicabitur Assyrius, stuprabitur uxor, violentiam significat etc. polluta, scilicet in captivitate morieris.

Caput Octavum.

Sermones sunt novissimae prophetiae quibus definit eos esse perdendos tam ad regnum quam ad sacerdotium et ostendit se quasi fessum prophetando etc. Die visio gehet ad finem etc. allusiones verborum non redduntur in aliam linguam, allusio hic est.[2] cavea vel sagina in qua saginantur gallinae, altilia corbis, vinineum textum, canistrum faunium vel fructuum. Summa haec est. praesto est ut populus debeat exire et geschlacht werde, ut altilia wil ich sihe schlachten. habeo eos in cavea, yn eynen bauer, non effugient, significat occidendos et perdendos. cavea altilium, ubi conservantur volucres et alia ac mactandum etc.[3] ich wil eyn ez anrichten. ich sehe eyn reiß,[4] ja ich wil dich woll reyssen, video kaitz, ja ich wil eyn kaitz anrichten. [5]q. d. quicquid facio, frustraneum est, ich wil mich scheyden von yhm, gutts jar haben, sumus divisi ut sumer vnd winter, id est: non amplius parcam, praeteribo peccatum eorum, video frustra praedicari parci, abe lieben gesellen, non amplius praedicabo etc.

templi.[6]

pallatii, id est: isto fine veniente et tradi

---

1) v. 17. 2) v. 1. 3) v. 2. 4) Insuper: ramu
5) Incipit fol. 44. B. MSCi. 6) v. 3.

populo in cap[*tivitatem*]: demolientur universa palatia, id est: regnum sol zu scheyttern gehen, domus regia ibit pessum et prorsus destru[*etur*]: Multitudo cadaverum, in omni loco proiiciet silentium, duo significat, 1. destruet pa[*latia*]. et regia habitacula, regnum, 2. destruetur totum regnum, homines silent, erunt ubique cadavera. silentium das jenige das auß ist. Verg[*ilius*]: camposque silentes. In Ozea supra. in ps. comparatus est iumentis et similis factus est illis est. et silentium erit. totalem regni vastitatem significat, es wirt still seyn ac si pestis esset et grassaretur.

Redit ad admonitionem et monet eos.

absorbetis et facitis cessare,[1]

destructis, evacuatis pauperes, das keyner kan bleyben, schinden, fressen ut nemo possit manere. quomodo fiet ista absorptio?

Quando transibit mensis,[2]

merces frumentaria, unde vivitur?

in argento,[3]

id est: per. Iste est modus. So gehet yr umb cum pauperibus, 1. uberſetzt das armut, 2. aug[*etis*] korn, 3. falsche maß.

pro cal[*ceamentis*]:

phrasis est, vilissime habetur. 4. vitium quod non dant integra et pura frumenta, sed mixta cum quisquiliis, putaminibus, modo plena sit mensura, got gebe quid sit etc. ut hodie merces solent mutari boß maß verfelschte maß, sic divites faciunt egenis etc. Sed quid est quid dicit uando tran[*sibit*]: mensis, revocat novilunium . d. in diebus sab[*bati*] non licet vobis vendere,

1) v. 4. 2) v. 5. 3) v. 6.

taxat immensam avaritiam, ut odio habuerint festa, novilunium et sabbata, sic hodie fit, non potuerunt ferre festa prae avaritia eorum. frumentum, triticum venum exponamus, publice vendamus.

au[*geamus*]: siclum

muß mehr gelten quam prius.

stateras,

proiectamenta, putamina, quisquilias etc.

[1]et quia hoc meruistis, denunciavi vobis finem,

in,[2]

id est: contra.

super[*biam*] Iacob. Si ob[*litus fuero*]:

id est: nunquam obliviscar, in finem, id est: in totum, nihil miserebor, sed omnia visitabo et puniam.

Numquid,[3]

solt ich das leyden quod frustra doceo, praedico etc. es muß seyn. Describit cap[*tivitatem*]: futuram.

Ascendet sicut fluvius,[4] consummatio eius etc.,

id est: consummatio populi mei, ascendet super eos sicut platzrege, grosser mechtiger floß, wolckenbrust.

defluet,

absorbebitur, fluvius egypti fluit impetu in mare. omnis fluvius qui ingreditur in mare, absorbetur a mari, mare hoc magnum, id est: Assyrius absor[*bebit*]: hunc populum ut mare fluvium Egypti, qui in mare ingreditur.

---

1) Incipit fol. 45. A. MSCi. 2) v. 7. 3) v. 8. 4) su hoc verbo: lux, pluvia.

Et erit etc. luminis,[1]

id est: lucis. Hebraismus est, tene[*brae*] infoelicitates, lux foelicitas, lumen oculorum, id est: hilaritas, serenitas vultus desiit, non est mecum, sic in ps.[2] vult obducere auroram nube teterrima, id est: quando dies est in summa luce, diem lucis medium diem appellat, repetitio est, id est: cum fuerint in summo flore repentinus superve[*niet*] eis interitus, cum pax est et securitas, tolluntur in altum, ut graviore lapsu ruant. In summa foeli[*citate*]: prosperitate, cum minime crediderint tollentur etc.

Et convertam.[3]

haec omnia de cap[*tivitate*]: **ich wills eyn ende machen des spiels.**

Et inducam.

tempore luctus induebantur sacco. significatio est moesti incessus et tristis animi etc. hebraismus est, id est: in veste lugubri incedere vos faciam ut captivos miseros homines. iucundorum est ornare capillos, tristium incedere impexos. signum tristitiae iudicat, consuetudo fuit tristes **beschoren** incedere. Isa.[4] sede in pulvere, decalvare etc. **wil sie so zurichten,** ut non sit gaudium, id est: vehementissimum, id est: acerbissimum dolorem, significat irreparabilem istam captivitatem, nota similitudinem, faciam ut non sit spes redeundi ex cap[*tivitate*]:

reliquias,

novissima, **sollen betrubt hertz haben vnd elend.**

Et ecce[5] etc.

Adhuc aliud faciam, id est: non erit verbum

1) v. 9. 2) Ps. 38, 11. 3) v. 10. 4) Ies. 47, 1. 5) v. 11.

dei. aliud est gratia. auferre doctores et verbum maxima plaga dei. [1]praecedentia mala: destruere regnum, tollere sacerdotium mitius malum est quam auferre verbum. utrumque malum in una prophetia complectitur. nihil hactenus effecit deus, semel faciet ut omne malum veniet et feret[2] verbum etc. sic nobis fiet, cum habemus, negligimus, Iudaei sunt sic puniti, Christiani sic punientur, quando diu praedicant et nihil eff[*iciunt*] etc.

famem,

eyn teurung, id est: auditus verbi domini tolletur, id est: nemo dicet, praedicabit, docebit verbum domini. si verbum dei non habet, muß verbum diaboli et hominum habere quia natura non potest quiescere etc.

a mari[3]

von eynem ort zcum andern,

quaerentes,

non vidisti verbum etc. Sic fecerunt prioribus temporibus, [*S.*] Iakob, Ierusalem, Rom etc. ubi sedebat Satan et loquebatur nobis et misit venenum et stercora pro croco ut Iere:[4] dicit: gutten bißleyn fur gessen, nunc stercus edunt etc. quid nos aliud nisi stercus papae comedimus habens teuer gekaufft, o wie wirts regnen nach dem, post negligentiam istam verbi et ingratitudinem etc. nemo dat bissen brott veris praedicatoribus etc. hic summus furor dei est etc.

In die illa deficient,[5]

id est: multae erunt formosae iuvenculae, se

1) Incipit fol. 45. B. MSCi. 2) sic! 3) v. 12
4) Threa. 4, 5. 5) v. 13.

marcescent, verschmachen, das schande vnd schade seyn wirt quod tam pulchrae etc. significat animas feyne geschickte leut etc. Die last man gehen, et negligentur, universitates nihil aliud fuerunt quam voragines iuventutis optimae etc. primum scortationibus et crapulis, deinde pestilentissimis doctrinis etc. Nota monasteria monachorum et Nonnarum. quando isti pueri pereunt, do ists auß.

In siti,

de spirituali siti loquitur: quare?

quia iurant[1] etc.

quando verbum dei non habent, ducuntur ad demonis doctrinas etc. mußen verterben,

in delicto Sa[*mariae*]:

idolum significat, verum deum coluerunt in istis idolis, sed quia hunc cultum deus noluit, ideo vocat delictum, istam opinionem habuerunt: Deus qui eduxit nos etc. delectatur isto cultu, sic abutuntur dei cultu in loco, persona, moribus statutis, tempore etc. sic in votis monast[*erialibus*] deus qui creavit etc. qui spectat[2] meam castitatem, paupertatem etc. Iurare est opus servitutis divinae.

in delicto.

per illum impium cultum dei in Samaria.

via,

id est: modus vivendi qui agitur in ber[*sabee*]: in cultu dei.

ultra.

werden an galgen kommen et nunquam redire.

---

1) v. 14. 2) v. Incipit fol. 46. A. MSCi.

Caput Nonum.

ad finalem vastationem regni et sacer[*dotii*] istius saeculi haec duo novissima ca[*pita*]: pertinent.

percute,[1]

discinde, disseca omnes qui sunt in capite et in posterioribus, primos et novissimos.

Cardinem

vel limitem, et scidit eos in capite omnes, vocabulum avaritia a commoditas venit etc. vide sic debet stare et scidit eos in capite omnium. brevis textus, sed vera sententia. omnia debent cadere etc.

caput,

id est: frangam sacerdotium et regnum, quicquid residuum erit in populo, erit nihil aliud quam tremor liminarium, inconstantium in terra et vagationem populi significat. Abacuc[2]: percussisti etc. hoc prophetatum est de hoc populo, schlahen an halß ad caput, hodie nihil est iste populus Iu[*daeorum*] quam truncus sine capite, id est: hoc totum regnum vastabitur et sacerdotium. illa motio et vagatio per totum orbem ter[*rarum*]: est tremor liminarium, ut tremant liminaria, id est: ut vagentur per to[*tum*]: or[*bem*] ter[*rarum*]: exponit qui sit tremor li[*minarium*]: et scindit inquit eos etc. amplificatione latissime exponit: residuum gladio perimam. Tremor multa comprehendit in se. non erit ut possint evadere,

educet,[3]

extrahet potentialiter dictum est, sic adimam eis refugium ut si quis ad inf[*ernum*] etc. deducerem, detraherem etc.

---

1) v. 1. 2) Habak. 4, 13. 3) v. 2.

absconderint se

pro cela[*verint*]:

Et si abierint,[1]

occidet, interficiet eos.

Et ponam oculos,

id est: observabo eos ut noceam, non ut beneficiam. sollen myr auß den augen nicht kommen.

Et dominus[2]

adonai. defluet, absorbetur, supra etiam habitum est, quod non possunt fugere, in causa est, quod non habent hominem hostem. sed deum, praesentiam maiestatis divinae, significat a cuius facie montes liquescunt.

Et as[*cendet*]: sicut rivus,

consummatio, id est: inundabit, consummatio contra eos wie eyn platzregen cum impetu et violentia, id est: sie sollen gar dohyn.

Qui aedificat.[3]

exponit maiestatem, describit illum qui percutere dixit cardinem etc. illa est qui possit videre omnia quae in terra sunt, sedens in sua cathedra.

fas[*ciculum*]:

collectionem. Ecclesiam suam verbo fundavit ut dominetur in medio inimicorum suorum. Satan wils umbstoßen, sed non potest quia dominus fundavit eam super terram.[4]

qui vocat aquas maris

significat pluviam.

Numquid non, (nonne), de Cyrene.[5]

Tyr vel kir regio nobis ignota in Assyria.

---

1) v. 3. 4. 2) v. 5. 3) v. 6. 4) Incipit fol. 46. B. SCi. 5) v. 7.

supra quoque habitum est. praeoccupat propheta. Sententia est. Non est ac[*ceptio*]: per[*sonarum*]: apud deum, iactat vehementer hic populus, quod semen sit Abrahae, contemnunt prae se omnes alios populos, peculium estis. Contra quos prophetae locuti sunt. Ego transfero gentes, sic custos sum ut propter personam vestram non parcam, qui peccaverint, punientur. Vide locum in actis:[1] Ich reyß hynweg sive sit Israel, heyß wie du wilt. Vos filii Israel non estis plus mei quam ethiopes, q. d. gedenkt nur nicht das ich euer schonen werde, ist myr gleych ßo viel mor vnd Jud. Nota hic quod Deus curaverit etiam tunc gentes .... quod fecit vobiscum et hoc propter patres vestros etc. Audite sententiam meam.

Ecce oculi domini etc.[2]

haec est summa summarum, quodcunque fuerit regnum peccans, tunc oculi mei sunt super eos ut puniam, das hab ich beweyst ym regno Capa[*dociae*]: Assy[*riae*] etc. er treybt sie auff etc. ego habeo oculos meos intentos super omnia regna etc.

Verumtamen.

non delebo Iacob, dicit dominus, hic mos est prophetarum, post comminationem simpliciter [?] addunt et promissiones et consolationes, regnum peribit, sed tamen reliquiae salventur. de ore lupi .... de tota vinea servabo ut supra. Ad Christum respicit propheta.

Ecce ego praecipiam et mutare faciam.[3]

Non conteram totum Israel sed servabo reliquias, caput, regnum et sacerdotium, usque ad collum percutiam, sed de trunco servabo mil reliquias quas transportabo in aliud regnun Mandabo ita ut videatis non hominum regimentu

1) Act. 10, 34. 2) v. 8. 3) v. 9.

esse. concutiam proprie est rutteln, schutteln, moverunt super me caput suum ps. 22.[1] populus sol in toto or[*be*] ter[*rarum*] so umb her faren, vagi in terra, Ozeas inquit, wye yn eym sibe etc.

lapillus

nescio quid sit, pulvis credo frumenti ego cribrabo eos, domum Israel sic, quod non ruat calculus in terram, faciam ut non possint effugere istam commotionem, es sol geruttelt seyn et nullus excidet e cribro, [2]nullus poterit effugere istam cribrationem et commotionem et concussionem, mussen alle yns sib etc.

In gla[*dio*][3]

q. d. die propheten lugen, nos sumus peculium, populus dei etc. ita praeoccupat propheta et retorsit praesumptionem eorum in caput eorum.

In die illa etc.[4]

per Iacobum citatur in actis.[5] regno sic destructo et sacerdotio wil ich das anrichten,

congregabo etc.

proprie dicitur de regno Christi, id est: cum instat perditio capitis et regni istius.

Taber[*naculum*]: David,

id est, ipsum populum, stam David, regnum, in quo debuit reg[*ere*]: Messias futurus. istud regnum fuit concussum tempore Christi. de contemptiss[*imis*] reliquiis fuerunt Ioseph et Maria, est truncus emortuus regnum David, sed eo tempore resus[*citabitur*]: et florebit ista radix emortua et truncus sal bluen etc. egregie faciam regnum novum,

rupturas,

wo es zurryssen ist wil ichs zuflicken ut regnum novum

1) v. 8. 2) Incipit fol. 47. A. MSCi. 3) v. 10
4) v. 11. 5) act. 15, 16.

sit vnd lustig, liblich. pulchra similitudo von eyn zceld hinder der thur, a muribus corrosis etc. Mariam autem significat ex qua prodiit flos etc.

antiquis,

als yhe geweßen ist, ßo schon wil ichs widder machen.

Ut possideant,[1]

wil es ßo zcu richten meyn tabernaklichen quod possideant non solum Edom, sed de omnibus gentibus reliquiae inhabitabunt, emphasis est in verbo requiram in actis, hic in possidebunt etc.

Ecce dies venient.[2]

arator, semen, semina, es wirt eyn wunderlich ding, werg, id est: velocitas erit tanta ut non sit comprehensibile, das messis sol bald auff den aratorem gehen, id est: simul arabitur et simul metetur, id est: fructum faciet verbum dei celerem etc. verbi velocitas faciet hoc ut simul convertantur et simul fructificent etc. apud Iudaeos hat man lang gepfflughet vnd gemartert, hic simul erit et labor et fructus.

culti,

id est: iucundi erunt, id est: ecelesia, ubi regnat verbum etc. loquitur de cap[*tivitate*][3]: spirituali. supra dixit nunquam rediturum populum Israel etc. loquitur de ecclesia, id est: multiplicabitur.

dedi,[4]

dedero, dabo terram, de qua non evellentur, antea dedi de qua evulsi sunt etc.

---

1) v. 12. 2) v. 13. 3) v. 14. 4) v. 15.

Τελος.

AMOS

II.

PROLEGOMENA.

Oseam et Iohelem Lutherus sicuti vidimus explanavit inde a festo Paschae usque ad profestum Laurentii martyris, id est IX. diem mensis Augusti MDXXV. Sane quidem in animo habuit, ad unum omnes prophetas minores uno tenore alium post alium explicare, sed rerum status et publicarum et ecclesiasticarum tantopere conquassatus ac perturbatus apparuit, ut iussus ab electore Friderico non posset, quin ipse sua nonnisi virtute nixus, verbi divini armis ad dextram et sinistram instructus fideique gladio pugnaturus inter ipsos hostium acervos se aciei moderator immitteret et controversias victor componeret ac dirimeret.

Muntzerus, quem alias Satanam Alstedtinum alias Archidiabolum vocat, Thuringiam vicinasque terras sollicitare ac concitare incepit, Carolstadius Vuittemberga ad Orlamundanos redux errorem suum detestabilem denuo recepit.

Die XIV. [Seckendorfius denotat XV.] mensis Augusti Lutherus senatum et cives Mulhusinos serio monuit, ut a Muntzero sibi caverent. Iussit eum repelli, caedes enim et seditiones illum moliri certum esse. Paulo post, die XXI. Augusti ad Fridericum electorem et Ioannem eius fratrem, Saxoniae principes prolixa epistola idem argu-ntum tractavit. Interim ipse iter fecit Vina-n, Ienam — ubi Carolstadium die XXI. et II. Augusti concione habita ad certamen pro-avit — Kahlam et Orlamundam, attamen nil valuit, nil profecit. Orlamundani diris vocibus

et prodigialibus exsecrationibus eum dimiserunt. Ipse in epistola ad Argentoratenses missa sibi gratulatur, quod furibundae plebeculae a Carolstadio incitatae e manibus evaserit conviciis et imprecationibus satis infestatus. Quibus seditionibus et politicis et ecclesiasticis valde concitatus nec non intimo pectore contristatus Vuittembergam reversus est. Paulo post re ad principes relata Carolstadius a munere et professoris et Archidiaconi Vuittembergensis et pastoris Orlamundani remotus et ex urbe et civitate eiectus est. Muntzerus nihilotamenminus die XIII. Septembris Mulhusium, non vocatus, sed spiritus sui vertigine impulsus petebat.

Lutherum per hoc omne tempus impense agitatum non potuisse reverti ad studia humaniora facile intelligitur. Iamiam calami hasta ac verbi potestate nimirum victrice et invincibili pugnandum, ad hanc ultimam rationem confugiendum esse duxit. Tunc temporis, quo omnino fructum esse eum scimus, omnes curas cogitationesque, summo in mora periculo instante, in eo posuit, ut quantum posset reipublicae, ecclesiae, scholis, ingeniisque incredibilem in modum concisis pacem, animi aequitatem ac vivendi rationem feliciorem revocaret atque deo iuvante reduceret scribendo, monendo, orando, imo totum se met ipsum pro ea re offerendo. Sub finem anni vel accuratius, quod ratum habeo, mense Novembri libellum descripsit duasque in partes divisum edidit: ‚Adversus prophetas coelestes (uti vocabantur) de imaginibus et sacramentis etc.‘, cui locum ex epistolae Paulinae ad Timotheum alterius capite III. praeposuit. Conferatur nostrae editionis germanicorum Lutheri operum tomus XX[illegible] p. 134. Multus ei, ut Seckendorfius in histor[illegible] Lutheranismi libro I. §. CLXXVI. professus [illegible] adversus illos labor fuit, qui libertate evangel[illegible] proterve abusi iam ad vim publicam adhibend[illegible]

spectabant. Nec hoc hactenus. Restitit Lutherus etiam aliis subtilius quidem attamen periculosius errantibus, concionatoribus in aula Vinariensi Vuolffgango Steinio et Isenacensi Straussio et quibusdam Iure Consultis. Accessit sollicitudo gravissima de scholarum salute ac custodia. Inter alios Carolstadii excessus hic quoque erat, ut literarum studia improbaret et exosa faceret, quam ob rem Lutherus principi formam scholae instituendae proposuit, ut patet ex epistola ad Spalatinum die XVIII. Octobris missa, in qua, cum academiae ruinam metuerit futuram, non parum questus inest. Eodem tempore etiam gravissima ad magistratus civitatum Germaniae paraenesi omni argumentorum qua poterat vi ab iis contendit, ne scholis constituendis operam navare quam maximam obliviscerentur. Queritur inde, scholas interire, academias detrimenta pati, monasteria deseri.

Domus, in qua uno tantummodo cum sodali habitabat, Augustinensis reapse deserta fuit. Ipse vestem monachicam, qua hucusque usus esset, sibi amplius non convenire putabat, quippe quae semper monastici aliquid oleret et repraesentaret, ordine in maximum contemptum adducto. Sic Maimburgius apud Seckendorfium rem describit. Apud electorem mutationes extremas caeteroquin non probantem tandem effecit, ut cucullum exuendi veniam impetraret et doctoris veste, quam dux ipse ei dedit, uteretur. Titulum etiam reverendi patris deposuit, qui ei hucusque publice in omnibus actibus debebatur, nullumque alium admisit quam D. Martini Lutheri et hunc ad mortem usque retinuit. Sic Seckendorfius describit hanc mutationem vestium libro I. Sectione 62. §. CLXXIIX. Itaque e IX. mensis Octobris, die dominina XX. post init. exuto cucullo Augustiniano in illa inde mparuit veste, qua praedicantes uti solent.

Sub idem tempus libri de libero arbitrio

vis et effectus tantas Erasmi aliorumque calumnias provocavit, ut ipse in epistola ad regem data profiteretur: Expecto lapidationem. Expectavit omnino quotidie mortem sub omni specie imminentem et meritum haeretici supplicium, perinde ac in epistola confirmat: Spero quod non sinat deus me diu vivere. Inde a fine mensis Novembris, id quod est cernere ex epistola d. XXV. Novembris data, de cunctatione et dissimulatione in aula, de religionis negotio querelas suas ad finem usque anni continuavit indignatus inter alia, quod parochiae negligerentur, cum scilicet quidam, penes quos ius patronatus erat, non praesentarent qui populo evangelicam doctrinam desideranti satisfacerent, quodque plures parochiae uni nec idoneo committerentur, dein quod alicubi pastoribus alimenta subtraherentur cessante aut connivente ad ista principe. Quantae offensiones! quantae sollicitudines! quantae curae! quanti labores! quanti dolores ac miseriae! Nae! omnibus his rebus sane tristissimis animi aequitatem perturbantibus ac vexantibus Lutherus non potuit aggredi munera academica perquam gratissima.

Mense demum Dezembri reversus est ad pergendam praelectionem adprophetas minores spectantem.

Amos prophetam nostrum tractare incepit, quod e codice Altenburgensi probatur, mense Dezembri MDXXIV, finiit paulo post Idus Ianuarias MDXXV. Necesse fuit, de rebus modo citatis copiosius disserere, quia alioquin neglecto earum respectu non satis intelligeremus proprium ac novum explicationum, adhortationum, stimulationum genus Lutheri in tractando hoc propheta adhibitum. Speculi instar totius temporis haec est praelecti

Iam transeundum nobis est ad perlustrati nem nostri commentarii quem primum typi exscribendum curavimus. Contextum reddidimu secundum codicem Altenburgensem ex schedi

Lutheri ipsis a familiari quodam transscriptum mutata solummodo orthographia minus accurate et non aequaliter a scriptore adhibita.

Adnotationes nostrae in Amos prophetam eadem ex praelectione Lutheri exceptae iam MDXXXVI. Argentorati editae sunt in libro, cuius inscriptionem in Prolegomenis ad Iohelem alterum quam accuratissime depinximus. Sexcenties vero verba Lutheri in sententiam editoris flexa atque commutata sunt. Ea quae corrigenda ille existimaverit adnotavimus sub linea transversa numeris arabicis denotata. Ad hoc usque tempus pro Lutheri ipsius sententia habebantur, attamen inde codicibus Cygneensibus et Altenburgensibus concordissime testantibus amplius non valebunt. Malam fuisse editoris opinionem iudicemus in praefatione editionis professam, se fausto consilio usurum esse, quum Graecorum trito adhibito rem aggrederetur: *δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι*. De hac praefatione plura afferemus in Prolegomenis ad Abdiam prophetam alterum scribendis.

Repetita est enarratio in Amos prophetam ex editione Argentoratina in collectionis Vuittembergensis tomo IV. p. 519. et Ienensis tomo III. p. 494.

Anno MDLV. Mag. Paulus Kroelius eam lingua germanica vertit in usum collectionis operum germanicorum Lutheri Vnittembergensis, cuius in tomo VIII. p. 411. invenitur.

Recepta est haec versio a D. Sagittario in collectionis Altenburgensis tomum VI. p. 1000; deinde a D. Bornero in collectionis Lipsiensis tomum VIII. p. 267; postremo a D. Walchio in collectionis Halensis tomum VI. p. 2434.

Prima verba salutationem pio lectori dedicatam omplectentia ab interprete vernacula lingua non redita sunt, quare et cunctis in collectionibus desunt.

Vitus Ludovicus a Seckendorf in historiae uae Lutheranismi libro III. §. 48. monet, Luthe-

rum hunc commentarium „edidisse" eo potissimum fine, ut in praefatione et exordio monet, ut, quoniam eadem vitia, quae propheta in populo Israhelitico taxavit, maxime autem magnificus (ut loquitur) contemptus evangelii et sacrae doctrinae renoventur, eaedem quoque poenarum denunciationes fiant.

Hoc loco a nobis commemorari restat, Lutherum, quanquam ipse adnotationes ad Amos prophetam nullas edidit, tamen librum amici, cui inscribitur: ‚In prophetam Amos Ioh. Brentii expositio, Witteb. 1530. in 8o.' praefatione ornavisse sub titulo: „Praefatio D. Martini Lutheri in Ioh. Brentii expositionem in prophetam Amos." Legitur in tomo VII. operum latinorum varii argumenti ad reformationis historiam imprimis pertinentium nostrae collectionis p. 512 collata cum editione epistolarum Lutheri de Wettiana, tom. IV. p. 148. Germanicam versionem habemus in collectionis Islebiensis tomo II. p. 17; Altenburgensis tomo V. p. 275; Lipsiensis tomo XII. p. 83; Halensis tomo XIV. p. 189. Quam praefationem, quum in nostrae collectionis complexum iam sit recepta, repetere noluimus, quamvis ad hunc imprimis locum pertineat et una cum ipsius magistri commentario in corpus congesta absolutiorem summam atque perfectiorem sententiarum Lutheri de hoc propheta nobis praebeat.

Ea quae in sequente commentario asteriscis denotata sunt adnotationibus parvulis in marginibus codicis Altenburgensis obviis inserviunt a nobis haud negligendis sed suo loco reddendis; ea quae cruciculis conspicua apparent notae sunt marginales ab editoribus collectionum et Vuittembergensis et Ienensis contextui additae.

Ioannes Linke, SS. Th. D.

Excepta

in

Amos Prophetam

ex

praelectione christiani patris
D. Martini Lutheri.

Vuittembergae M. D. XXIIII. mense decembri.

[PIO LECTORI SALVTEM.][1]

---

*Quia caro et sanguis sumus, quia [2]nocentissimos nostros hostes adsidue nobiscum ferimus et habemus, sathana[3] interim etiam non cessante, multimoda institutione et copia verbi dei opus habemus, ne illecti a carne, [4]circumventi a sathana, id quod facilime fieri potest, spiritum extinguamus. Ideo tam sedule[5] monuit[6] apostolus, ut verbum dei habitet in nobis *πλουσίως*[7] in omni sapientia etc. Colos: 3. Sicut enim corpori pereundum est, nisi addas panem et alimenta, quibus sustentatur. Ita et actum est de anima, amoto vero pabulo verbo dei. Vivit enim homo non in solo pane, sed per verbum dei. Deutero: VIII.

*) Incipit p. XXXVIII. MSCi.

1) Salutatio uncinis inclusa deest in codice manuscripto, legitur tantummodo in editione de anno 1536. collectione Ienensi deest vocabulum: salutem. In lect. Vuittenbergensi totus locus usque ad: ‚consilium rophetae' deest. 2) sumus, et hos nocentissimos sqq. ac Satan quoque interim non cessat. 4) et circumnti. 5) sedulo. 6) monet. 7) Loco graeci vocabuli gitur: opulenter.

*CONSILIVM PROPHETÆ[1]

Propheta Amos comtemporaneus fuit Oseae,[2] id quod tituli[3] indicant. Prophetarunt[4] uterque[5] contra regnum Ephraim, et eandem[6] calamitatem praedixerunt[7] futuram. Hic enim mos est domino deo, ut, quoties insignis aliqua rerum mutatio instat, quoties egregium aliquod malum imminet, mittat prophetas suos aut ministros verbi, qui verbum nuncient, qui futura malá praedicant,[8] ut praedicato[9] verbo vel pauca corda convertant et ad poenitentiam revocent. Haud[10] dubie etiam, verbo dei tam apertissime habentes, insignem rerum mutationem expectare debemus; caeterum qualis aut quando[11] futura sit, novit dominus. Itaque eo tempore, cum instaret vastatio Israhelis miseranda, misit prophetam Amos, misit et alios prophetas insignes, qui verbum praedicarent, et admonerent Israhelem futurae[12] vastationis et miseriae, ne omnino omnes perderentur, sed ad

---

*) Incipit p. XXXIX. MSCi.

---

1) Sic legitur et in codice MSCo. et in edit. 1536. In collectionibus vero ambabus inscribitur: Argumentum in prophetam Amos. Quibus verbis omnino incipitur hic commentarius in collectione Wittenbergensi. 2) Additur: et Esaiae. 3) titulus indicat. 4) Prophetavit.† 5) Deest: uterque. 6) Deest: eandem. 7) Legitur: calamitatem futurae captivitatis praedixit.†† 8) Rectius in edit: praedicent. 9) Iam legitur: ut saltem aliqui convertantur et ad poenitentiam revocentur. 10) Deest: Haud — debemus. Pergitur: Quare nobis quoque insignis illa verbi divini lux quam hodie habemus, argumento est, insignem rerum mutationem imminere.††† Caeterum sqq. 11) quando ea futura sqq. 12) de futura ira et vastatione,†††† ne sqq.

---

†) Quo tempore vixerit propheta. Vuitt.: Quo ten pore vixerit Amos. ††) Quid praedicaverit. †††) Mut tione aut calamitate imminente mittuntur propheta Vuitt.: Prophetae nuncii calamitatum. ††††) Cur missus si

poenitentiam revocarentur[1] verbo dei abundantes. Sed ut semper contemptum est verbum, sicut et hodie contemnitur, ita et tum nullum locum apud eos verbum habuit, nullus fuit respectus et[2] verbi et praeconum verbi. Paucis curae fuit verbum atque in iis utcunque paucis deus per verbum suum salutem est operatus; reliqua multitudo, quia verbum[3] contempsit, irrisit et blasphemavit, quia prophetas ad nunciandam salutem missos male adfecit, exibilavit, indigne tractavit, tandem etiam occidit, merito[4] per deum est abiecta.[5] Haec est species, imago et forma verbi dei, nos non est quod speremus meliora.

Summa ergo et scopus prophetiae Amos est†: Corripit et admonet Israhelem, ut resipiscat et poeniteat super impietate, ita[6] futurum, ut calamitatem imminentem iudicio[7] dei cavere possit. Sed egregie contempta est eius praedicatio, nam praeterquam quod alioqui verbum et verbi praecones mundo[8] et sapientia carnis ingratissimi sunt, eo etiam tempore prophetavit* Amos quo in summo flore fuit regnum Israhel, rebus omnibus foeliciter cadentibus, (quando et Ozeas prophetavit), nam

*) Incipit p. XL. MSCi.

1) Deest: verbo — est verbum. Legitur: revocarentur vel aliqui ac discerent quomodo se in futuris malis consolarentur. Sicut autem semper maior pars verbum contempsit, sicut sqq. 2) Deest: et. 3) contempsit verbum.†† 4) Deest: merito. 5) Deest: Haec — speremus. Legitur: abiecta, et poenas contemptus et securitatis suae luit. Haec semper fortuna verbi fuit, et mundi natura, quare nihil est, quod nos hodie speremus meliora. 6) ac ita futurum dicit, ut sqq. 7) Deest: iudicio dei. 8) mundus et sapientia carnis maxime odit et persequitur, eo sqq.

†) Ien. et Vuitt.: Summa prophetiae Amos. ††) Verbi et ministrorum contemptus.

sub Hieroboam insigni et forti, licet impio, rege prophetavit,† qui insignis victoria multimoda restituit terminos Israhel ab introitu Emath usque ad mare solitudinis, ut est in libro 4. Regum cap. XIIII.†† Itaque ista prosperitate regni infatuatus est, sicut solent impii rebus secundis infatuari et perdi; Proverb. I.††† Putant enim, se deo non indigere et excaecati pergunt impie agere donec iudicio dei[1] comprehensi pereant. Frustra enim eis annunciatur verbum, sicut in hoc propheta videmus. Prophetavit ergo Amos infoelicissimo tempore, valde tamen oportuno. Ex[2] his omnibus

1) Deest: dei. 2) Desunt in editione, quae sequuntur usque ad finem praefationis. Sed additur: Etsi autem haec iam olim impleta sunt, et nihil ad nos pertinere videntur, tamen meminerimus,†††† cum idem Deus adhuc sit, qui illo tempore fuit, et impietatem sui populi non tulit, nobis quoque, qui in iisdem peccatis volutamur et magnifice contemnimus Evangelion et sacram doctrinam, easdem poenas subeundas esse. Sicut enim Paulus dicit,††††† quae illis acciderunt, nobis sunt figura, et documento nobis esse debent, ut primum nostra peccata agnoscamus et emendemus vitam nostram. Deinde imploremus divinam misericordiam, ut nostri misereatur, et conservet nobis ea dona quae dedit, verbum et cognitionem dei. Porro hic propheta fere totus est in minis et terroribus futuri iudicii praedicandis. Unde quoque nomen eum habere apparet: Amos enim significat onus,†††††† tanquam praedicator durus, molestus etc. Fuit autem non ex ordine prophetarum, sed pastor,††††††† et ex tribu Iuda ad regnum Israhel migravit, ibique praedicavit tanquam peregrinus. Quare a sacerdote Amazia dicitur fuste occisus esse,†††††††† quem capite septimo obiurgat. †††††††††In fine tamen ultimi capitis addit prophetiam de regno Christi, ut ita librum suum in praedicatione

†) Vuitt.: Quo tempore prophetavit Amos. ††) 4. Reg. 14. †††) Impii rebus secundis infantuantur. Proverb. 1. ††††) Accommodatio ad nos et nostra tempora. Vuitt.: exhortatio ad agendam poenitentiam. †††††) 2. Cor. 10. ††††††) Amos onus. Vuitt.: Amos quid significat. †††††††) Amos pastor. (Ien. et Vuitt.) ††††††††) Amos occisus (Ien. et Vuitt.) †††††††††) Altera pars praedicationis Amos.

discamus, rebus adversis bene de bonitate et misericordia dei nobis esse sperandum, bonis vero temporibus timendum.

[Caput Primum.][1]

Verba Amos.

Hebraico more dictum est, nos latine sic oportet reddere: Haec sunt, quae videt Amos.

Qui fuit in pastoribus Tekuae.

Sic et infra dicitur, non fuisse Amos prophetam, sed pastorem,† hoc est, non fuisse de genere aut ordine prophetarum; nam diversi ordines in populo Israhelitico fuerunt. Erant alii prophetae, alii sacerdotes, alii sapientes.†† Horum arbitrio regebatur populus; hi[2] praeerant ministerio verbi, pro sacro sancto acceptabatur quidquid isti vel instituerent vel docerent. Ergo[3] tumebant sua auctoritate fisi, blasphemia videbatur, eis resistere, nam, ut est in Hieremia cap. XVIII. dixerunt.††† Non peribit lex a sacerdote, neque consilium a sapiente, nec sermo a propheta; sed dominus in contemptum†††† eorum,[4]

Christi finiat. Bis eius testimonio in novo testamento usi sunt Stephanus actorum 5. et Iacobus actorum 15. Ille contra Iudaeos, quod nunquam paruerunt legi dei, hic contra ipsam legem, quod Christianis non debeat imponi.

1) Inscriptio capitis, quae in editione legitur, deest in codice. In collectione Ienensi sequuntur verba totius capitis vulgatae editionis. 2) Deest: hi. Legitur: praeerant enim ministerio verbi, et pro sqq. 3) Deest: Ergo — Hieremia. Legitur: Hac igitur praerogativa inflati, sicut hodie adversarii nostri Ecclesiae nomine, secure contemnebant et persequebantur contraria docentes, sicut est Hieremia 13. sqq. 4) illorum.

---

†) Amos pastor. ††) Ien. ordines in Israel diversi. Vuitt.: Ordines in populo Israhel. †††) Ierem. 18. ††††) Ien. Deus in contemptum superborum excitat humiles. Vuitt.: Prophetae contempti.

qui sic superbiebant, excitavit saepe viros humiles et plebeios, qui ex prophetico aut sacerdotali ordine non essent, ut illis omnibus resisterent,[1] arguerent eos impietatis, ut passim est cernere in prophetis: Sed[2] haec est stultitia dei, qua infatuat mundum et sapientiam carnis. Abiectissimi[3] homines erant et plebeii, itaque insania esse videbatur, velle eos et regibus et tot prophetis ac sacerdotibus, qui ministerio verbi praeerant, tamque[4] prudenti populo et in lege domini edocto, resistere, ac novum quid praeter solitum morem docere. Itaque et ipsi pro stultis habiti, et ipsorum* verbum contemptum est et blasphematum. Sicut et hodie *παράδοξα*† videntur sapientibus mundi quae per evangelium Christi contra tam potens regnum papae, tam[5] diu a sanctis viris praedicatum, dicuntur et scribuntur, a quo stent[6] reges, principes, doctissimi quique, totus denique orbis etc.

Atque[7] hoc vult propheta, quando se pastorem†† Thekuae vocat, significans vilem et locum et personam; sed hoc est quod apostolus Paulus ait** 1. Cor. 1.†††: deum eligere stulta et infirma mundi, ut confundantur sapientes et potentes mundi etc.

Vocabulum hebraeum,[8] quod hic est redditum per nomen p a s t o r i b u s, non proprie pastorem, sed eum,[9] cui multa sunt pecora, dominum pecorum significat, q. d. armentarium.[10]

---

*) Incipit p. XXXXI. MSCi. **) summa.

---

1) et palam arguerent sqq. 2) Haec enim est. 3) enim homines. 4) tanquam. 5) deest: tam — praedicatum. 6) stant tot reges et principes et doctissimi sqq. 7) Legitur: Propheta igitur, quando se pastorum Thekus vocat, significat sqq. 8) Additur: נוקדים††††) 9) Dees eum. 10) Deest: q. d. armentarium.

---

†) Evangelii doctrina sapientibus paradoxa. ††) Vult Pastor Thekua. †††) 1. Cor. 1. ††††) Nokedim.

Quod vidit ante duos annos terrae[1] motus.

Hic indicat tempus, quando prophetarit, nempe sub Ozia rege Iuda, et Hieroboam rege Israhel.† De terrae motu isto, quando factus sit, nihil est in scripturis,[2] sed haud dubie eius facta est mentio in libro rerum dierum regum Israhel, cuius tam saepe fit mentio in libris regum, quem tamen non habemus. Meminit etiam huius terrae motus Zacharias cap. XIIII.††

*Haud dubie terrae motus ille, quando quando factus sit, signum fuit futuri mali, id quod etiam apud gentes semper accidit, testantibus gentilium historiis. Ita velut praeterito signo fidem facit propheta suae praedicationi.

Dominus de Syon rugiet.

Hoc[3] thema est et scopus sive caput totius primi capitis, immo huius totius libri.††† Et quia hic est mos prophetís, ut poeticis figuris††††

---

*) Vide quae ab aliis sunt dicta, quae quia scripturae auctoritate non sunt confirmata, incerta sunt.

---

1) Deest: terrae motus. Legitur: etc. 2) Desunt omnia quae sequuntur ab: sed haud — historiis. Legitur: excepto uno loco Zachariae cap. 14. Haud dubie autem signum fuit futuri mali, id quod etiam apud gentes semper accidit, testantibus gentilium historiis, quod eiusmodi signa magnae rerum et horribiles mutationes secutae sunt. Ita sqq. 3) Deest: hoc — poeticus. Legitur: Primum caput minatur vicinis gentibus, quae varie adfligebant Iudaeos, quos propter diversam religionem summe oderant, adiuvante etiam Satana, et instigante eas propter odium futuri Christi, et praesentis cultus, quem habebant Iudaei. Quia autem hic est mos prophetis, ut poeticis figuris et modis loquendi utantur, hic propheta totus est poeticus et figuratus. Metaphora sqq.

---

†) Ien. Quo tempore prophetaverit. Terrae mo-
ı. Vuitt.: Tempus prophetae Amos. Terrae motus.
·) Zachar. 14. †††) Ien. Minatur vicinis gentibus.
ıitt.: Argumentum primi capitis. ††††) Prophetae
ıntur poeticis figuris.

et modis loquendi utantur, hic propheta totus est in hoc genere, totus est poeticus. Metaphora ergo est vel potius allegoria, quando dicit: Dominus rugiet,† quo significat magnam iram et comminationem dei, q. d. *dominus qui est de Syon, qui habitat in Syon vel residet in Hierusalem, ille dominus rugiet, iratus est, erigit iubas instar irati leonis; cavete vobis, minatur vobis interitum, nam ut maxime vobis sit contemptui, tamen comminatur se vocaturum esse vos omnes [1]utetur autem ad hanc vestri devorationem gutture et dentibus Assyrii, actum erit de vobis omnibus nisi resipueritis etc.

**Lugebunt speciosa pastorum.

q. d.: Hoc minatur vobis dominus,[2] sic voraturus est vos, rediget[3] terram in solitudinem, deserta erunt et inculta habitacula, luctus erit in tabernaculis et desertio, ubi nunc sunt pastores.

Et exiccabitur vertex carmeli.

Iterum figurate dictum est. Carmelus duplex est††: I.[4] in quo habitavit Nabal, vir stultus, ut vocat eum scriptura. 1. Regum XXV†††; et

---

*) ut scilicet de Syon construatur non cum verbo rugiet sed cum dominus. **) Incipit p. XLII. MSCi.

---

1) Deest: utetur — resipueritis. Legitur: Si vertas constructionem: Dominus rugiet de Syon, et de Hierusalem emittet vocem suam, sententia tamen manet eadem. 2) et sic vocaturus. [Error editoris in omnibus collectionibus repetitur.] 3) ut redigat. 4) Deest numerus. Legitur: id est: in quo. [Intelligas, quanta ingenii imbecillitate editorem operatum esse, quum opinatus sit, numeri ordinalis picturam esse abbreviatum signum per totum librum manu scriptum usitatum, pro ,id quod' vel ,id est' adhibitum.]

---

†) Ien.: Rugiet. Metaphora a leonibus sumpta. Vuitt. Dominus rugiet. ††) Ien. et Vuitt.: Carmelus duplex. †††) 1. Reg. 25.

huius situs est ad austrum. Hic autem loquitur propheta de magno illo et insigni monte, ab omnimoda fructuum foelicitate claro. Est ergo sententia: Carmelus† redigitur in desertum,[1] non coletur, qui iam latus est et spaciosus, fertilissimus et uberrimus, prorsus incultus iacebit. His propheticis loquendi modis simul complexus est propheta totum[2] populum vastandum: per habitacula pastorum, plebeios et infimae sortis homines, per Carmelum optimates quosque,[3] principes et[4] sacerdotes significavit.[5] Atque hos omnes simul dicit perituros. Sic solent pro suo more minores, quos vocamus, prophetae pluribus figuris uti, quam maiores.

Super tribus sceleribus Damasci.

Particulariter iam pergit declarare quae significarit[6] tabernacula pastorum et carmelum.[7] Caeterum rectius ex hebraeo sic leges. Propter tres praevaricationes Damasci et propter quatuor etc. Item quod nos legimus:

in plaustris ferreis.††

In hebraeo aliud[8] significatur, non plaustrum, sed instrumentum quoddam dentatum quo terebantur paleae in pabulum iumentorum, cuius instrumenti apud nos nullus est usus. Ego tribulam voco. Idem vocabulum est 1. Para.: 20. ferrata carpenta etc.†††

Syriae Cyrenae.

Male legitur, et male etiam versum est, nam

1) et non. 2) omnes populi ordines, summos et infimos: per sqq. 3) Deest: quosque. 4) Deest: et. Deest: significavit. 6) significet per tabernacula sqq. Additur: minatur enim regno Syriae, quod per Assy-ɹm vastabitur. Caeterum sqq. 8) Deest: aliud.

†) Carmelus in solitudinem. ††) plaustrum ferreum. †) Paral. 20.

Cyrene inter Aegyptum sita est et Aphricam minorem,* sed rex Assyriorum nunquam subiectam sibi[1] habuit Aphricam, ergo pro Cyrene legendum est ‚In Cira'.[2] Haec de grammatica.†

Hic locus varie est tractatus ab interpretibus nostris.†† Liranus, fortassis ex sententia hebraicorum[3] interpretum, per tres praevaricationes putat intelligenda esse peccata in spiritum sanctum irremissibilia. Hieronymus longe plus ineptiens interpretatur primum esse peccati cogitationem, secundo[4] consen**sum, tertio[5] opus, postremo[6] impoenitentiam. Sed cum textus per sese satis clarus sit, quid opus est fingere ἀπροσδιόνυσα,[7] nam nihil est quod isti[8] quatuor peccata intelligi putant, nam septem peccata recenset.*** Itaque mea haec est sententia,††† tropum esse scripturae, cuius similem legimus Levit: XXVI,†††† ubi aliquoties repetitur: Addam correptiones vestras septuplum, percutiam vos septies, corripiam vos septem plagis. Significat septenarius††††† ille numerus perseverantiam puniendi et animadvertendi in eos, q. d.: In rotundum[9] perdam vos, non[10] desinam percutere, non diminuam plagas meas in vos.. Ita et hic locus prophetae Amos est intelligendus,[11] q. d. dominus, quia obstinate persevera-

---

*) vide 4. Reg. 16. **) Incipit p. XLIII. MSCi. ***) septenarius numerus in scriptura.

---

1) habuit sibi. 2) in Kir. 3) Ex sententia Rabinorum, per sqq. 4) secundum. 5) tertium ipsum opus. 6) postremum. 7) Deest graecum vocabulum. Legitur: tam aliena? 8) Quod de quatuor peccatis putant. 9) in totum vos perdam. 10) Deest: non — in vos. 11) Deest: q. d. — abolebo. Legitur: propter tria aut quatuor p

---

†) Pro Cyrene legendum Kir. ††) Vuitt.: Variet interpretationis. †††) Ut hunc locum Lutherus int lexerit. ††††) Levit. 26. †††††) Ien. et Vuitt.: Septe rius numerus.

verunt peccare contra me, quia non cessarunt nec poenituit eos impietatis sed insigni obstinacia perrexerunt impie agere, ideo penitus eos perdam et abolebo. Haec prorsus mea est sententia de hoc loco, nec video meliorem.

Eo quod trituraverit in plaustris.

Recenset scelera sive praevaricationes Damasci, q. d.: Contrivit ac comminuit et veluti in pulverem redegit hanc terram Gilead, contrivit quasi palea in area solet conteri. Est autem Gilead† in tribu dimidia Manassae.[1]

Non convertam.

Hoc ad conversionem poenitentiae retulerunt, id quod mihi non probatur, sed haec videtur esse sententia††: non liberabo[2] vos a manu Assyrii, non minuam poenam nec avertam, neque miserebor vestri, sinam Assyrium[3] in vos saevire, sicut vos perrexistis devastare Gilead etc. Et sic huius[4] verbi passim in psalmis multus est usus:

---

cata, id est: propter extremam et summam impietatem perdam eos. Ea autem est, quod obstinate perseverant peccare contra deum, quod non cessant nec poenitent, sed insigni obstinatia pergunt impie agere. Apparet autem hanc figuram inde sumptam, quod septenarius numerus in scriptura absolutus et principalis numerus est, post quem iterum incipiunt numerare: sicut apparet in ratione dierum, annorum etc. Tria igitur et quatuor peccata sunt extremum peccatum, quod non agnoscitur, sed in quo impii pergunt et gloriantur, tanquam in re sancta. Quare id non solum non patiuntur argui et reprehendi, sed defendunt persequendo ecclesiam veram et veros ministros. Haec sqq.

1) Manasse. 2) Non parcam eis, non minuam sqq. sinam per Assyrium vos vastari sicut vos devastatis ilead etc. 4) Et sic verbi שׁנב passim sqq.†††

---

†) Gilead. ††) Vera loci sententia. †††) Schanaf.

psalm. 6.† Convertere domine et eripe animam meam. Item psalmo 89.†† Convertere domine usque quo.

Et mittam ignem.†††

Per ignem vastationem per [1] Assyrios futuram significat, q. d. cavete vobis, mittam semel ignem,[2] venire faciam super vos mala multa quibus[3] ferendis plane eritis impares.

Conteram vectem Damasci.

Vectem†††† figurate adpellat munitiones item optimates vel fortes et validos ad suscipienda arma contra Assyrium[4] venturum. In hos, ne se defendant, dicit se immissurum pavorem veniente rege Assyriorum tanquam igne super eos.

Et disperdam habitatorem;

id est: succidam, exterminabo.

De campo idoli.

Damascus in planitie pulcherrima fuit sita,††††† non in locis montanis, sed *circumcirca amoenissimis agris fuit cincta, et ad hanc loci amoenitatem hic alludit propheta, q. d. pulcherrimo et fertilissimo[5] agro habitatis, iucundissimus est situs urbis vestrae, sed exterminabimini, transferimini in Assyrios.

---

*) Incipit p. XLIV. MSCi.

---

1) Deest: per Assyrios. 2) et venire sqq. 3) quibus opprimemini. [Caetera desunt.] 4) contra hostem venturum. 5) foelicissimo.

---

†) Psalm. 6. ††) Psalm. 89. †††) Ignis ††††) Vectis. †††††) Ien.: Situs Damasci. Vuitt.: Damasci situs.

IDOLI.

Aphen[1] hebraea lingua vocat quicquid non est vera pietas ex verbo dei instituta. Tractum est vocabulum a molestia cordium. Significat enim proprie inverum.[2] Ad[3] ista studia impietatis, quibus impii se fatigant conscientias suas impia et a se inventa religione adfligentes, propheta alludit.

Tenentem sceptrum de domo voluptatis.

Iterum periphrasis est, id est: regem* auferam et abduci faciam, qui ut maxime aedificaturus est sibi in amoenissimo loco splendidas et magnificas aedes, nihil promovebit, non utetur eis, transferetur enim et eiicietur.

Propter tres praevaricationes Gazae.

Pergit propheta terrere et iudicio dei pavefacere omnes gentes, quae in circuitu Hierusalem circum circa habitabant, siquidem non solum populum Israheliticum sed et impias gentes erat invasurus rex Assyriorum iudicio dei contra eos missus, ut Moabitas, Idumaeos etc.; quas omnes arrugit suo rugitu dominus,[4] indicans una cum

*) Incertum est an Benhadar aut Benhada sit legendum, variant enim exemplaria omnia et nova et vetera.

1) Idoli, און Hebraea lingua significat sqq.† 2) proprie laborem seu inquietudinem. [In MSCo. vocabulum ‚inverum' ita abbreviatum invenitur, ut editor iustum sensum investigare non potuerit, quam ob rem suam iniecit opinionem.] 3) Deest: Ad — alludit. Legitur: Propheta hic proprie videtur vocabulo usus pro loci nomine, quanquam simul etiam alludit ad illam molestiam, quam impii capiunt ex superstitione sua et electiciis cultibus, quibus se fatigant in periculis. 4) deest: dominus. Legitur: propheta.

†) Ien.: Aven. Vuitt.: Idolum Aven.

Israhele esse perituras, sed[1] tamen contra Israhelem maxime et potissimum haec prophetia texitur.

Quae fuerit illa capitivitas et transmigratio, cuius hic meminit, non potest ex historia sacra colligi, sed ex contextu prophetiae utcunque licet colligere, hanc civitatem Gazam† ex [2]conflictu fortassis aliquos Israhelitas cepit,[3] quos captos tradiderit Idumaeis, nam gentes istae in circuitu habitantes, perpetuo odio in Israhelem semper[4] saevierunt, quibuscunque tandem possent modis, perpetua[5] invidia laborarunt, nullam occasionem, nullum tempus, nullum denique studium intermittentes quin nocerent, si possent, Israheli,[6] adeo exulcerati[7] erant animis in Israhelem populum dei gentes impiae, nam in medio gentium sita erat Hierusalem,[8] circumcirca habebat nocentissimos hostes. Et hoc peccatum, dicit dominus, septuplum se puniturum.

Eo quod tradiderunt captivitatem perfectam.

q. d.: Tam hostili sunt et exacerbato in Israhelem animo, ut ardorem [9]illum vindicandi sui non possint satiare, nihil satis est eis, ut[10] se ulciscantur in populum dei, qui verbum dei habet. ††Adeo non potest sathan ferre dei verbum, hic omnibus viribus contra nititur, in hoc excitat impios adversus pios qui verbum dei habent. Sicut et hodie acerbis*simi nostri hostes sunt,

*) Incipit p. XLV. MSCi.

1) deest: sed tamen. Legitur: nam. 2) deest: ex conflictu fortassis. 3) cepisse. 4) deest: semper. 5) deest: perpetua — laborarunt. 6) deest: Israheli. 7) exulceratis. 8) et circumcirca. 9) odium illud non possit expleri, nihil sqq. 10) ut ulciscantur populum sqq.

†) Gazam. ††) Furor Sathanae et membrorum eius contra ecclesiam.

qui verbum impugnant sathana instigante, qui ubi verbum abstulerit, facile omnes ad se trahit etc. Sic[1] exulceratis animis erant omnes istae gentes contra populum dei.

Propter tres praevaricationes Tyri.

Haud[2] dubie in illa captivitate filiorum Israhel, de qua supra dixit, conspirarunt cum Palestinis Tyri. Tyrii tradiderunt Israhelitas abducendos, Palestini abduxerunt sive transtulerunt.

Nec recordati foederis fraterni,[3]

q. d.: Tyri[4] etiam non offensi, sua sponte in populum meum sunt grassati foedere fraterno rupto; non[5] dubium est, quin de foedere illo loquatur quod ictum est inter Salomonem et Hiram regem Tyri, vide 3. Reg.: V.*†

Propter tres praevaricationes Edom.

In hoc loco transferendo iterum stertit D. Hieronymus: nec mirum; solus enim homo impar fuit tam arduo et immenso transferendi labore,[6] nam quod hic vertit: Et violaverit misericordiam eius: plane absurde redditum est. Sic autem oportebat reddi: Et perdidit viscera[7] sua.** q. d.: Impense et ardentissime debuissent

*) nam fratrem vocat Salomonem rex Hira 3. Reg. 9.[8] **) viscera.

1) Deest: Sic — dei. 2) Deest: Haud — transtulerunt. Legitur: Zor†† est, quam nos vocamus Tyrum.†††. Significat igitur Tyrios cum Palestinis conspirasse, et tradidisse Israhelitas abducendos Palestinis. 3) fratrum. Tyrii. 5) Non autem. 6) labori. 7) viscera eius vel ios eius. 8) [Quod in MSCo. in margine legitur, id in itione in contextu positum est et legitur ante: q. d.††††]

†) 3. Reg. 5. ††) Ien. et Vuitt: Zor. †††) Vuitt.: rus. ††††) 3. Reg. 9.

se mutuo complecti, utpote fratres. Summa inter eos coniunctio et necessitudo debuisset intercedere, sed perdiderunt se mutuo. Nos in germana lingua hoc vocabulum[1] viscera† prorsus non possumus apte reddere. In hebraeo est propriissime dictum, quam proprietatem latini verbo illo, viscera, utcunque referimus;[2] frequenter sunt hoc vocabulo usi etiam in novo testamento apostoli et evangelistae; ut Lucae I.†† Per viscera misericordiae dei nostri. Et Paulus passim in suis epistolis est usus ad Philip. I.††† Testis mihi est deus quomodo cupiam omnes vos esse in visceribus Iesu Christi. Item cap. 2. si qua viscera miserationis etc.

Tenuerit ultra furorem suum.

Rectius sic vertes: Saevit ira eius sine fine, hoc est: ulciscendi sui[3] contra fratrem suum nescit modum. Fuerunt enim Idumaei ex Esau,†††† qui fuit frater Iacob, qui alias Israel dicitur, a quo Israhelitae, ex uno patre Isaac nati. Vide Genesin.††††† Idem est quod sequitur:

Indignationem suam etc.;

id est: implacabilis est huius populi furor contra Israhelem. Hoc odium sicut in Esau coepit, ita nunquam in posteris cessavit.

Mittam ignem in Themam.[4]

Themam nepos fuit Esau, et ab isto Themam†††††† tota regio Idumaeorum postea est adpellata. Sic enim solet scriptura eandem regionem

---

1) vocabulum רחם sqq.††††††† 2) resarcimus 3) Deest: sui contra. 4) Theman.

---

†) viscera. ††) Lucae 1. †††) Phil. 1. 2. ††††) Idumaei posteri Esau. †††††) Genes. 25. 27. ††††††) Ier et Vuitt.: Theman. †††††††) Rachem.

variis nominibus ap*pellare;† ut est in psalmis cernere, ubi variis nominibus nominatur Aegyptus. Sortita est illa terra nomen ab Austro, et celebris fuit, habuit enim multos praestantes et sapientes homines. Fit eius etiam mentio in libro Iob cap. 6.††

BOSRA;†††

insignis et praeclara urbs est Idumaeorum.

Propter tres praevaricationes filiorum Ammon etc.[1]

In hoc loco explicando variant mirum in modum interpretes, quando de scissis gravidis dicitur.†††† Certum est verbum scindendi ex hebraeo recte esse translatum, sed gravidas, alii volunt intelligi montes, idque probant iis, quae sequuntur in hoc contextu: Ad dilatandum terminum suum, ut scilicet sit sententia: Ammonitas usque adeo captos fuisse cupiditate regnandi et dilatandi suos[2] terminos, ut et montes dissecuerint et asportaverint a suo loco, ut dilaterentur termini. Inutilis[3] certe labor hic fuit, quare ego Iudaicas et mere arbitrarias opiniones esse puto. Ego simplicissime,††††† ut textus per se sonat, vel de scissis gravidis intelligo vel per metaphoram,[4] ut est hic propheticus rusticus plenus figurarum, atque ita[5] sit sententia: Ammonitas devastasse et

*) Incipit p. XLVI. MSCi.

1) deest: etc. 2) terminos suos. 3) deest: Inutilis — simplicissime. Legitur: Sed ego Iudaicam et mere arbitrariam opinionem esse puto, et simplicissime sqq. 4) Additur: pro potentibus et opulentis civitatibus, est sqq. 5) atque haec sit sqq.

†) Varia nomina regionis unius. ††) Iob. 6. †††) Vuitt.: Bosra. ††††) Varia interpretum opiniones. †††††) Lutheri sententia.

evertisse divites et insignes civitates Galaad.[1] Et haec metaphora etiam rectius convenit cum iis, quae sequuntur de dilatatis terminis. Hoc enim peculiari vitio laborabat hic populus, ut impetum faceret in terminos Israhelitarum. Sed si quis etiam de scissis gravidis intelligi vult, non laboro. Absurdum tamen est huic populo tanquam[2] tribuere saevitiam.

In muro Rabbe.

Singulis regionibus peculiaris aliqua et insignis erat urbs,† a qua tota regio nomen sortiebatur, ut est cernere in omnibus historiis sacris.*

In ululatu.

Rectius: vociferatione; nam de clamore victorum sive iubilo, non de iis, qui victi sunt, loquitur, ut scilicet hostes iubilaturi sint evertendo etc.

Et ibit Melchom in captivitatem.

Non est nomen proprium, sed adpellativum. Itaque sic[3] reddendum est: Ibit rex eorum in captivitatem. Milchon†† autem deus fuit Ammonitarum, nam sicut singulis regionibus singulae erant civitates, unde sortirentur nomen, ita et singuli singularem habuerunt deum, ut Palaestini habuerunt Dagon, Ammonitae Milchon, Moabitae Beelphegor,††† sicut habent historiae** etc.[4]

---

*) nota. **) numerorum 25.

---

1) Gilead. 2) tantam. 3) hic. 4) deest: etc.

---

†) Ab urbibus imposita nomina regionibus. ††) Milchon. †††) Singulorum populorum singula numina.

Caput Secundum.†

*[1] Hic iterum incertum est de historia, cuius fit mentio in principio huius capitis. Iudaicae fabulae mihi non arrident, quia non reddunt nos certos scripturis, et quia non est historia aliqua sacra unde[2] certi esse possumus. Ego metaphoρικῶς[3] intelligendum locum puto, ut scilicet ossa non corporis ossa significent,†† sed robustos et principes et[4] potentes, qui valent armis et gerendo bello; sic enim solent in scriptura sacra fortes ac robusti vocari ossa. Igitur arguit propheta Moabitarum inexplebilem saeviendi ardorem, quando mentionem facit combustorum ossium (Non enim incenderit est legendum sed combusserit.) regis Idumaeae.

Mirabilia dei iudicia††† in his locis spectamus, quae nos casum et fortunam esse putamus; nempe cum[5] aliae gentes aliis per[6] pugnam fiunt superiores, cum[7] aliarum gentium exercitus conciduntur. Ea omnia iudicio dei fiunt; et praeterea vindicat etiam deus optimus maximus iniuriam gentibus illatam, ut discamus deum totius mundi esse dominum, ipsius[8] arbitrio omnia geri, et id quod Paulus†††† apostolus ait** non tantum Iudaeorum deum, sed et gentium.[9]

*) Incipit p. XLVII. MSCi. **) Deum etiam esse gentium deum. ad Rhom. 3.

1) Praemittitur: Haec prophetia de Moab rectius coniungitur cum primo capite. Est autem hic iterum incertum de sqq. 2) unde possumus esse certi. 3) metaphorice. 4) ac. 5) nempe quod. 6) aliis bello fiunt. 7) deest: cum — ut discamus. Legitur: quod etiam gentibus illatas iniurias non sinit impune abire, ut scilicet discamus sqq. 8) deest: ipsius — geri. 9) Additur: esse.

†) In coll. Ien. sequitur contextus totius capitis.
††) Ossa per metaphoram pro robustis et potentibus.
†††) Iudicia dei mirabilia. ††††) Rom. 3.

Cirioth.

Ego appellative[1] legendum puto, id est civitas.

In sonitu.

Rectius in tumultu.

In clangore tubae.

In iubilo. Sic[2] finitis prophetiis adversus[3] gentes iam redit ad institutum, et incipit prophetare contra Iudam.[4]

Propter tres praevaricationes Iuda.†

A capite vitiorum omnium arguit Iudam, nempe idololatria, relicto vero cultu et verbo dei, nam hac impietate perpetuo laboravit;[5] necessario enim sequuntur abominationes et idololatriae, ubi a vero verbo dei deficimus, id quod cum hic tum in omni scriptura factum videmus.

Et mandata eius.

[6]Rectius statuta.* Quid intersit inter praecepta et statuta,†† dicemus alias, iam satis est, sic discernere: statuta esse ceremonias ad deum pertinentes, quae[7] tamen pro tempore mutari possunt.** Sic in psalmo††† 2.*** de Christo

---

*) statuta dei. **) verba: ‚quae — possunt' in margine MSCi. leguntur, sed signaculis aduncis ita significata sunt, ut non possimus quin illa in contextum iniiciamus. ***) ps. 2.

---

1) appellative latine legendum sqq. 2) Iam finitis sqq. 3) vicinas gentes redit sqq. 4) Additur: atque hinc ordiemus primam concionem. 5) Additur: sanctus populus. 6) Praemittitur: חקת.†††† 7) deest: quae — possunt.

---

†) Ien.: Iam adversus Iudam, et taxat eius idololatriam. Vuitt.: Discrimen inter praecepta et statuta ††) Statuta. †††) psal. 2. ††††) Ien.: Chukot, et in contextu et in margine. Vuitt.: Hukoth in contextu.

praedicitur, quod esset praedicaturus statutum dei, vel decretum sive ordinationem dei, se praedicaturum longe aliud decretum dei quam fuerint illa veteris testamenti; nempe se esse filium patris aeternum, se regnaturum, se regem fore totius mundi, se damnaturum quicquid est iustitiae humanae etiam per legem dei partae, in se autem esse credendum, se esse osculandum etc., ut sonat totus psalmus: alioqui amissuros nos viam iustitiae etc.[1]

Deceperunt eos idola sua.

Rectius: Errare fecerunt eos idola sua. Caussam† reddit, cur sint abiicien-* di, nempe quod secuti sunt vias impias impiorum patrum, mendacia,[2] quibus impie egerant contra deum patres, et ipsi impie perrexerunt stabilire. Adeo simplicissime ad suum solius verbum deus[3] vult respici, ne sequamur ea aut probemus, quae patres sunt secuti†† et adprobaverunt,[4] ut confundantur, qui hodie contra apertum dei verbum multitudinem maiorum et temporis diuturnitatem opponunt, quando hic vident argui filios, qui impietatem patrum sunt secuti, id quod etiam in lege prohibuit dominus Levit: 18.††† Custodite mandata mea, nolite facere quae fecerunt hi qui fuerunt ante vos etc.

Propter tres praevaricationes Israhel.

Hactenus digressus est propheta et quasi praelusit prophetiae, iam iustam prophetiam contra

*) Incipit p. XLVIII. MSCi.

1) Deest: etc. 2) Deest: mendacia. 3) Vult respici eus. 4) probaverunt.

†) Causa abiectionis Iuda. ††) Ien.: Verbum, non patres sequendi. Vuitt.: Solum verbum sequendum. †††) Levit. 18.

Israhelem institutam orditur. Est autem summa† totius loci: arguit propheta impietatem Israhelis, et damnat in eo tyrannidem et incredibilem avaritiam††; nempe cum dicit, vendidisse[1] iustum pro argento et pauperem pro calciamentis, hoc est pervertisse iudicia nec in iudicando aequitatem sive ius esse secutos,[2] sed suae avaritiae consuluisse, itaque nullam iusti[3] apud eos fuisse rationem. Sic enim necesse est iudicare omnes, qui timore dei vacant, ut non in ordinationem dei et ius respiciant, sed suae privatae cupiditati satisfacturi egregie sint avaritiae dediti etc.

Qui conterunt super pulverem.

Rectius legis: In pulverem absorbent.††† Utitur verbo absorbendi, ut exaggeret eorum impietatem pervertendorumque iudiciorum studium, q. d.: Redigunt pauperes prorsus in nihilum[4] sicut pulverem, iudicant[5] non pupillo nec viduis aut pauperibus, qui alioqui miseri sunt plus[6] satis, et quorum volui haberi[7] rationem, sed ad favorem optimatum et potentium perverterunt iudicia, ut etiam est in Hosea.

Idem est quod sequitur:

Et viam humilium declinant.

Ex hebraeo: Viam†††† afflictorum torquent, vel pervertunt. Significat autem via: negotia, res. Estque sententia: Pauperum usque adeo nullam habent rationem, ut quorum debebant vias tueri,

---

1) eum iustum. 2) secutum. 3) iusti fuisse apud eum rationem. 4) et sicut pulverem conterunt. 5) Non iudicant sqq. 6) Deest plus. 7) habere.

---

†) Ien.: Summa prophetiae adversum Israhelen Vuitt.: Summa prophetiae. ††) Ien.: Impii iudice Vuitt.: Taxat tyrannidem et avaritiam. †††) Absorbe ††††) Via.

quibus deberent patrocinari, quos in primis deberent sibi esse[1] commendatos, hos non tantum negligunt, sed et opprimunt etc.

Et filius etc.

Hactenus tyrannidem et avaritiam insignem in Israhele notavit, iam etiam promiscuam libidinem† damnat, quam tantam fuisse dicit, ut et pater et filius* non veriti sint uni[2] puellae stuprum obferre. Adeo nullam fuisse honestatis et pudicitiae rationem in eis. Et id facile potuit in isto populo Iudaico fieri, quibus erant puellae ancillariae propriae, sicut et servi, quibus pro sua libidine abutebantur.

Ut prophanetur nomen sanctum meum.

Eo tendit summa omnis impietatis, huc recidunt omnia, ut nomen sanctum dei blasphemetur†† et prophanetur. Nomen dei invocatum est super nos, hoc est, filii dei per gratiam facti sumus, cohaeredes††† Christi, breviter quibus quibus nominibus deus adpellatur iisdem adpellamur et nos, dum credimus, iusti, sancti, sapientes et dii vocamur, sed blasphematur†††† nomen dei et polluitur propter nos et per nos, quando non digne ambulamus, quando aliter ambulamus et conversamur, quam Christianos decet, dediti impietati et immunditiae etc.

*) Incipit p. XLIX. MSCi.

1) sibi habere. 2) Deest: uni — obferre. Legitur: eosdem amores sequi.

†) Ien.: Libido. Vuitt.: Libido gentis Iudaicae. ††) Vuitt.: Prophanatio nominis divini. †††) Credentibus nomina tribuuntur. ††††) Blasphematur nomen dei per nos.

Et super vestimentis pignoratis.

Arguit iam iterum eos avaritiae,† dicens de inique partis et spoliis a pauperibus extortis, nempe contra legem retinuisse eos vestimenta obpignorata.†† Cautum enim erat in lege,* ne quis, accepto a proximo suo pignore, qui ei debebat, retineret pignus per noctem, si pauper esset, a quo pignus accepisset, sed ut haec lex, ita reliquae omnes egregie sunt contemptae.

Et vinum mulctatorum bibebant in domo dei sui.

Solebant enim extorquere mulctas a reis, easque iniquas. Vide insignem impietatem sacerdotum.††† Interdictus erat omnino sacerdotibus ingressuris tabernaculum usus vini,†††† id quod lex habet**; hic autem dicit non contentos fuisse legem dei sic contemnere, sed et bibisse vinum iniustissime partum, nempe quod inique extorserant.*** Adeo nullus fuit apud eos respectus boni et pietatis. Est ergo sententia q. d.: Acceperunt mulctas iniquas unde emerent sibi vina ut laute viverent, et de vestimentis pauperum obpignoratis, quae etiam per noctem retinere prohibuerat deus, fecerunt sibi egregia pulvinaria, ut lauti essent et genio liberrime indulgerent. Ardentia sunt et mirum in modum vehementia verba prophetae. Non enim simplicis[1] luxus et pompae eos arguit, sed de inique partis et de pauperum spoliis laute eos vivere dicit, oblitos omnium**** divinarum legum.

*) Deutero. XXIV. **) Leviticus X. ***) die fulle pffaffen. ****) Incipit p. L. MSCi.

1) simplicius.

†) Avaritiam taxat. ††) Lex oppignorationis. †††) Ien.: Impietas sacerdotum. Vuitt.: Sacerdotum impietas. ††††) Usu vini interdictum sacerdotibus etc.

Hic QUÆSTIO† est, cur[1] propheta arguat prophanationem illam templi quod habuit Israhel, quando potius laudare debuerit templorum impiorum et praeter verbum dei institutorum prophanationem. Israhel†† enim templum per verbum dei institutum non habebat, sed [2]Bethel, templum autem domini per verbum dei et ordinationem dei aedificatum unum tantum erat in Hierusalem.

RESPONDEO[3]: nihilo minus impie peccarunt,

---

1) deest: cur. Legitur in proximis: Propheta arguit sqq. 2) deest: Bethel — autem. Legitur: sed templum domini sqq. 3) Desunt cuncta, quae in pagellis sequentibus leguntur in MSCo., usque ad novum locum, qui incipitur: Ego autem exterminavi Amorreum. In editione legitur: Respondeo: Hic non consideratur quid aut ubi fecerint, sed quo corde et affectu fecerint. Nam et si falsi numinis cultus erat, de quo nullum habebant mandatum dei, tamen quia in illo cultu erat cor securum, ac contemneus deum, verum Deum contemnebant, non idolum. Hinc legimus in gentilium historiis contemptum idolorum saepe maximas poenas secutum esse.†††) Nota est clades, quam Galli Brennone duce apud Delphos ob contemptum numen accepere. Nota est Pyrrhi calamitas, quae secuta est direptionem templi Iunonis in Italia. Eiusmodi poenae non adeo divinitus hominibus impiis accidere, quod Idola contempserint, sed quod contemptum veri dei, quem plane ignorabant, etiam aliarum religionum contemptus sit secutus: quae religiones etsi fuerunt blasphemae, tamen ab ipsis habitae sunt pro cultu veri dei. Sic periuria gentium certae sunt secutae poenae††††: non quod Iovis nomine aut Castoris non liceat abuti, sed cum veri dei nomen nescirent, et eius loco Idolorum nomine uterentur, quae loco veri dei colebant, tamen falsi Idoli nomine abusi sunt ad suam commoditatem, quadam impia negligentia et comtemptu omnium religionum. Qui autem notitiam veri dei habent,††††† illis sane non solum licet, sed etiam mandatum

---

†) Vuitt.: Quaestio de templo. ††) Causa damnatae rophanationis templi. †††) Ien.: Quare Idolorum conꞏemptus punitus. Vuitt.: Impietas punita. ††††) Periuia gentium punita. †††††) Pii mandatum habent de ontemnendis Idolis.

quia contra conscientiam egerunt, nam vero deo hunc cultum se instituisse putabant, non idolis, et ergo a conscientia iudicat eos propheta,* nam ut maxime verus dei cultus non fuerit, ut pote sine verbo dei immo contra verbum dei instistutus, et vero deo non servierint, tamen reprehendente eos sua conscientia, arguuntur impietatis. Ideo propheta dieit

In domo dei sui,

q. d.: non fuit verus deus, nec vera domus dei, et tamen quia putarunt se vero deo servire et non fecerunt impie egerunt. Ergo tam impium est quod sic cultum illum neglexerunt, quam si vero deo exhibuissent. Perinde est ac si de nostris sacri-

*) NOTA.

---

est contemnere, et damnare omnia Idola, et cultus omnes idololatricos. Et haec ipsa Idolorum damnatio proficiscitur ex timore et amore veri dei et verae religionis, non ex contemptu, ex quo oriuntur apud gentes periuria, sacrorum gentilium neglectus et similia. Recte igitur propheta damnat prophanationem etiam damnati templi, in quo idololatrici cultus et divinitus prohibiti, exercebantur. Non quod velit templum contra divinam voluntatem institutum sancte coli, et impia sacrificia exerceri, sed quod nolit tum templum, tum cultus illos impios contemni, ex impia quadam animi negligentia et securitate, qua non tam illa impia, quam verum Deum contemnebant. Sic hodie apud nos Missas debemus† negligere et damnare omnes, qui novimus unum tantum sacrificium esse, quo consummata sint omnia, nempe, Christum pendentem in cruce pro peccatis nostris. Sacrificulus autem Papisticus, qui hanc cognitionem non habet, et tamen impie abutitur Missa, quod eam pro questu prostituit, et singulari levitate tractat, in eo ipso peccat, quod impium opus non maiore pietate tracta quia facit hoc ex singulari contemptu dei et omnium religionum. Ego autem exterminavi sqq.

†) Ien.: Missarum contemptus in impiis peccatum in piis contra. Vuitt.: Missae papisticae.

ficulis et monachis dicas. Hi quia voverunt castitatem et paupertatem ac nescio quae alia, et his nemo libidini est magis deditus, ditissimi sunt, lautissimi vivunt. Ergo impietatis eos arguere possumus, ut qui suis votis non satisfaciant, quae tamen quia non possunt praestare impia sunt et contra deum, quia autem servare videri volunt et non servant, impii sunt etc.

Ego autem exterminavi Amorreum.

Exprobrat eis dominus praestitum beneficium†; sicque arguit ingratitudinis, ut qui tantis[1] et innumeris beneficiis nihil sint[2] allecti ad diligendum deum,[3] ad sectandum eius verbum, quem semper experti erant tutorem[4] et patrem, qui insignibus victoriis fecerat eos omnibus hostibus superiores etc. q. d.: Haec scilicet est gratia quam mihi refertis.

Contrivi radicem eius desuper etc.,[5]

id est: penitus extinxi eum, maiores cum minoribus. Adeo enim sunt extincti ac radicitus extirpati Amorrei, ut ne unus* quidem superstes remanserit.

Propinabatis Nazareis** vinum.

Non satis erat, vos contra legem meam impie agere, et vinum in templo bibere, sed et aliis occasio-***nem praebuistis peccandi contra legem, nempe cum Nazareis vinum bibendum dedistis,†† id quod lex prohibet Numerorum VI.[6]

*) ut Sampsonem et alios iudices. **) Nazareos. ***) Incipit p. LI. MSCi.

1) Deest: tantis et. 2) sunt. 3) et ad. 4) deest: tutorem et. Legitur: mittissimum patrem. 5) deest: etc. 6) Additur: Atque haec etiam una causa est, cur eorum

†) Exprobratio ingratitudinis. ††) Nazaraeis vinum prohibitum. Num. 6.

Ecce ego stridebo subter vos.

Figura hebraica est, q. d.: sicut gemit plaustrum plenum stipula, ita etiam curabo ut gematis vos sub plaustris Assyriacis, hoc est, pressi onere et labore nimio gemetis, opprimemini rursum qui iam elati et fastnosi estis. Et hoc est quod ait subter, quod nos latine commode reddere non possumus.

Et peribit fuga a veloce.

Tollit omne praesidium, et omnia minatur se ablaturum in quibus salutem et fugam sibi promittunt, omnem fortitudinem et studium evadendi. Hebraica phrasis est, quando dicit: peribit fuga,† qua usus est etiam David in psalmo††: periit fuga a me, id est: non video, qua evadam, spes omnis evadendi est perdita, pereundum mihi erit etc. Ita hic minatur idem dominus, q. d.: Circumdabo vos tanta potentia hostium et viribus aliorum, immittam vobis pavorem, ne possitis evadere, potentissimi exercituum duces desperantes et diffisi rebus vestris aufugient. Adeo nullum aderit vobis auxilium, bellatores, duces, sagittarii, equites omnes omni victoriae spe fallentur etc. Hic finis est primae concionis in hoc propheta, non enim statim omnia prophetarunt, sequitur alius sermo.

Caput Tertium.

†††Summa et occasio huius capitis sive se-

---

factum improbet, nempe, quod cum ipsi ex quadam impia securitate religionem contemnant, reliquos quoque suo exemplo ad similem contemptum inducant, ut contemptu illo vani cultus et impiae religionis, simpliciter deum et omnes religiones contemnant.

---

†) Perire fugam. ††) Psalm. 141. †††) In coll. Ien.: sequitur contextus totius capitis vulgatae editionis. Iam in margine legitur: Summa capitis sequentis. Vuitt.: Argumentum tertii capitis.

quentis concionis haec est: Offensi erant[1] plurimi ex praecedente prophetae concione, arguebant prophetam stultitiae, ut qui usque adeo nihil veritus fuisset simul omnes damnare et impietatis arguere, cum tamen bonus sit rex et maior pars populi pia sit. Atque ita fortuna regis occasio eis fuit resistendi prophetae. Ergo coactus propheta redit et strenue pergit damnare eos, nihil scilicet valituram hypocrisin quam suae impietati praetexerant. Sicque orditur:

Audite verbum quod locutus est dominus contra vos etc.

Ipse reddit caussam huius praedicationis,† q. d.: Esto elegerit vos dominus* sibi in populum, esto celebres sitis per orbem, nobilitati multimodis dei operibus et beneficiis pro vobis; esto non fecerit taliter omni nationi. Ideo non iusti estis, quia praevaricatores estis divinae legis, interim tamen bene placetis vobis de vestra innocentia, hanc vero ego arripio et damno. Ita semper etiam agit nobiscum divina maiestas, ut quando[2] boni esse volumus et sancti, [3]coram deo simus[4] impii; peccatores[5] non vult, quia[6] suum peccatum

*) Incipit p. LII. MSCi.

1) deest: Offensi — resistendi prophetae. Legitur: Offensi Iudaei praecedenti prophetae concione, arguebant prophetam stultitiae, quod non esset veritus regem tam fortunatum, et populum tam studiosum religionis damnare. Nam fortunam regis putabant maximum argumentum esse, quo prophetam refutarent, quod existimabant Deum non daturum successum si rex tam esset impius, am eum videri volebat propheta. Ergo coactus sqq. maxime boni sqq. 3) tum coram sqq. 4) sumus. Non vult peccatores. 6) qui sua peccata.

†) Falsam iustitiae persuasionem damnat.

agnoscere nolunt, sed tumentes[1] egregiam sibi sanctitatem persuadent; ideo abiiciuntur,† qui vero quantumvis magni peccatores suum agnoscunt errorem et non patrocinantur suae impietati hypocrisi quadam,[2] postulantes veniam, consequuntur, et dominus eos suscipit, siquidem non venit Christus vocare iustos sed peccatores. Ita hic videmus.

Idcirco visitabo super vos.

q. d.: putatis me vobis debere parcere, propterea quia populus meus estis, ego vero plus castigabo vos, ut me agnoscatis, et fidere discatis. Sic sanctos suos quos diligit etiam castigat.†† Hoc est quod Ezech. 9 dicit: A sanctuario meo incipite. Et 1. Petri 4: Tempus est, ut incipiat iudicium a domo dei, si autem primum a nobis, quis finis eorum, qui non credunt dei evangelio? Sic enim vapulat catellus, ut metuat sibi Lycisca; punit suos filius, ut impii non resipiscentes gravius vapulent, ut[3] gravius in eos saeviat etc.

Nunquid ambulabunt duo pariter.

In hoc loco Hieronymus††† fortiter transit, nihil potest de sententia statuere. Verbum enim,[4] quod hic in hebraeo est varie significat: cognoverint, convenerint, item congregati fuerint. Intellexerunt alii de rege Assyriorum et de deo, erat enim missurus deus regem Assyriorum contra Israhelem. Mihi omnino videtur textus esse proverbialis,†††† sitque[5] haec sententia: Duo non po-

1) deest: tumentes. Legitur: sed egregiam sanctitatem sibi persuadent; qui vero sqq. Deest: ideo abiiciuntur. 2) hi postulantes. 3) deest: ut. Legitur: graviusque. 4) Additur: נועדו. 5) ut sit haec sqq.

†) Ex peccatoribus qui veniam a deo consequantur qui non. ††) Suos castigat deus. †††) Hieronymi oscitantia. ††††) Proverbialis figura: Duo simul etc.

terunt simul ambulare nisi sint concordes, nisi inter eos conveniat. Applicatio proverbii haec est: Duo isti sunt deus et populus, q. d. dominus: vel ex hoc intelligite me vobis adversari, me a vobis non stare, siquidem eadem via, ut oportebat, non ambulamus, non convenit mihi vobiscum, et tamen impunes[1] evadere vultis; impii estis et praevaricatores legis, tamen causamini[2] vestram innocentiam; ideo ego iustus existens iniustitiae vestrae non parcam, nec cessabo vos percutere, donec vobis mecum convenerit, id quod iam non fit, siquidem a me diversam viam sectamini etc.

*Nunquid rugiet leo in[3] saltu?†

Ad idem pertinet cum loco superiore, estque haec proverbii vis, q. d. dominus: Leo si non satur est, rugit praesente praeda quam laniet[4] et unde famem expleat. Ita ego desinerem contra vos rugere,[5] non adversarer vobis, nisi mali et impii essetis, nisi occasionem in vos saeviendi mihi praeberetis. Similis forma loquendi est in capite 6. Iob††: nunquid rugiet onager cum habuerit herbam? Et eo pertinent omnia quae sequuntur.[6]

Nunquid cadet avis in laqueum,

q. d. quia ego auceps sum,††† retia sunt expansa, minor vobis malum, vos, quia laqueos non fugitis,

*) Incipit p. LIII. MSCi.

1) impune. 2) praedicatis. 3) deest: in saltu. 4) laniat. 5) rugire per meos prophetas? Non adversarer sqq. 6) Additur: et quanquam figurae sunt diverse, tamen idem significant. Ostendit enim cur tam terribilia minetur, cur tam odiosa doceat, nempe, quod deus haec velit a se dici, et ipsi suis peccatis praebeant occasionem, ne quid mitius dici possit.

†) Pergit comminari. ††) Hiob 6. †††) Auceps.

quia impie agere pergitis, capiemini; iudicium meum non poteritis effugere. Idem est quod sequitur:

Nunquid auferetur laqueus.[1]

Intentionem aucupis respicit non opus ipsum,[2] falli enim potest auceps ut nihil capiat, ea tamen intentione eoque animo rethe[3] suum expandit ut capiat. Ita, inquit dominus, non frustra vobis minitor malum, capiam vos per regem Assyriorum.

Si clanget tuba in civitate.

Clarius est, si sic vertas: Nunquid clanget tuba, nam latinus interpres sententiam obscuravit quando conditionaliter vertit. Omnia sunt ad praedicationem prophetae referenda qua admonet eos futurae captivitatis nisi resipiscant, q. d.: Clangente tuba† aut hostis adest aut incendium urbis, non dubitare etiam secuturum malum contra vos, non enim temere vos arguo.

Nunquid est malum.[4]

Arguit a iustitia dei, sicut et Paulus ad Rhomanos 9††: num iustitia est apud deum q. d. pavere deberetis et timere, sed vos pergitis contra me peccare.

Quia non facit dominus deus verbum.

Hoc est: Si est futurum aliquid, si imminet vobis malum, semper notum facit id[5] dominus per prophetas suos, quos mittit, ut futurum malum praedicant. Itaque non dubitate, quin insignis persecutio vos maneat iam me misso etc.

---

1) Additur: etc. 2) Additur: seu eventum. 3) deest suum. Legitur: expandit rete. 4) Additur: etc. 5) ic faciet.

---

†) Clangens tuba. ††) Rom. 9.

Hoc est quod in principio huius prophetae dixi, semper priusquam insignis rerum mutatio sequeretur, praemissos esse prophetas, qui populum consilii domini admonerent.

Leo rugiet, quis non timebit?

Pergit confirmare priorem suum sermonem contra impios iustitiarios hypocritas, qui egregiam sibi sanctitatem persuaserant, ut diximus in principio huius capitis. Itaque sua praerogativa fisi,[1] mentiri putabant prophetam aut insanire. Ideo rur*sum admonet eos irae et furoris domini, fore ut iuditio dei pereant, nisi resipuerint, dominum rugere[2] contra eos, et intentare malum, minari captivitatem etc.

Auditum facite in aedibus Azoti etc.[3]

Comparat gentes circumiacentes populo dei, ut confusus pudefiat sua impietate, qua etiam gentes superare se videt, q. d. propheta: videte gentes, quae circumcirca habitatis, congregemini ad nos, probate an etiam conferendi simus vobis, populus ille, qui dei populus esse vult, impietate vos vincit, quae deum verum non colitis. Sic omnes ferme prophetae in comparatione Israhelis impii fere iustificant gentes. Sic Ezech. cap. 16†: quia non fecit Sodoma soror tua ipsa et filiae eius, sicut fecisti tu et filiae tuae etc. Idem est quoque apud Hieremiam.

Congregemini super montes Samariae.

Hic declarat impietatem Israhelis, de qua et

*) Incipit p. LIV. MSCi.

1) confisi. 2) rugire. 3) deest: etc.

†) Ezech. 26.

supra.* Est inquit, in hoc regno nulla administratio iuris, nulla πολιτεῖα,[1] non est finis avaritiae et pompae.† Idem Esaias cap. 2.†† reprehendit: Repleta est, inquit, terra argento et auro, non est finis thesaurorum** eius etc. Hoc vitium omnes ferme prophetae damnant in hoc populo,[2] impiam tyrannidem principum.

Nesciunt enim facere rectum.

id est: tantum abest ut boni sint et pii, ut etiam sensu communi careant, obbrutescunt[3] velut irrationabilia pecora.

Tribulabitur undique terra.

Sententia est: Tu diripis pauperum substantias, non est modus avaritiae, sed iudicium dei vicissim te manet, captivus abduceris, auferentur tibi omnia bona et ornamenta tua, regnum et sacerdotium tuum.

Fortitudo tua.

Haec vox[4] pro regno in scriptura saepe accipitur, sicut et hic est accipienda et in multis psalmis.

Quomodo eruit pastor etc.

Deus non irascitur more humano,††† siquidem homines tanta acerbitate sunt in eos quos oderunt, ut eos penitus mallent extingui quam vel una

*) Insanias. **) Haec vox est quam Christus in evangelio vocat Mammona, iniquitates.

1) politia. 2) scilicet impiam sqq. 3) obbrutescant-que. 4) Additur: עז.

†) Impietas Israelis Tyrannis et avaritia. ††) Esa
†††) Ien.: Aliter deus, aliter homines irascuntur. Vui
Alia dei alia hominum ira.

hora superstites esse, et haec ira in iis est maxima, qui persequuntur verbum, quam describit Esaias: Deus autem sic irascitur et percutit, quantumvis saeviat, ut tamen salvae maneant reliquiae. Idem hic videmus: Minatur eis horrendam captivitatem, devastationem et direptionem omnium, invasurum eos dominum per regem Assyriorum, ut plane omnes videantur absumendi, tamen superfore re*liquias, ne penitus omnes intereant. Dura certe et horrenda utitur propheta similitudine, qua miseriam captivitatis voluit exhibere; ut autem est pastor et rusticus hic propheta,† ita ab his rebus similitudines ducit, quas habet pernotissimas, ut de gregibus,[1] vaccis etc. Ergo est sententia similitudinis, sicut non est, immo nihil est, conferendum os aliquod aut auricula oviculae a leonis ore eruta, reliquo toto corpore depasto, ita etiam consumet vos rex Assyrius, sed tamen paucissimos praestabo integellos ne prorsum[2] pereant Israhelitae.** Propheta Esaias, ut est elegantior hoc rustico a Thecoa,[3] usus est amoeniore etiam in hanc sententiam similitudine cap. LXV.†† quomodo si inveniatur granum in botro et dicatur, ne dissipes illud, quoniam benedictio est, sic faciam propter servos meos, ut non disperdam totum. Huiusmodi locis pleni sunt prophetae.

In plaga lectuli.

Hic etiam ipsis Iudaeis non convenit super hoc vocabulo. Ego sic verto: In angulo lecti et in Damasci strato.††† Divinandum autem est de

---

*) Incipit p. LV. MSCi. **) de reliquiis salvatis.

---

1) et vaccis. 2) prorsus. 3) Thekoensi ita sus sqq.

---

†) Rustica prophetae similitudo, sed quae miseriam tc. ††) Esaiae 65. †††) Lectulum et stratum.

sententia. Ego omnino puto referendum ad tribum[1] Iuda. Regnum Israhel lectum vocat, in isto lecto, hoc est pacifico et egregio regno dicit eos indulgere genio. Sic etiam stratum Damasci de regno intelligo. Est ergo prophetae sententia: Unum tantum lectuli angulus servabitur, reliqua tota pars peribit, portio quaedam populi, eaque minima servanda est reliquis omnibus perditis, supererunt paucae reliquiae et Damasci et Samariae. Sic enim accidisse notum est ex historiis sacris, nam vastatis Israhelitis Assyriaco exercitu, remanserunt paucissimi qui coniunxerant se Iudae, quibus pietas cordi erat, et sicut non omnes, qui erant ex Israhel, peccabant, ita non sunt omnes abducti et perditi.† Haec itaque mea sententia, quia cum historia convenit, ideo mihi probatur.

Audite et contestamini etc.

Exponit superiorem sententiam, q. d.: Instituerunt suo iudicio egregium cultum dei, pingue et opulentum habent sacerdotium in Bethel, mire indulgent suo genio, splendidissime vivunt, domos habent, in quibus hybernent, et in quibus per aestatem vivant, easque maximis sumptibus constructas, securi quiescunt, sed erit tempus, cum

1) deest: tribum — Damasci et Samariae. Legitur: ad cultus, ut sit similis figura illi apud Esaiam cap. 57.†† Lectum et stratum vocat altaria et lucos, in quibus cubabant adulteri, hoc est, idololatriam exercebant. Q. d.: Serviunt idolis in Damasco, et in angulis lecti, id est, in Dan vel Bethel. Sententia igitur est huius postremae partis: Filii Israel qui in Samaria habitant, et fornicantur cum idolis, dabunt poenas suae impietatis, et tamen sicut pastor de laniata ove vel crus, vel extremam auriculam leoni eripit, ita supererunt paucae reliquiae. Sic enim accidisse sqq.

†) Pauci ex Israelitis servati. ††) Esaiae 57.

visitabo sacerdotium,[1] templum sacra, vnd denn werden pfaffen vnd stifft als zuscheitern gehen. Sic ubique *prophetae describunt opulentiam pseudoprophetarum† et sacerdotum impiorum. Hos necesse est omnibus rebus abundare, veris interim prophetis nullus habetur honos; hi algent et esuriunt, illis nihil deest.

Caput Quartum.††

[2]Alloquitur mulieres istas impias impiorum vocans eas pingues vaccas; est enim ille sexus longe imbecillior quam qui rebus secundis recte possit uti, quae etiam alioqui sapientum animos solent fatigare.** In hanc sententiam loquitur etiam Esaias cap. 3,*** pro eo quod elevatae sunt filiae Syon, et ambulaverunt extento collo et nutibus oculorum ibant etc. Ita et hic de uxoribus pontificum, sacerdotum et principum loquitur, quibus pauperum bona praedae sunt.

*) Incipit p. LVI. MSCi. **) Sic necesse est perire eos, qui verbum dei contemnunt. ***) Vide caput 3 Esaiae.

1) deest germanica expositio. Legitur: sacerdotium et templum et peribunt simul sacerdotes et templum. Sic ubique sqq. 2) deest totum argumentum inde a: ‚Alloquitur‘ usque ad ‚praedae sunt‘. Editor Lutheri sententiam plane in contrariam mutavit magistro oppositam. Legitur enim: Quidam accipiunt pingues vaccas††† pro uxoribus divitum, abutentibus praesenti fortuna ad luxum, sicut apud Esa. cap. 3.†††† est: Pro eo quod elevatae sunt filiae Sion, et ambulaverunt extento collo, et nutibus oculorum ibant etc. Ita et hic de uxoribus pontificum, sacerdotum et principum loqui prophetam putant: ego tamen malo accipere de idololatris, quibus ipsa religio questui erat.

†) Pseudoprophetae abundant opibus, veri misere sunt. ††) In coll. Ienensi sequitur contextus totius capitis secundum ed. vulg. †††) Vaccae pingues. ††††) In margine legitur: Esai. 63.

Vaccae pingues.

Id est divites et potentes in populo mulieres,[1] quae caussa estis impietatis viris vestris. Inexplebilis est vestra avaritia, nullus est modus luxus et pompae vestrae. (Est[2] enim natura huic generi insitum ut hisce rebus sit deditum, nisi accesserit timor). Et hoc est quod subiicit:

Quae dicitis dominis vestris.

viris[3] vestris.

Ut bibamus.

Rectius epulemur, ut[4] laute vivamus et splendide, quia ergo hoc unum quaeritis. Ideo iuravit dominus per sanctum suum vel per sanctitatem suam, adducturum se super vos regem Assyrium, cui praeda[5] eritis, qui mactabit vos pingues vaccas.

Quique in contis vos portabit.

Iterum rusticae sunt similitudines,† q. d. sicut mactatas carnes affixas cuspidi aut baculo asportare solemus, ita et ille vos asportabit misera captivitate.

Et reliquias vestras.

Rectius: reliquum vestrum, postrema vestra, id est: domum, filios et filias, cum quibus iam delicate vivitis, istos etiam asportabit rex Assyriorum.

---

1) deest: mulieres. Legitur: qui causa estis imp tatis reliquo populo. 2) deest: Est enim — subii 3) deest: viris vestris. Legitur: id est, iis qui fov vestros impios cultus, vosque ditant. 4) et. 5) praed

†) Rustica similitudo.

In ollis ferventibus;

sive in caldario piscatorio, misere vobiscum in captivitate peribunt.

Et per rupturas exibitis, altera coram altera in[1] Harmona.

Non recta via exibitis, sed per rupturas ut ut poteritis. Ita enim futurum est, ut quae iam sedetis[2] in bene munitis urbibus securae, *veniente Assyrio fugietis, et ipse dirutis muris et moeniis eiiciet vos extra urbem per rupturas illas, non habebit rationem dignitatis vestrae, sed ut incideritis in eius manus, ita vos exire faciet[3] et propulsabit, Er wirt euch for ym hin treyben wie der hirt die kuhe.

Harmona.†

Montem[4] excelsum aut Armeniam ac nescio quid hic significari putant interpretes. Sed nihil est, nec nos movet. Contenti sumus simplicitate historiae. Itaque sicut supra in cap. I. civitatem Cyra nominavit, ita hic locum vel regionem in Assyria intelligamus, quo sunt abducti Israhelitae captivi. Nam, sicut supra dixi, quemadmodum Israhelitae non sunt abducti in Syriam, ita nec in Armeniam, sed ad Medos et Persas.

Venite ad Bethel et impie agite.

Loci isti duo, Galgal[5] et Bethel,†† noti sunt

*) Incipit p. LVII. MSCi.

1) deest: in Harmona. Ponitur: etc. 2) Male omissum est: sedetis in. 3) deest: et propulsabit — die kuhe. Legitur: faciet sine ordine tanquam pastor boves. 4) deest totum argumentum: Montem — Persas. Legitur tantummodo: Hic forte est Amanus mons, ultra quem populus in Assyriam est deductus. 5) Gilgal.

†) Harmona. ††) Vuitt.: Gilgal et Bethel.

et celebres, siquidem in his locis aemulabantur sacerdotium Iudae, summum[1] dei cultum instituebant in[2] his locis, sed tamen contra verbum dei. Est ergo[3] hic locus amara quaedam et acerba concessio per ironiam† q. d.: Ego impium istum vestrum cultum damno, prohibeo vos semper, ne a cultu per verbum meum instituto recedatis, sed vos egregie me contemnitis et impie agere pergitis, pergite, pergite, quasi vero iam ante non plus satis impii sitis, Ja, ja, geht mehr fort.[4] Ita accidit omnibus impiis, ut cum iusti esse volunt, cum se bene facere putant, iuditio dei gravius†† peccent.*

Afferte mane etc.*

Et hoc ad ironiam pertinet. Magna audacia in hoc propheta fuit, qui etiam summa et optima in speciem opera, quae deo fiebant[5] vero, non veritus est damnare et reiicere.

Tribus diebus.

Ego[6] hic sequor Lyrani sententiam, q. d. propheta: Vos instituitis cultum dei, aemulamini Iudam, qui legem habet dei ut quottannis ter coram domino adpareat, sicut habet lex. Idem vos quoque sectamini, convenientesque praedicatis ac multiplicatis impietatem vestram, quia sine

---

*) Quicquid non est ex fide peccatum est.

---

1) deest: summum. Legitur: et dei sqq. 2) deest: in his locis, sed tamen. 3) autem. 4) deest germanica interpretatio. 5) vero fiebant. 6) deest totus locus: Ego hic — instituit. Legitur nil nisi: Rectius vertes: Afferte decimas vestras tertio die. Sunt autem ironicae concessiones, cuiusmodi multae in aliis quoque prophetis leguntur.

---

†) Ironica concessio. ††) Impii suis iustitiis et operibus gravius peccant.

verbo dei et absque fide facitis, vestrae sunt adinventiones; ideo irridetis deum, et deus vos. Itaque coram deo nihil valet, nisi quod ipse instituit.

Et sacrificate de fermentato laudem.

Ex hebraeo: incendite. Varia erant sacrificiorum genera,† erant holocausta, pacifica, item votiva et spontanea, quae pro gratiarum actione offerebantur. Ideo* hic rectius versum esset sacrificium laudis. Fiebant enim sacrificia talia pro certis beneficiis in gratiarum actionem, ut est in Mose. Sic ergo petivit hunc locum propheta ex Mose, q. d.: Agite, accendite vestrum sacrificium; egregii scilicet sacerdotes, qui fermentum†† in sacrificium adhibetis, id quod maxime cavere vult lex. Aut (ut sit ironia) hic iterum notat impiam simulationem legis, quando tamen omnia contra legem fiebant, unus erat a deo praescriptus locus, in quo volebat coli. Adhibebantur etiam fermentati panes in sacrificiis pacificis, Levit. VII.†††

Et vocate voluntarias oblationes.

Paulus apostolus ubique[1] verbum vocandi transtulit verbo praedicandi. Ita est hoc quoque loco reddendum, q. d. propheta: Istis vestris praedicationibus invitatis populum ad illam vestram, quam instituitis, impietatem.

Voluntarias,

id est: spontaneas[2]; Legale est vocabulum ex Mose

*) Incipit p. LVIII. MSCi.

1) ubique קרא verbum sqq.†††† In collectionibus latine Kara scriptum est. 2) נדבות, legale sqq. In collectionibus latine Nedabeth [sic!] scriptum est.†††††

†) Ien.: Sacrificiorum genera varia. Vuitt.: Genera sacrificiorum varia. ††) Fermentum in sacrificiis. †††) Levit. 7. ††††) Kara. †††††) Nedaboth.

petitum; hoc enim nomine veniebant quaedam sacrificia in lege. Sic est in Psalmo 118†: Voluntaria†† oris mei beneplacita fac domine.

Unde et ego dedi vobis stuporem dentium.

q. d.: non possum vos ab illa impietate detrahere; nihil promoveo plagis††† quantumvis magnis et multis, ideo tandem cogor vos penitus abiicere; nihil promovi fame, nihil peste, nihil siti, nihil vitiis segetum; semper enim cum ad me debebatis redire, siquidem hoc consilio vos percussi, ad cultum illum vestrum estis reversi, cum tamen sit[1] mihi abominatio. Est autem hic metaphora hebraeae linguae, satis longe petita, quam nos non possumus nostris verbis reddere. Sic autem est in hebraeo: Dedi vobis munditiem, sive otium dentium, hoc est: Iam dudum nihil ederatis, immiseram vobis famem, sed perrexistis peccare, nam Iudaei, quando sic a domino percutiebantur, putabant caussam esse, quod cultum in Betel neglexissent, quando[2] domini consilium erat, ut sic percussi agnoscerent errorem et ad ipsum confugerent laturi veniam.†††† Sic nos quoque pari impietate laboramus, Domino irascente et malum aliquod imminente nobis, instituimus festa ambarvalia,††††† multas missas facimus, cum sic gravius dominum provocemus. Idem et quottannis fit, quando cum Turca est dimicandum, quo fit, ut Turca semper nobis fit superior. Atque hoc est quod supra dixi: Impios, cum bene interim se facere putant, gravius peccare etc.[3]

1) mihi sit. 2) at. 3) deest: etc.

†) Psal. 118. ††) Voluntariae oblationes. †††) Plagis non emendati abiiciuntur. ††††) Impiis cultibus ira dei magis provocatur. †††††) Ambarvalia festa.

*Pars una compluta est.

[1] Significat agrum, nam hebraice ager vocatur portio, cum sint singulis civibus sui distributi agri.

Et venerunt.

Hebraice: nutabantur. Motum et discursum populi sitientis significat.

Multitudinem,

id est: copiam omnium fructuum. Idem vides in Ozea.

Misi in vos mortem.

Rectius pestem. Haec historia ubi aut quando facta sit, nescimus.

Usque ad captivitatem.

Ex hebraeo: In captivitate.

Subverti vos sicut subvertit.[2]

Ex coniunctive et indicative legi potest. Est autem sententia, quam supra in capite 3. dixi de salvatis reliquiis. Subverti vos et misere afflixi, abducere feci et conculcari, sed tamen ereptae sunt quaedam paucissimae reliquiae,† paucula pars servata est, ne prorsus interiret Israhel. Nam, ut maxime vos miserrimis modis afflixerim, tamen non estis reversi ad percutientem vos, me, scilicet dominum deum vestrum. ††Utitur autem similitudine pro suo more, perinde ac titio††† unus, isque incensus, ereptus ab incendio non est confe-

*) Incipit p. LIX. MSCi.

1) Praemittitur: חלקה. In collectionibus latine Chelekah legitur.†††† 2) Additur: etc.

†) Reliquias paucas servatas. ††) Vuitt.: Consolatio. †††) Titio ex incendio ereptus. ††††) Chelekah.

rendus cum tota domo combusta. Ita et reliquiae vestrae nullae sunt ad totum populum collatae etc.[1] Sic et iustificaturus nos dominus nobiscum agit, terret ét ita confundit conscientias, ut actum de nobis esse putemus, quasi iam aeternaliter damnandi simus, et tamen semper reliqua est aliqua spes, ne prorsus desperemus, eripit nos tanquam torrem ex igne.† Itaque hic et similes loci et ad terrendum et ad consolandum sunt scripti. Terrent eos, qui durae cervicis sunt et obstinate perseverant in sua iustitia, consolantur eos, qui humiles et adflicti errorem agnoscunt.†† Beatus qui haec intelligit.

Quapropter haec faciam tibi Israhel etc.[2]

Quidam[3] hic eclipsin esse volunt, ut sit sententia: Haec hactenus tibi feci, pergo ultra facere. Quae sententia mihi non probatur. Quid enim adderet dominus iis qui iam antea ut Sodoma sunt subversi, atque adeo ut vix reliquiae minutissimae, tanquam os oviculae ex ore leonis, aut titio ex incendio ereptus, sint servatae. Mea vero haec est sententia, q. sic d. Israhel tu putas te habere deum propitium, quem in Betel contra legem dei quaeris et invocas, sed respice ad me, ego sum qui te percutio, atque ideo ad me redire deberes, et praeparavi in occursum meum, sed non facis.

In occursum meum.

Hic iterum variant interpretes. Sententia

1) deest: etc. 2) deest: etc. 3) deest fere totus locus: Quidam — Israhel. Editor Lutheri sententiam iterum plane in contrarium commutat dicens: Mihi placet hic esse eclipsin, ut sit sententia: Haec hactenu tibi feci, et pergam eadem tibi facere. Alii malunt si exponere, quasi dicat: Israhel sqq.

†) Desperationi proximi liberantur. ††) Scriptur terret et consolatur.

septuaginta ele*gans quidem est, sed grammatica ei repugnat. Eo autem pertinet hic locus, quo multi alii in prophetis, ut ille apud Ezech. 13. Non ascendistis[1] ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israhel, ut staretis in proelio in die domini.† Item cap. 22: Et quaesivi de eis virum qui interponeret sepem, et staret oppositus contra me pro terra ne dissiparem eam, et non inveni.** Et Esa. 64.†† Non est qui consurgat et teneat te, non est qui invocet nomen tuum. Ita et hic eadem est sententia, q. d.: Istis plagis quibus vapulasti hoc volui, ut ad me redires, ut mihi occurreres, paevenires iram, opponeresque te mihi, ne ulcisci pergerem, sed tu plane diversum agis. Omnia cohaerent cum praecedentibus, quando semper repetivit: Et non redistis ad me.†††

Quia ecce formans montes.

Allegat magnitudinem potentiae suae. Quid est, inquit, quod ad idola confugitis aut ad humana praesidia, cum interim me timere debebatis, quem scitis omnia et creare et interire facere posse. ††††Ego creator sum omnium sublimiorum,[2] nox, dies, aura vitalis, omnia ex me sunt. Stulti ergo estis, qui meam manum putatis vos esse aufugituros,[3] qui tam potens sum, ut omnia habeam in manibus meis. Ego si quem rapuero, non est qui possit eripere.*** Sic omnipotentiam duritiae eorum impiae opponit. Simili modo lo-

*) Incipit p. LX. MSCi. **) Sic dominus Exod. 32. ad Moysen ait: Dimitte me etc. ***) Ps. 49.

1) Non attendistis. 2) Omnium, quae fiunt in sublimi. 3) effugituros.

†) Ezech. 13. 22. ††) Esaia 64. †††) Ad percutientem non estis conversi. ††††) Ego sum deus omnipotens, ergo etc.

quitur etiam Esa. cap. 51.†: Ego sum dominus, qui conturbo mare etc.

Creans ventum.

Ego spiritum sive halitum intelligo, q. d.: Adeo non potestis ex meis manibus elabi, cum sum in vos ulturus, ut ut etiam spiritum vestrum vitalem a me habeatis, quem cum ademero, ne ad momentum vivere poteritis.

Eloquium suum.

Ego sic expono: Qui dat hominibus, ut loquantur. Tam prope enim nobis est divina maiestas, ut et verba, quae locuturi sumus, nobis administret. Nam hebraeum vocabulum[1] id proprie significat. De eloquio autem dei sive verbo dei loquens scriptura utitur verbo Amra,[2] vel Dabar.

Qui facit auroram obscuram.

Hoc est: Adhuc non timetis dominum, qui etiam diem, quo carere non potestis, auferre vobis potest.

Et qui graditur super excelsa terrae.

Quicquid magnum est et excelsum est[3] in terra huic subiicitur. Propter literalem sententiam non infeliciter etiam licebit hic ludere allegoriis.†† Dominus fingit montes, hoc est, omnis potestas, omne dominium ab ipso venit, ipso volente cessat, subiicit sibi rursum, sicut ait: Gradiens super excelsa terrae. Item facit* Auroram et diem, item

*) Incipit p. LXI. MSCi.

1) Additur: דבר. In collectionibus latine legit: Dabar.††† 2) deest: Amra vel Dabar. Legitur tantum modo hic אמר. In coll. lat. leg.: Amar.†††† 3) deest: es

†) Esa. 51. ††) Allegorica expositio. †††) Daba ††††) Amar.

nubila, hoc est bona tempora, ipso volente secundae sunt res nostrae, volente rursum infelicia et turbata fiunt omnia etc.

Caput Quintum.†

Sicut[1] supra in principio tertii capitis dixi, prophetas non uno anno hos suos libros prophetiarum sive concionum absolvisse, sicut nec uno anno statim omnia prophetarunt, ita et hic alius sermo alio anno habitus orditur. Eadem autem eius est sententia cum prioribus, et in idem recidunt omnia, sed in singulis concionibus aliis utitur verbis et aliis loquendi modis. Omnino enim libri isti prophetarum nihil aliud sunt quam conciones.

Audite verbum istud, quia ego levo super vos planctum domus Israhel.*

Cecidit[2] virgo Israhel et non adiiciet ut resurgat. Quando ait: Levo super vos, hebraismus est, vulgaris in omnibus prophetis quando[3] vocant verbum domini [4]onus,†† [5]annunciant prophetae[6]

*) sic est legendum.

1) deest totum argumentum a: †††Sicut supra in principio — conciones. Legitur: Sicut supra dixi, non esse Prophetarum sermones continuos, sed singula capita singulas esse conciones diversis temporibus dictas, ita et hic sermo novus est, quanquam eadem eius est sententia cum prioribus, et in idem recidunt omnia, nisi quod aliis utitur verbis et aliis loquendi figuris. 2) deest: Cecidit — quando ait. Incipitur: Quod dicit: Levo sqq. 3) deest: quando. Pergitur: Vocant enim verbum sqq. 4) Additur: משׂא: In collectione Ien.: legitur Masa.†††† in Vuitt.: Masan, onus. 5) Quia annunciant sqq. 6) deest: prophetae.

†) In collectione Ienensi sequitur contextus totius capitis ex vulgata editione. ††) Vuitt.: onus. †††) Singula capita in prophetis singulae conciones. Idem huius capitis cum prioribus argumentum. ††††) Masa.

futurum malum,† quod premat[1] populum. Ideo indiderunt verbo[2] nomen oneris, siquidem molesti erant et invisi onerosique[3] prophetae, [4]nihil aliud nunciantes quam onus, vastationem regionum iram et comminationem dei. Sicut et Paulus et omnes praecones verbi cum eo: Revelatur, inquit, ira dei de coelo super omnem impietatem etc. Hanc praedicationem in speciem duram et gravem caro non vult ferre, sed sua iustitia fisa, indignam se putat poena. Prophetae[5] autem temporale malum minantur, ne perpetuum cogamur ferre nisi resipuerimus. Idem verbum est in hoc quoque loco quando ait: Levo super vos, ich wil uber euch laden. Latine[6] non bene possumus imitari hanc phrasim hebraicam.

Cecidit virgo Israhel.

Desponsatus[7] erat Israhel uni deo propter verbum dei et fidem in verbum,†† quo servabantur castae eorum animae, sed cecidisse dicit eam, sive casuram, destruendam esse et vastandam per regem Assyriorum. Sic ponit sibi propheta ob oculos malum quod futurum erat, quasi iam fieret aut factum esset. Qui mos est pro-* phetis. Non loquitur autem de virginitate, ut ineptiunt in hoc loco interpretes et cum eis Hieronymus.

---

*) Incipit p. LXII. MSCi.

---

1) premet sqq. 2) verbo seu praedicationi suae nomen משא, oneris sqq. 3) deest: onerosique. False legit editor: omnibus. 4) quod nihil aliud praedicabant quam onus et vastationem regni, item iram sqq. 5) deest: Prophetae — resipuerimus. 6) Errante calamo edi scripsit: Latini. 7) Desponsata erat virgo Israel sqq.

---

†) prophetae calamitatum nuncii. ††) Ecclesia d per verbum desponsata.

Non surget amplius.

Hoc est quod et[1] prophetavit Ozeas cap. 1: non addam ultra misereri domui Israhel,† sed oblivione obliviscar eorum. Ita enim sunt devastati et dispersi, ut nunquam sint in regnum suum reducti, id quod est in sacris historiis.

In terram suam.

Iacebit vasta et solitaria, manentibus pauculis reliquiis, sed hae reliquiae non erunt conferendae cum iis, qui abiicientur et peribunt, vix decima pars supererit, ut ex sequentibus patet.

Urbs de qua egrediebantur mille etc.[2]

Hoc est, quod supra dixit de reliquiis salvandis,†† quasi erepto cruce ex ore leonis, et erepto titione ex incendio. Hic clare sine figura loquitur, q. d.: Miserrime vastabuntur, sed tamen supererunt reliquiae paucissimae.

Quaerite me.

Nunc orditur dominus blandissime adhortari††† et monere, q. d.: me, me quaerite, ego sum, qui vos percutio, sicut supra dixit: Ego etiam[3] potero sanare, quid curritis ad impium vestrum cultum in Betel, ad[4] me recurrite! Ita semper dominus alterum oculum defixum habet in Betel, sicut et statim subiicit: [5]Quaerere†††† dominum non est operibus [6]externis aut externa

1) prophetavit et sqq. 2) deest: etc. 3) potero etiam sqq. 4) deest: ad me — Betel. 5) Nam quaerere sqq. 6) externis operibus sqq.

†) Israel abiectus. ††) Reliquiis paucissimis servas reliqui peribunt. †††) Ien.: Invitat ad veram poenitentiam. Vuitt.: Promissio et consolatio dulcissima. ††††) Ien.: Quaerere dominum. Vuitt.: Quaerere dominum quid sit.

hypocrisi quaerere, sed ut est in psalmo*: Ex toto corde quaerendus[1] est, cor requirit, non externam vestium scissionem, sicut et Iohelis 2. ait: Scindite corda vestra etc. Sic et Esa. 21.†: Si quaeritis dominum, quaerite, convertimini et venite.

Et vivetis††

Hebraismus est, quam latine utcunque sic reddimus, id est: bene habebitis: frequens est hic hebraismus in scripturis, ut in psalmo 141.††† Portio mea in terra viventium. Sic Esa. 38.†††† in cantico Ezechiae: Dixi non videbo dominum in terra viventium,††††† id est: in terra ubi omnia prospera sunt et omnia bene habent.

In Bersaba.

Eadem fuit stultitia†††††† huius populi et impietas, quae est nostrorum, qui in honorem sanctorum, si quo loco fuerint aut aliquid egerint, templum aut aram instituerunt.** Idem††††††† prorsus fuit furor Iudaeorum. In Betel fuerat Iacob, in Gilead erant circumcisi, in Bersaba commoratus erat Abraham. Ideo hos locos tanquam sanctos prae ceteris eligebant et cultum aliquem dei insti-

*) psalmus 118. Psalm. 144: prope est dominus omnibus invocantibus eum in veritate. **) Sancta loca.

1) deest: quaerendus — Iohelis 2. ait. Legitur: ex toto corde quaerere, ut serio doleant de admisso peccato et spe misericordiae divinae ad percutientem se revertantur, deprecentur eum, veniam petant, et peccare desinant. Hypocritae alio modo quaerunt habent enim cor caecum et impoenitens, peccata sua non vident, ideo non serio invocant deum, et tantum in speciem quaerunt ieiunando, scindendo vestes etc. Sed Ioel dicit cap. 2. Scindite sq

†) Esa. 21. ††) Vivere. †††) Psalm 141. ††††) Esaia 3[8] †††††) Terra viventium. ††††††) Vuitt.: Stultitia Israel et horum temporum. †††††††) Idem furor Iudaeorum qui nostrorum in colendis diis.

tuebant. Dominus autem non facta sanctorum, sed fidem† eorum nos voluit imitari, nam id semper inculcat in lege: observate quae ego praecipio vobis, q. d.: non quod cum sanctis egi. Et[1] cum talia docerent sancti prophetae, habiti sunt haeretici, et tanquam impii, qui cultum dei* prohiberent; sed[2] hoc agebant prophetae, ut omnino et simpliciter Israhelem ab operibus in solum verbum revocarent,[3] id quod et nobis omnino[4] praestandum est, sed ut tunc prophetae sunt contempti et ut maledici interempti,†† ita et hodie idem nobis** contingit etc.[5]

Betel erit inutilis.

Erit in Aphen.[6] Hic est vocabulum Aphen,[7] de quo supra dixi. Hic[8] in sua germana et nativa significatione est[9] usurpatum a propheta, sicut et in psalmo 89†††: Et amplius eorum labor et dolor.*** Ita hic, Betel erit in Aphen, hoc est: Sicut vos impiam iustitiam fecistis in Betel, unde taedium[10] et molestiam habuistis, ita faciet vobis dominus idem Betel in Betaphen,†††† hoc est[11]: **yr werdt herczleid vnd jammer dar von haben.** Hoc[12] Betel occasio vobis[13] erit maximi mali.

*) Incipit p. LXIII. MSCi. **) Consule hic hebraeum exemplar, nostra enim et ineptissime cohaerent et pessime sunt versa. ***) Vide supra.

1) Haec autem cum admonerent sancti sqq. 2) deest: sed — prophetae. Legitur: Sicut nos quoque hodie damnamur, quod electicios cultus non approbamus et simpliciter opera vocationis urgemus. Hoc ergo propheta agit, ut omnino sqq. 3) revocet. 4) deest: omnino. 5) deest: etc. 6) deest: Erit in Aphen. 7) און.††††† In collectionibus legitur: Aven. 8) deest: hic. 9) deest: est. 10) dolores. 11) hoc est in domum doloris, **da ir hertzleid vnd iamer solt uon haben.** 12) Betel enim. 13) erit vobis.

†) Fides, non facta divorum imitanda. ††) Prophetae damnati et occisi. †††) Psalm 89. ††††) Betel erit Bethaven. †††††) Aven.

Domus Ioseph.

Regnum Israhel alias domus Ioseph, Samaria, Israhel,[1] † Mons Ephraim, domus Ephraim etc. in prophetis nominatur.*

Qui convertitis in absinthium iudicium.

Haec duo vocabula semper coniungit scriptura. Est autem hic locus petitus ex Mose Deuteron. XXIX.†† ne sit inter vos radix germinans fel et amaritudinem. Ex quo loco repetiit etiam auctor epistolae ad Hebraeos cap. XII.††† Item Actor. VIII.†††† Est autem sententia: vos in iustitia vestra securi contemnitis deum, quem timere debebatis, itaque[2] quod alioqui dulcissimum est, vos vertitis vobis et aliis in amarum fel etc.

Arcturum.†††††

In hoc loco varia comminiscuntur hebraei, sed incerta nos, ideo nos quoque missa faciamus. Eo autem omnino tendit propheta, ut iterum, sicut supra, opponat potentiam dei impiis contemptoribus; sicut et indicant, quae sequuntur.[3]

In noctem obscuram.

q. d.: Dii, quos in Betel in Betel[4] requiritis,

*) Varia nomina regni Israhel.

1) deest: Israhel. 2) Deest: itaque — fel etc. Legitur: Praeterea nullam iustam administrationem habetis, sed abutimini potentia vestra ad opprimendos bonos. Significat enim utrumque male administrari ecclesiam et politiam etc.†††††† 3) Additur: Quod Latinus arcturum vertit, alii vertunt Pleiades, et melius placet.††††††† 4) Alterum ‚in Betel' omissum est.

†) Varia nomina regni Israhel. ††) Deuteron. 29 †††) Ebr. 12. ††††) Act. 8. †††††) Vuitt.: Arcturus Pleiades. ††††††) Ecclesiam et politiam male administrari. †††††††) Verus prophetae sensus.

et in Gilgala, et in Bersaba, non iuvabunt vos, frustra ad eos recurritis opem laturi et invocaturi. Ego sum dominus omnium et creator,[1] ad me venite et vivetis.†

Qui[2] vocat aquas maris.

Hoc est, quod in psalmo dicitur: qui operit caelum nubibus et parat terrae pluvia. Descendere enim facit e mari nubes daturus pluviam, ut est cernere in historia Heliae etc.

Qui subridet vastitatem.

Ineptissime est versum. In hebraeo autem sic est: Qui[3] roborat vastitatem. Idem est vocabulum, quod est in psalmo 38††: ut refrigerer prius quam abeam et *amplius non ero. Variant autem mirum in modum interpretes. Mihi autem omnino figurative loqui[4] videtur propheta, ut sit roborare††† vastitatem idem quod cum potentia et vi inferre vastitatem, cui non possit a quoquam resisti.

Super robustum.

[5]Rectius: super potestatem sive regnum et imperium, (gwalt)[6] ut in psalmo 61.†††† potestas dei est. Ipsi subiiciuntur omnia, in ipsius manu sunt omnia, nulla est tanta vis et potentia, quae possit ei resistere, immo quae non sit ab eo, sicut et supra dixit.

*) Incipit p. LXIV. MSCi.

1) Additur: qui creo vices temporum, qui fontes et flumina produco ex mari. 2) Totus locus mirum in modum abest in editione a: Qui — Heliae etc. 3) Qui confirmat vastitatem. 4) videtur loqui. 5) Praemittitur: W. In collectionibus legitur latine: Az.††††† 6) gewalt.

†) A falsis diis ad verum deum revocat. ††) Ps. 38. †††) Roborare vastitatem. ††††) Ps. 61. †††††) Az.

Oderunt corripientem in porta,

[1]ubi iudicatur, ubi sedent iudices et senatus iudicantes,[2] id vocant hebraei portam.† Est ergo hic[3] sententia: Nolunt impii isti[4] in conventu hominum in publico pro concione reprehendi.†† Sic nostri quoque principes et larvati episcopi verbo dei vitio vertunt, quod impietates eorum palam facit coram[5] vulgo etc.

Et loquentem perfecte.

[6]Idem vocabulum est in psalmo 118†††: Beati immaculati, id est: beati sani in via etc. Sic[7] Paulus est interpretatus, quorum scilicet fuit sana doctrina, sana fides et charitas, hos ferre noluerunt, quam[8] non possit impietas sanam doctrinam ferre experimur in dies.

Idcirco pro eo quod diripiebatis[9] etc.

Post amicissimam exhortationem subiicit alia parabola comminationem.†††† Conqueritur id quod supra semper est conquestus; nempe summam omnis impietatis, differentiam erga deum, et violentiam in[10] proximum.

Diripiebatis.

Rectius: Oneratis, premitis pauperos et imponitis onera quibus ferendis impares sunt, de-

---

1) Praemittitur: Hebraei vocant portam, ubi sqq. 2) deest: iudicantes — portam. 3) haec. 4) isti sua peccata reprehendi, sed dissimulari ea cupiunt. Sicut nostri sqq. 5) deest: coram — etc. 6) Praemittitur: תמים. In collectionibus latine legitur: Thamim.††††† 7) sic enim sqq. 8) quam autem sqq. 9) deest: diripiebatis. 10) erga.

---

†) Ien. et Witt.: Porta. ††) Impii nolunt peccata sua reprehendi. †††) Psalm. 118. ††††) Comminat †††††) Thamim.

glubitis miseram plebem, intollerabilia tributa exigitis, corraditis bona per fas et nefas.

Ablatum electum,

id est, quicquid boni habent pauperes, id vobis usurpatis, optimos agros, fundos, hortos vobis per rapinam et tyrannicam avaritiam vobis subiicitis. Hic contemplentur[1] se papa cum suis et[2] principes nostri exactores* et pauperum devoratores, qui si quis pauperi ager bonus est, aut quicquid habet, de eo numerare cogitur tributa.

Vineas amantissimas.

Vineas desiderabiles.[3] Vox ista in omnibus prophetis frequens est et in psalmis: ſchone,[4] luſtige, hupſche weynberg.

**Quia novi scelera vestra.

Hoc verbo quando ait: novi et illorum et suum affectum significat, q. d.: Ita saevitis in pauperes, ita opprimitis, quasi ego non videam aut sciam, sed optime video,† oculi mei ad pauperem respiciunt, nihil omnium quae facitis mihi occultum est, ut maxime ad tempus dissimulem,

---

*) principes exactores. **) Incipit p. LXV. MSCi.

---

1) contempletur. 2) deest: et principes — tributa. Legitur: qui vere sunt pauperum devoratores. Nam passim, quicquid usquam optimum fuit, occuparunt non admodum honestis artibus. Etsi autem imperia sine magnis oneribus subditorum teneri non possunt,†† tamen ea in re modum habere principes decet, ne pro principibus tyrannos se exhibeant, et pro defensoribus subditorum vastatores. Odit enim deus omnem iniustitiam. 3) Additur: amoenas, iucundas. 4) deest germanica explicatio.

---

†) Deus omnia videt. ††) Modus in onerandis subditis tenendus.

id quod vos excaecat.* Sic† et in psalmo†† 9**: Inquiunt impii: Oblitus est deus, avertit faciem suam, ne videat in finem.*** Sic Ezech. 8. non videt dominus nos, dereliquit dominus terram.††† Item 9. Sic Esa. 29. quis videt nos et quis novit nos.††††

Ideo prudens in tempore illo tacebit.[1]

[2]Huc pertinet totus psalmus X.††††† Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum puraverunt sagittas suas in pharetra, ut sagittarent in obscuro rectos corde, quoniam quae perfecisti destruxerunt. IUSTUS AUTEM QUID FECIT? Hic[3] pereat qui servari non vult, qui sordet sordescat adhuc.

Tempus malum.

Malum vocat, quia mali praedominantur.

Et erit dominus exercituum vobiscum sicut[4] dixistis.

Occupatio est.†††††† Impii Iudaei suam impietatem non agnoscentes tuebantur se promissionibus dei, nempe se esse populum dei, promisisse dominum, se fore in medio eorum, non fecisse do-

---

*) ps. IX. **) vide totum psalmum. **) Summa totius impietatis.

---

1) deest: tacebit. Ponitur: etc. 2) Praemittitur: Hoc est: tanta est tyrannis,††††††† ut nemo docere verbum dei ausit, sed statim cruces et gladios minantur ac intendant, simulac mutire contra coeperit aliquis. Huc sqq. 3) deest: Hic — adhuc. 4) deest: sicut dixistis.

---

†) Impiae securitatis voces. ††) Psalmus 9. †††) Ezech. 8. 9. ††††) Isaia 29. †††††) Psalm. 10. ††††††) Ien.: Hypocritae tuentur se promissionibus divinis. Vuitt.: Gloriatio et fiducia gentis Iudaicae. †††††††) Tyrannis in pios ministros.

minum taliter omni nationi etc.* Ideo arguebant mendacii sanctos prophetas venturam dei[1] iram annunciantes, ut qui contra legem dei loquerentur et contra promissiones dei. Huiusmodi impiae voces egregie expressit Micheas† cap. 2.** ne loquamini loquentes, non stillabit super istos, non comprehendet confusio dicit domus Iacob, nunquid abbreviatus est spiritus domini aut tales sunt cogitationes eius etc. Has omnes impias voces diluit hic propheta Amos, quando ait: Quaerite bonum et non malum etc. q. d.†† promisit dominus, se affuturum vobis, sed piis, ubi servaveritis quae vobis praecipit, sicut et Micheas subiicit, nonne verba mea bona sunt cum eo qui recte graditur etc.[2]

In omnibus plateis planctus.

Transit satis dura transitione ad comminationem, q. d.: quia non iudicatis rectum, ideo

*) Impii ut promissionibus dei non credunt, ita nec minis. **) Vide egregium locum.

1) iram dei. 2) Additur: Hoc enim est discrimen inter promissiones legis et evangelii, quod ista quae lex promittit, sub certa conditione promittit, sicut textus clare dicit: Qui fecerit haec, vivet in eis. Honora patrem et matrem, ut sis longaevus super terram. Ubique enim annectit conditionem nostrorum operum, sicut clare apparet ex 28.††† capite Deuteronomii, immo ex tota lege. Evangelion†††† autem, quae promittit, gratis sine conditione ullius operis promittit. Quare qui promissionem fide accipit, eam certo consequitur, nihil impediente neque praeterita vita mala, nec praesenti et futura infirmitate. Qui misericordia dei in Christo nobis exhibita, certa et infallibilis est, eam cum fides intuetur per Christum, sine conditione operis aut dignitatis nostrae, accipit certo quae promittuntur.

†) Micha 2. ††) Promissiones aliae legis aliae evangelii. †††) Deut. 28. ††††) Evangelium.

incidetis in horrendum iudicium, planctu† plena erunt omnia loca, omnes viae et plateae, neque solum in civitatibus, sed et agricolae lamentabuntur, sicut sequitur:

Et ad planctum eos qui sciunt plangere,[1]

q. d. *Generalem luctum in toto regno faciam, ut quicunque plangere potest, plangat. Tanta erit miseria, ut nemo sit futurus quem non pigeat vivere,[2] plangent et senes et iuvenes, als was heulen kan.[3]

In vineis,

id est: vinitores. Male legimus viis.

Cum transiero in medio tui,

id est, cum calcavero et percussèro te in furore meo sicut Aegyptum percussi.

Vae desyderantibus diem domini.

Contra contemptores†† praedicationis et praefractos haec dicit, qui mendacii et stultitiae arguebant prophetam, et insultabant ei, negantes, talia omnia eventura esse quae praedicebat;** de quibus et 2. Petri 3†††: Dicentes: ubi est promissio aut adventus eius, ex quo etiam patres dormierunt omnia sic perseverant ab initio creaturae etc. Ita semper ab initio mundi, sicut promissionibus dei non crediderunt impii, sic et comminationes†††† contempserunt, donec prorsus

*) Incipit p. LXVI. MSCi. **) Hic iterum consule hebraicam veritatem.

1) deest: plangere. Ponitur: etc. 2) pigeat vita suae. 3) deest: germanica argumentatio.

†) Planctus. ††) Ien.: In contemptores verbi. Vuitt Contra contemptores verbi dei. †††) 2. Petri 3. ††††) Imp promissionibus non credunt, comminationes contemnun

interirent nihil tale cogitantes. Idem egregie etiam hodie faciunt impii nostri sacrifices,[1] dum magna securitate verbum dei, maxima[2] bonitate dei iam rursum mundo revelatum, egregie[3] contemnunt, irridentque eos, qui malum eis et interitum comminantur. Sic enim dicunt: O[4] es ist eyn wbergang wber die pffaffen.* Res mutabitur, erit cum tália omnia cessabunt et in summa aestimatione habebuntur sacerdotes. Isti in eadem sunt damnatione, in qua fuerunt impii Iudaei, quorum hic meminit Amos et quorum Petrus.[5]

Dies[6] domini tenebrae et non lux.

Diem domini vocat totum tempus adflictionis illius quam praedicit. Dies autem, ut et supra dixi, hebraeis fortuna est et omnia prospera et laeta, sicut frequens est ubique in psalmis haec figura. Dicit ergo, omnia felicia infelicia et moeroris plena futura esse.**

---

*) Unser tolle pffaffen. **) Sic proverb. 28: Non extinguetur in nocte lucerna eius.

---

1) faciunt impii Papistae, qui magna sqq. 2) deest: maxima — dei. 3) deest: egregie. 4) deest germanica interpretatio et quod sequitur usque ad: cum talia. Legitur: breve esse tempestatem, qua clerus iactatur, sed brevi fore cum res mutabitur et talia sqq. 5) Additur: vocat enim diem domini calamitatem quam praedicit, et dicit: Vae istis, qui diem domini desiderant. Sed quod cum propheta minaretur talia ventura dicebant secure: Veniat dies domini, quam tu minaris; q. d.: Nunquam erit quod tu praedicis. Vae, inquit, talibus et tam securis contemptoribus, sentient enim diem domini tenebras esse, et non lucem, hoc est: experientur, me nihil men-[illegible]um, ac dabunt poenas suae impietatis. Tenebrae enim [illegible]bulationes, lux consolationem, gaudium successum [illegible]nificat.† 6) Totus locus deest a: Dies — futura esse.

---

†) Tenebrae. Lux.

Quomodo si fugiat vir a facie leonis.

Iam comminatur† horrendum interitum contemptoribus istis,* q. d.: Age,[1] contemnite egregie verbum domini, securi estis, putatis non futurum, ut incidatis in futurum malum, sed adeo impossibile erit, quin pereatis, ut impossibile est evadere eum, qui fugiens leonem in ursum incidit. Adeo non poteritis evadere, ut dum confidetis, vos evasuros esse, in medium[2] malum incurratis; tollam omne praesidium vestrum etc. Ita hodie nostri sacrifices,[3] principes, **ad quos confugiunt, habituri sunt inimicos. Egregium scilicet praesidium quaerunt contra deum, quem fugiunt.

Odi et proieci festivitates vestras.

Hic iterum velut per occupationem respondet eis, quia haud dubie cultum illum,†† quem instituerant, dei[4] maximi fecerunt,[5] deo putarunt esse gratissimum, quando multa[6] canebant, sacrificabant, templa[7] magna construxerant etc. Ista omnia obiecerunt prophetis, sicut hodie nostri impii nobis obiiciunt sumptus templorum, cantica.[8] Respondet propheta: Haec omnia odi et proieci, displicent mihi etiam sanctissima quaeque, quia impii estis et impio corde omnia facitis.*** Idem copiosissime videmus[9] Esa. 1.††† Sic in totum damnat scriptura et spiritus in scriptura, quicquid

*) Timeant sibi hostes evangelii. **) Incipit p. LXVII. MSCi. ***) Quicquid non est ex fide peccatum est.

1) deest: age. 2) Additur: medium et geminum. 3) Papistae. 4) Deo. 5) ac deo. 6) canebant multa. 7) deest: templa magna construxerant etc. 8) Additur an omnia ista putatis frustra esse? 9) deest: videmus

†) Ien.: Horrenda comminatio. Vuitt.: comminatio ††) Ien.: Iactantibus suos cultus, respondet abiectos esse Vuitt.: Cur cultus mandati displiceant deo. †††) Esa. 1.

impii faciunt, quicquid instituunt, quo se deo placere putant etiam secuti opera legis, dum cor impium est et sine fide. Hoc est, quod Proverb. XXI. dicitur: Hostiae impiorum abominabiles† etc. Et 1. Regum XV.††: Melior est obedienta quam victima. Et si ista tam sancta in speciem Iudaeorum,[1] qui populus dei erant et verbum dei habebant, opera[2] extra fidem factam damnantur, quid est quod impii nostri papistae stultis et frigidis suis operibus adeo insolescunt.[3]

Odorem coetuum vestrorum.

Moses hoc[4] verbum omnibus sacrificiis addit fore piorum sacrificia††† odorem suaven domino, ut est cernere ubique.* Hic vero impiorum sacrificia plane damnat, et dicit, non accepturum se odorem, hoc est, quando conveneritis sacrificaturi, non habebo odorem, non acceptabo sacrificia vestra, foetor mihi erunt etc.

Mincha.††††

[5]Oblationes, ſpeiſopffer,[6] quod[7] semper holocaustomatis addebant.

---

*) ad Philipp. ultimo.

---

1) Additur: opera. 2) deest: opera — factam. Legitur: sine fide facta damnantur sqq. 3) Additur: Sed notabis hoc loco prophetam non ad praesentem tantum populum et cultum respicere, sed in totum ad abrogationem legis et cultus. Solent enim ita transire in suis concionibus ad promissionem evangelii, et abrogationem praesentis cultus et regni.††††† 4) Moses verbum ריח In coll. Ien.: Reach. Vuitt.: Riah.†††††† 5) Praemittitur: מנחה In collectionibus Mincha latine legitur. 6) deest germanica versio. 7) quas.

---

†) Hostiae impiorum abominabiles. Proverb. 21. ††) 1. Reg. 15. †††) Sacrificia priorum odor suavis domino. ††††) Mincha. †††††) Legem quoque absolendam significat. ††††††) Reach.

Vota pinguium,

id est: nihil mihi placebit quicquid obtuleritis, non acceptabo votiva vestra sacrificia quantumvis pinguia, etiam[1] si altilia obtuleritis.

Carminum tuorum.

Hic videmus, etiam cecinisse eos, sed ut alia omnia impia putat et damnat, ita et carmina sive cantica.* Magna certe audacia prophetae qui tamen[2] sanctissima in speciem opera ausus fuerit damnare, sed quia talia damnabant prophetae occidebantur† ut impii et legis praevaricatores, qui cultum dei prohiberent, sicut et nos hodie ferre cogimur nobis obiici.[3] Sed fide vult coli dominus.†† Impii[4] non placent domino quantumvis magnis et splendidis operibus.**

Et revelabitur quasi aqua iudicium.

Post comminationem immiscuit hic regnum Christi.††† Estque transitio, q. d. quid est quod vestra sacrificia, vestras oblationes et ista omnia iactatis, erit aliquando tempus cum ista omnia externa cessabunt, et revelabitur†††† copiosissime iustitia. Itaque omnino mihi loqui videtur de revelando evangelio per Christum.*** Revelari enim est pradicari et manifestari, id quod tum factum nondum erat. Itaque hic transit a cultu reprobo ad cultum verum et qui deo placeat. Sic enim

*) Cantica impiorum. **) Incipit p. LXVIII. MSCi. ***) De regno Christi revelando.

1) deest: etiam — obtuleritis. 2) deest: tamen. 3) Additur: quod cum ipsorum cultus et opera reprehendimus aut damnamus, bona opera nos damnare clamant 4) deest: impii. Legitur: qui autem sine fide sunt sqq

†) Prophetae, quod impios cultus damnabant, occisi ††) Fide colitur deus. †††) Ien.: Promittit regnum Christi. Vuitt.: Prophetia de regno Christi. ††††) Revelari

solent omnes prophetae, ut veram iustitiam per Christum propondituri, damnent omnia[1] infidelium opera in speciem sanctissima. Idem est in psalmo 39.† Sacrificium et oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi etc. Quando ergo ait quasi aqua,†† significat abundantiam gratiae quae per evangelium sit annuncianda. Sicut et apud Esaiam similia sunt.

Quasi torrens.

Potentiam et efficaciam††† verbi significat, fortiter enim perrumpit et currit verbum etiam ubi medius est furor sathanae et adversariorum, velint nolint principes, perrumpit ut torris,[2] non possunt opprimere[3] etc.

Nunquid hostias et sacrificium obtulistis mihi.

Citatus est hic locus a Stephano Act. VII.†††† sed tamen aliis verbis; sententiam autem egregie tetigit, id quod solent omnes apostoli, si quando sententias prophetarum citant. Sed quid dicemus ad hunc locum, qui cum multis aliis locis scripturae pugnat? Nam apertissimum est, non omnes impios fuisse in isto populo, sicut et[4] scriptura passim de eis testatur, et Baal[5] Numeror. 23.††††† non est, inquit, idolum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israhel, dominus deus eius cum eo est etc. Illic mire laudat populum ob insignem pietatem, ut et quidam interpretes offensi hic se varie torquent. Sed[6] haec est concordia: In scri-

1) omnium. 2) torrens, quem sqq. 3) prohibere. 4) deest: et. 5) Balaam. (Sic rectius legitur in editione quam in MSCo. 6) Desunt fere omnia usque ad finem : Sed haec — Patrum similes. Legitur: Sed nihil ρus est tali subtilitate hoc in loco. Videmus enim

†) Psalm 39. ††) Quasi aqua. †††) Efficatia verbi. †††) Act.7. †††††) Num. ca. 23.

pturis sanctis maxime observanda est et spectanda figura quam synecdochem* vocant grammatici, ut utrumque de eodem populo dicatur, sicut hic est intelligendum. Sic in psalmo 11: exprobrat eis impietatem et arguit incredulitatis quod petierunt escam, inquiens: et tentaverunt deum in cordibus suis ut peterent escas etc. Et idem peccatum in alio psalmo commendat pie esse factum, quod postularint cibum. Ita diversae de una historia sunt sententiae et contraria, sed hoc est quod dixi: verbum dei in totum populum respicit, et tamen in duas partes etiam dividit, fuerunt enim haud dubie etiam inter eos pii** quos non arguit, quando idolorum meminit. Et e contra impios excipit, quando pietatis et veri cultus dei, quem secuti sunt cum Moyse pii, facit mentionem etc. Impii erant qui murmurabant pro esca, et tamen propter pios est data; sicque utrumque verum est, sed propter illam tentationem damnati sunt ii, qui non credebant, pii autem sunt servati propter quos etiam esca dabatur. Et hoc modo intelligendus est hic locus in Amos: Multi fuerunt in Iacob pii, qui non adoraverint idola, et de iis hic non loquitur quamvis Iacob meminerit, maior autem pars impia erat, et horum idololatriam taxat.

*) Synecdoche diligenter observanda in scriptura.
**) Incipit p. LIX. MSCi.

---

prophetas saepius Synecdoche† esse usos, ut in genere totum populum vel bonum vel malum dicant, cum tamen de parte populi intelligant. Sic Moses vocat propter aliquos pios totum populum regale sacerdotium, populum dei, sanctos, cum tamen maior pars esset mala. Ita hic idololatras vocat, cum tamen multi pii fuerunt, qui idol non servierant. Sententia igitur est: Patrum sqq.

†) Haec per Synecdochen, ut multi alii scriptura loci, accipienda.

Multa impia fecerunt, quae interim tulit dominus, sicut est in psalmo 94: quadraginta annis etc. Vide ad Hebr. 3. Ita hic arguit eos idololatriae q. d.: Patrum similes estis, patres vestri idolis et abominationibus contra deum peccaverunt, ita vos eandem impietatem sectamini; ideo corruet et auferetur a vobis quicquid est in quo confiditis, omnis iustitia vestra, vosque transferemini.

Stella dei vestri.

Quae fuerit haec stella ex scriptura colligi non potest.[1]

Caput Sextum.†

Perseverat†† propheta denunciare captivitatem futuram, quam supra semper est minatus. Atque[2] hic iterum alium sermonem orditur, quo simul duas tribus complectitur, tam eos qui in Samaria erant quam qui in Israhel, et omnes devastandos praedicit et abducendos per Assyrium. Nos in hac simplici sententia manebimus, ut captivitas Babylonica intelligatur, non[3] novissima illa, ut quidam volunt, quia non cogit nos necessitas a simplicitate ista textus recedere. Prophetat autem contra principes et optimates populi, qui luxu et omnibus divitiis abundabant, verum non in hoc arguit impietatis quod divites sunt, sed quod divi-

1) Additur: Stephanus in Actis appellat sydus idoli Remphan. 2) Orditur autem hic novum sermonem, quo simul complectitur regnum Iuda et regnum Israhel, ac devastandos et abducendos omnes dicit per sqq. 3) deest: non — volunt.

†) Sequitur in collectione Ienensi contextus capitis sexti secundum vulg. edit. ††) Ien.: Nova concio, qua utrumque regnum evertendum praedicit. Vuitt.: Argumentum sexti capitis.

tias istas fraude et rapinis sive oppressione pauperum sibi[1] pepererunt, ut supra vidimus. Alioqui[2] opes habere non est malum, sed opes habere inique partas, et iis abuti,† hoc vero malum est etc.

*Confiditis[3] in monte Samariae.

Verbum confiditis[4] non est construendum cum sequenti particula, sed haec est sententia: Vos insolentes et praefracti estis,[5] mirum in modum superbitis, qui[6] scilicet in monte Samaria estis, hoc est, in regno vestro, securi sedetis in[7] vestro regno.

Ingredientes pompatice domum Israhel.

Non[8] est omnino mala sententia illa: vos

*) Incipit p. LXX. MSCi.

1) deest: sibi pepererunt. Legitur: partas abuterentur ad luxum, superbiam, iniurias aliorum etc., ut supra sqq. 2) deest: Alioqui — etc. 3) Vae qui confiditis sqq. 4) confidere. 5) et mirum sqq. 6) quia. 7) deest: in vestro regno. 8) Desunt omnia quae in septem sequentibus locis in cod. leguntur usque ad finem loci: Et appropinquatis sqq. Legitur in editione: Quod ††Latinus fecit optimates capita populorum verte: Qui sibi videntur optimi in populo, pro suo arbitrio in domo Israhel incedunt. Respicit enim propheta ad superbiam Iudaeorum, quod gloriabantur se esse populum Dei prae cunctis gentibus. Sicut hodie adversarii nostri ecclesiae nomine contra nos gloriantur. Neque vero hanc solam praesumptionem notat, sed etiam impiam doctrinam, quod pro libidine sua omnia docebant quae ad questum faciebant.

Transite in Calanno.

Argumentatur a maiore†††: Videte vicina regna gentium, quae longe ampliora, potentiora, ditiora fuere vestro, quod undique cinctum est hostibus: et tam cum dies visitationis mala veniret, propter peccatu vastata sunt. Et vos in tantis vestris peccatis ad h.

†) Non divitiae sed abusus divitiarum damnat
††) Fastus. Impia doctrina. †††) A maiore.

superbitis et cum fastu in domo Israhel inceditis, sed ex hebraeo potest etiam sic legi: Vos intratis vobis domum Israhel, id est: vestra quaeritis in regno Israhel, in vestrum compendium omnia vertitis. Siquidem ingredi et egredi hebraica phrasi significat conversari: sicut et Lucas in actis est locutus, et Deuteronomio 28: Benedictus eris ingrediens et exgrediens. Ita et hic, q. d.: pro vestra tyrannide omnia agitis, vestra tantum quaeritis etc., omnia quae agitis vobis agitis, ut vobis tantum prositis.

Transite in calanne et videte.

Hic vides quid velit quando dixit: Ingradientes vobis domum Israhel. Est autem huius loci sententia: Parvum regnum vestrum est, sed tamen tam multos principes et potentes depraedatores alit, ut longe potentiora regna his alendis vix sufficerent. Perinde ac si nos diceremus de Germania, alere Germaniam tam multos episcopos depeculatores populi, ut his alendis Assyriaco regno vix suppetissent divitiae etc.

De Calanne.

mire variant interpretes, quos consuli.

---

tamen vobis somniatis omnia felicia, nihil timetis vobis, sed luxum sectamini, opes cumulatis, magnificas aedes extruitis etc. Haec est simplicissima sententia prophetae.

Qui separati estis.

Mihi placet sic verti: Et tamen fugati, dissipati sunt in die malo. Hoc est: Etsi potentiores erant quam nunc vos sitis, tamen suo tempore dederunt poenas, nec quantumvis securi essent, et tuti sibi viderentur, potuerunt effugere diem visitationis. Quod postea sequitur:

Appropinquatis solio iniquitatis.

Hebraismus est, pro: Iniuste regitis, opprimitis per iuriam miseros etc.

Qui iacetis in lectis, sqq.

Emath,

est regio quae hodie Antiochia dicitur, in Syria.

Ad optima quaeque,

hoc est: Videte haec regna, spectate principes, conferte cum vestro regno quicquid est in illis regnis optimum, videbitis vos longe ipsos superare et principibus et luxu etc. Potest etiam in masculino genere legi: optimos.

Si latior terminus eorum.

Hoc est quod Esa. cap. V. ait: Vae, qui consurgitis domum ad domum et agrum agro copulatis usque ad terminum loci, hoc est: adeo omnia in vestrum usum rapitis, ut amplius non sit locus pauperibus. Ita hic: termini vestri, hoc est, termini possessionis vestrae, amplissimi sunt etc.

Separati estis,

id est: reservati ad diem captivitatis abducemini omnes.

Et appropinquatis solio iniquitatis.

Sic est in hebraeo. Et acceditis ut sedeatis in iniuria, hoc est: totum *hoc quod agitis, omnia studia vestra eo destinata sunt, ut opulenti evadatis, ut omnibus rebus abundetis, id sive iure sive iniuria fiat, nihil putatis referre utut rem faciatis etc.

Qui iacetis in lectis.

Iam pompam et impium eorum luxum† describit.

Lascivitis.

Rectius: Luxuriamini, vel abundatis. Damn

*) Incipit p. LXXI. MSCi.

†) Luxus.

luxum et copiam auleorum stratorum, et regiarum camerarum, quibus[1] hodie et nostri principes abundant.

Qui comeditis electiores agnos de grege, id est optima quaeque.†

Et[2] vitulos de sagina.

Das best gehort fur die herrn.

Sicut David putaverunt,

hoc est, quasi aemulantes David canunt quoque in psalterio, cum[3] nihil minus faciant, David ad laudandum deum, ad inflammandos affectus[4] erga deum et ad excitandum spiritum per verbum dei, usus est psalterio.[5] Ipsi[6] vero ad suum luxum utuntur, ut auribus satisfaciat etc.

Non angustiantur super confractione[7] Ioseph.

Hoc est, quod in principio huius capitis dixi: non damnat dominus habere divitias,†† sed male uti divitiis, hoc est, ad suam tantum libi-

---

1) deest: quibus — abundant. Legitur: debet enim modus esse sumptuum. 2) deest: Et — herrn. 3) deest: cum — David. Legitur brevissime: sed David sqq. 4) animos. 5) Additur: Vos ad luxum abutimini, ut voluptate aures deliniantur: sicut ante hoc tempus apud nos quoque in templis sunt soliti, cum non solum nullum versum Scripturae recte intelligerent, vel curarent, sed etiam impia carmina de beata Virgine et reliquis sanctis canerent, ac tantum Musica††† utebantur ad homines in templis ista voluptate detinendos sine ulla ratione. Hoc autem tempore postquam revelatum est verbum dei, et intelligitur, nihil prohibet id omni genere honoris ornare et exercere, sive sint organa musica, sive symphoniae, ut Davidem quoque fecisse videmus.†††† 6) deest: i — etc. 7) confr. [Ioseph deest.]

---

†) Lautitiae. ††) Ien.: Principum et potentum taxat pietatem. Vuitt.: Usus divitiarum. †††) Musica. †) Usus musicae.

dinem; non subvenire egenis, non esse fidelem dispensatorem eorum, quae per deum data sunt. Sicut hanc impietatem hic damnat, quod non angustiantur super confractione Ioseph,† hoc est: super pauperibus et afflictis in regno Israhel, non iudicarunt[1] iustum iudicium, sed oppresserunt[2] et afflixerunt pauperes in porta, ut supra dixit. Ita per omnia nostri hodie principes* eadem impietate laborant, non est finis omnimodi luxus eorum, omnibus abundare volunt, interim pauperes algent,†† esuriunt, mera ubique fraus est, non audiunt suos subditos, immo intollerabilibus tributis premunt et exhauriunt quicquid usquam habent, id quod multis verbis non indiget, quando res per se ipsa loquatur.[3]

In capite transmigrantium,

id est: primi erunt in poena, qui in culpa etiam sunt potiores.

Et auferetur,

id[4] est: cessabit.

Convivium pomposorum.

Sic recte legitur.

*) principes nostri pessimo loco sunt.

1) iudicant. 2) opprimunt et adfligunt. 3) Additur: Essent autem haec omnia adhuc ferenda, si modo non ita misere dissipari ecclesias sinerent, dum neque ipsi docent, nec qui doceant alunt. Nam reditus quos habent collegia sacerdotum quibus praesunt, fundi, arces, oppida, in hunc usum iuvandae ecclesiae, a piis hominibus primum eis donata sunt.††† Sed dabunt rationem isti, qui habent titulum in psalmo, quod percutiat in furore suo reges. Psalm. 110.†††† 4) deest: id — cessabit.

†) Ien.: Super confractione Ioseph. Vuitt.: C[...] fractio Ioseph. ††) Ien.: Principum nostrorum vitia, [...] toleranda si non ecclesias tam turpiter negligere[...] Vuitt.: Luxus principum horum temporum. †††) B[...] ecclesiastica. ††††) Psalm. 110.

Iuravit dominus deus in anima sua.

Huiusmodi locos scripturae observare solet Hilarius† in suis libellis.[1] Similis huic est in Genesi: Pluit dominus a domino etc. Vide Hilarium.

Domos.

Rectius palatia, scilicet magnis sumptibus magnifice constructa, in quibus *sic superbiunt.

Cum habitatoribus.

In hebraeo est: Cum tota plenitudine, hoc est, quicquid est in terra, peribit. Haec phrasis est hebraica, quae etiam est in psalmo: Domini est terra et plenitudo eius.

Et tollet eum.

Miseriam captivitatis describit,†† q. d.: Tanta erit miseria, tantae clades, ut pro multitudine mortuorum[2] non supererit spatium sepeliendi cadavera mortuorum,[3] sed in domo cogentur comburere. Dura comminatio, qua eos terret.

Et dicet: Tace, et ne recorderis nominis domini.

Varie[4] torquent se in hoc loco interpretes.

*) Incipit p. LXXII. MSCi.

1) Additur: ad confirmandum articulum trinitatis, nec sane facile eludi possunt. 2) occisorum. 3) deest: mortuorum. 4) deest: varie — scriptura. Legitur: Duplex inde potest colligi sententia, vel quod dicat: Non agnoscunt tantam poenam divinitus propter peccata inflictam esse, vel ut extremam notet perversitatem et malitiam; q. d.: Tam sunt mali, ut nolint meminisse nominis dei. Statim cum nomen dei audiunt, diabolum se audire putant. Sicut Christi tempore summa licentia et maxima idololatria fuit, adeo ut etiam gentes ea ad libidinem abuterentur. Sic nostro saeculo, cum primum

†) Hilarius. ††) Extrema captivitatis miseria.

Sed meo iudicio phrasis est hebraica,* quae frequens est in scriptura. Sic in psalmo 44†: Memores erunt nominis tui domine. Et passim in psalmis. Itaque recordari nominis domini est praedicare et iactare nomen domini, praedicatione divulgare. Hac phrasi quoque locutus est Christus: Hoc facite in meam commemorationem, hoc est: mei memineritis, verbum tractabitis, hoc facturi etc. Item apud Esa. 64††: In viis tuis recordabuntur tui. Ita[1] in hoc loco est sententia, q. d. dominus: Adeo omnia plena erunt miseriarum, adeo nihil erit, unde poterunt consolationem accipere, ita plena erunt lamentationibus omnia, ut et nominis domini praedicationem plane non sunt amplius recordaturi, nihil poterunt aliud quam conqueri, non praedicabunt nomen domini moerore pleni. Cessabit omnis cultus et laudatio ac praedicatio nominis domini.

Domum maiorem ruinis et domum minorem etc., id est: omnes domos evertet tam maiores quam minores, in quibus iam gloriamini et securi estis vestra impietate etc.[2]

---

*) ex hebraeo: Et dicet: tace; quia non est recordari nominis domini.

---

emergeret Evangelion, Missa et invocatio sanctorum ad extremum gradum pervenerant et vere sicut Iudas in sua epistola dicit: Gloria dei abusi sunt ad libidinem etc. Eandem hic quoque impietatem extremam reprehendit, quod ne quidem audire nomen dei voluerint. Communis enim phrasis est, quod, recordari nominis domini,††† ponitur pro docere, praedicare. Sic sqq.

1) Quae sequuntur desunt ab: Ita — domini
2) deest: etc.

---

†) Psalm. 44. ††) Esaiae 64. †††) Ien. et Vuitt. Recordari nominis domini.

Nunquid currere queunt.

Iterum rustica rustici Thecoensis metaphora: Nusquam non hic pastor est sui similis, armenti, equorum et vaccarum meminit. Fortassis[1] significare hoc vult propheta, vaccas non arandum sed ad trituram esse servandas. Aut, vaccas gravidas sive foetus arationi non esse aptas. Alioqui certum est bobus et vaccis arari. Sententia autem metaphorae est, q. d.: Populus ille† ineptus est et minus idoneus ad omnia[2] quo utitur eos dominus, ad omnem ministerium dei sunt ineptissimi, nullus est deo eorum usus. Ideo pertaesus eorum dominus contemsit et reiicit eos; non placent amplius eo, nihil agunt amplius quo placeant deo. Sicut et sequitur:

In amaritudinem etc.

Rectius in fel, hoc est quod et supra dixit, id est: affligitis et concutitis mi*seros et adflictos, non iudicatis recte pauperibus etc.[3]

*) Incipit p. LXXIII. MSCi.

1) deest: fortassis — Populus ille. Legitur: Sententia autem est: In petris nemo ad cursum equum incitabit, nisi qui simul et se et equum volet cito perditum. Sic nemo arabit in petra cum bobus, q. d.: Populus ille sqq. 2) Desunt quae sequuntur ab: omnia — sequitur. Legitur: ad omne ministerium dei, quam equus sit idoneus ad cursum in petra, vel bos ad arandum in petra: non valet ad politiam, non ad pietatem, et religionem. In summa, nullus est deo eorum usus. Ideo pertaesus eorum dominus, contemnit et reiicit eos, non placent amplius ei. 3) Additur: Quanquam non displicet mihi, si iudicium†† communi figura cipias pro doctrina, sicut iudicare pro docere, vel erure ad pietatem, ut sit sententia: Convertitis iudicium in l, id est, damnatis verbum dei et pietatis doctrinam

†) Omnia desperata in hoc populo. ††) Iudicium. dicare.

Cornua.†

Et haec metaphora est, qua etiam latini solent uti, q. d.: Gloriamini de tyrannide vestra, erecta cervice contra legem et dominum pergitis, quasi iuste agatis, ita vobis ipsis de impietate illa vestra placetis. Ideo abduceminі. Mittam super vos exercitum Assyriacum,[1] qui conteret omnia ab ingressu regni Israhel usque ad exitum, adeo nihil reliqui manebit etc.[2]

Caput Septimum.††

Ea quae hactenus apertis verbis prophetavit et comminatus est, ea hic per aenigmata et visiones prophetat.††† Misericordia[3] et longanimitas dei nobis commendatur, qui non vult mortem peccatoris, sed ut magis convertatur et vivat.[4] In hoc differt poenam invitans[5] ad poenitentiam.[6] Tandem vero ubi se nihil neque minis neque blanditiis videt promovere, gravissime irascitur et

---

tanquam haeresim et errores impios. Atque hoc modo etiam supra recte exponitur.

1) Assyriorum. 2) Additur locus finalis:

Via ab Hemath†††† usque ad torren.

Est via qua per Moab in Assyriam captivi ducti sunt, sicut est apud Esaiam cap. 15.††††† [In Exemplari bibliothecae Gothanae ducalis quidam correxit 16].

3) Commendatur autem hic nobis misericordia et longanimitas dei sqq. 4) Ac in sqq. 5) ut invitet. 6) Additur: Ideo tam varie ac tanta copia voluntatem suam revelat, si quo modo flectere malos possit. Merito igitur tandem ubi sqq.

---

†) Cornua. ††) In coll. Ien. sequitur contextu totius capitis secundum vulg. ed. †††) Ien.: Summ capitis. Divinae misericordiae commendatio. Vuit Argumentum septimi capitis. ††††) Hemath. †††††) Esa. 1

percutit. Sic[1] semper cum Iudaeis egit, sic cum Pharaone, sic cum Iuda praeditore, in quibus terribilia iudicia sua exhibuit, ut essent exempla irae.† Idem[2] hic videmus. Tam copiose misit verbum suum, adhortatus[3] est varie per prophetas, iam apertis verbis, iam visionibus, ut ad poenitentiam eos[4] invitaret, sed cum nihil valuerint ista omnia, horrende hunc totum populum abiecit.

Ecce erat ibi formator locustarum,

id est: qui faciebat locustas, cum inciperet crescere vel[5] fieri serotinus imber. ††Chronographia est, qua significat minime oportuno tempore locustas esse formatas, nempe in principio segetum, quando nihil minus possunt ferre segetes et omnes frutices, quam locustas, quae depascant etc.[6]

Post tonsionem regis.

Defruticationem in agro volunt[7] significari, sicut et nostri rustici initio segetum pullulantium faciunt, atque[8] illam tonsionem sive defruticationem segetum servabant et usurpabant sibi reges, sicut nostri principes usurpant sibi pisces et silvarum feras.

Consummasset,

rectius: Cum devorasset totam herbam terrae. Haec comminatio est dei, qua significat futurum

---

1) Sic cum Pharaone, sic cum Iudaeis, cum Iuda proditore egit, in sqq. 2) deest: Idem — misit. Legitur: Copiose mittit sqq. 3) adhortatur. 4) deest: eos — abiecit. Legitur: invitet; tandem ubi nihil proficit, horribiliter abiicit totum populum. 5) deest: vel fieri. 6) deest: etc. 7) voluit. 8) deest: atque — feras. Legitur mutato utheri sensu: ut summitates subnascentis segetis deascant. Sed mihi magis placet simpliciter intelligi, am iam primum tonsae essent oves regiae.

---

†) Ira post minas et blanditias. ††) I. Visio. hronographia.

ut exercitus Assyriorum, quae locustas vocat, sit depopulaturus omnia, nihil reliqui esse mansurum.

*Domine deus quiesce obsecro etc.[1]

Hic opponit se murum propheta pro populo, ut avertat iram dei ne perdat.† Sed[2] tamen non omnino avertit iram dei, nam distulit dominus plagam, ne percuteret statim initio, ut comminatus erat. Itaque[3] hic affectus est prophetae, quando ait:

Quis suscitabit etc.

q. d.: parce domine, ne perdas, non mitte contra Iacob regem Assyriorum, siquidem Iacob ad Assyrium collatus, nihil est; quis ergo suscitabit, hoc est: quis stare faciet Iacob contra potentem Assyrium?

Poenituit autem dominum huius. Non erit, scilicet adhuc in hoc tempore florentis regni; nam florebat tum maxime regnum Israhel,†† regnante Hieroboam bono et egregio in speciem rege, ut in principio diximus.

*) Incipit p. LXXIV. MSCi.

1) deest: etc. 2) deest: Sed — nam. Legitur: Et sane non fuit frustra oratio, nam distulit sqq. 3) deest: Itaque hic. Legitur: Continet igitur hic locus insignem consolationem, et illustre exemplum, quam sit efficax res oratio fidelis, et quam multum possit. Haec exempla nos quoque excitare debent, ut non solum oremus diligenter et saepe, sed etiam magnifaciamus tum nostras tum aliorum preces, quos deus et promisit se exauditurum et talibus exemplis se promissi servantem esse ostendit. Est autem hic affectus prophetae, quando a

†) Ien.: Deprecatur ira dei propheta. Oratio fidei est efficax. Preces magnifaciendae. Vuitt.: Oratio pr phetae pro populo. ††) Regnum Israhel sub Hieroboa florebat.

Ecce vocans ad contendendum per ignem, hoc est†: Vidi agi[1] caussam, in qua agebatur ut caussa pertractata, vindicaretur per ignem. Actores et iudices, coram quibus est acta caussa, non describit. Ignis autem tantus fuit,[2] ut non solum ligna devoraret, sed etiam, quod tamen contra naturam est, abissum multum, hoc est stagna et maria alia.[3] Vehementiam ignis significat, ut non solum aquam illam exiccaverit, quae etiam alioqui sole ardente solent exiccari, sed etiam profundas aquas etc.

Partem.

Rectius agrum. Summa[4] horum omnium est: Comparat regnum abysso†† multae et agro fertili, florebat tum regnum Israhel, sicut dixi regnante Hieroboam,[5] nihil minus adparebat, et nihil[6] minus etiam credebatur, quam hoc regnum esse devastandum. Sed[7] hic minatur, omnia esse interitura et incendio esse[8] consumenda, nam[9] sicut abyssus vel ager modicus nihil sunt collati ad ignem devorantem, ita et regnum Israhel pro nihilo reputat, collatum ad vim Assyriorum qui venturi erant iudicio dei etc.

Et in manu eius trulla cementarii.

Vocabulum hebraeum[10] non trullam significat,††† sed perpendiculum sive amussim,†††† vulgo eyn richt scheit, quo utuntur cementarii in

1) deest: agi — describit. Legitur: Vidi quod deus accersebat ad se ignem, qui omnia late vastaret. Ignis sqq. 2) erat. 3) deest: alia — etc. 4) deest: Summa — fertili. Legitur: Vocat abyssum, magnum et densum populum. Florebat autem tum sqq. 5) et nihil sqq. 6) nihilque. 7) Quare minatur sqq. 8) deest: esse. 9) Desunt omnia quae sequuntur: nam — etc. 10) Additur: אנך. In collectionibus latine Anach legitur.†††††

†) II. Visio. ††) Abyssus. †††) III. Visio. ††††) Amussis. †††††) Anach.

rectificandis muris. Et quando hic dicitur: dominus stans super murum amussis, hebraismus est, id est: super murum, qui[1] rectificabatur amussi.

Non transibo amplius,

hoc est: Etiamsi differam ad tempus captivitatem illam, quam minatus sum Israheli, tamen amplius non praeteribo peccata eius, puniam aliqua ex parte,† rectificabo et adaptabo eminentiores lapides mea amussi, hoc est, animadvertam in peccata regis, sive in domum regis. Atque in hac tertia visione minatur malum domo[2] regiae Hieroboam, excluso alio populo, cui dicit *se ad tempus velle parcere. Est ergo sententia, q. d.: Sicut cementarius utitur amussi sua ut redigat in ordinem lapides eminentes et minus bene cum aliis quadrantes, ut fiat iusta commissura. Ita ego quoque iudicio meo ante captivitatem illam magnam totius regni rectificabo in medio populi domum Hieroboam regis, sicut statim subiicit.

Et demolientur.

Hic simul commiscet tres illas visiones, q. d.: fient quae praedixi, sed tamen illa duo, quae iam comminatus sum toti regno, differam aliquantisper, illud tertium autem non differam. Et quod nos legimus:

Excelsa idoli,

rectius sic leges: Altaria illusionis.[3] Pulchre im-

*) Incipit p. LXXV. MSCi.

1) rectificatum amussi. 2) domui. 3) Desunt omnia quae sequuntur: illusionis — cessabit. Legitur Altaria Isahack.†† Vocat autem hic vel templum a patriarcha Isaac ita appellatum, vel totum populum Israhel quanquam propheta respicit ad significationem vocabuli

†) Praecipua regis poena. ††) Altaria Isaac.

pietatis impium cultum vocat altaria sive domus illusionis: nam egregie irrident impii deum a se invento cultu. Sic irridet Hismahel bonum Isaac, sicut et Paulus ait ad Gala. 4: Quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum, ita et nunc. Ita semper impii irrident suis traditionibus praedicationem piorum. Haec pugna Isaac et Hismahelis nunquam cessabit.

Et sanctificationes.

Sanctificatio,† eyn gestifft. Sic in psalmo: Facta est Iudaea sanctificatio eius, Israhel potestas eius, hoc est: Iuda ist seyn bißtum, in Iuda voluit habere sacerdotium et in Israhel potestatem, hoc est regnum. Ista omnia dicit desolanda.

Et consurgam super domum Hieroboam.

Hoc proprie ad regem pertinet. Minatur domui regis, hoc est posteris regis, interitum; id quod actum est mortuo Hieroboam, cum occidebatur Zacharias filius impius Hieroboam, 4. Reg. XV.††

Et misit Amasias.

Hic[1] exemplum habemus contentionis illius et irrisionis: de qua paulo ante dixi.††† Historia ista adnotatu dignissima est, in qua videre licet, quid sit impietas, et quid sentiat[2] de verbo dei,

---

nam Isaac ab illudendo dicitur. Et notat hac appellatione impium cultum; nam superstitiosa, item electicia opera seu cultus nihil sunt, quam quaedam illusio, qua illuditur deo alium cultum in verbo suo postulanti.

1) deest: Hic — dixi. 2) deest: sentiat. Legitur: ; quid mundus, hoc est sanctissimi et sapientissimi ·ntiant de sqq.

---

†) Sanctificatio. ††) 4. Reg. 15. †††) Ien.: Mundus sua servet, deum et eius verbum contemnit. Vuitt.: storia notatu digna de Amasia impio sacerdote.

quomodo contemnat[1] omnia quae dei sunt, ut sua salva maneant. Ita hic Amasias impius sacerdos irridet et contemnit† pium prophetam Amos, qui despectus erat et humilis pastor. Ideo[2] dehortatur regem, ne credat prophetiae Amos,[3] mendacia esse, siquidem loquatur contra regem et contra regnum, de quo certissimi erant, per[4] deum esse institutum. Sic impii sua impietate mutuo se excaecant et seducunt, sicut ait apostolus 2. Tim. 3††: Mali homines et seductores proficient in peius, er-*rantes et in errorem mittentes. Impii autem sacerdotis impiam doctrinam subiicit.

Rebellavit contra te Amos in medio domus Israhel.

Argumentum est a dignitate regia, a multitudine et magnitudine, sicut per omnia hodie** evangelii hostes impie nobis opponunt, dignitatem[5] et maiestatem papisticam. Item ecclesiae auctoritatem etc.††† Ita hic opponit impius sacerdos prophetae regnum[6] Israhel et regem, de quibus certissimi erant, institutum esse utrumque per deum, id[7] quod prophetae negare non poterant.

*) Incipit p. LXXVI. MSCi. **) IMAGO VERBI DEI ET PRÆCONUM VERBI.

1) contemnant. 2) et hinc dehortatus quoque est regem sqq. 3) ac mendacia esse et seditiosas voces esse dixit, siquidem sqq. 4) quod per deum esset. 5) deest: dignitatem — auctoritatem etc. Legitur: opponunt maiestatem Caesaris, quam tamen sciunt a nobis sancte et reliquiose coli, et ecclesiae auctoritam etc. 6) sacerdotuum. 7) deest: id — argumentabantur. Legitur: Hac fiducia nixi prophetas vel contemnebant et ridebant, vel persequebantur, quia sic argumentabantur sqq.

†) Amasias sacerdos impius. ††) 2. Tim. 3. †††) Ien Impii sacerdotis argumentum adversus prophetam. Vuit Argumenta impii sacerdotis Amasiae contra Amos pr phetam.

Et cum scirent impii a deo institutum et regem et regnum, non audiebant prophetis et regem et regnum damnantibus. Sicque argumentabantur†: Si rex divinitus est institutus, ergo deus est cum rege, confirmat regnum, non errat igitur; ergo[1] cum ista damnarent prophetae, occidebantur, arguebantur excitandae seditionis; sicut hic dicit Amasias: non poterit terra sustinere universos sermones hos. Sic Christus audiit, commovit populum docens per universam Iudaeam etc. Sed[2] haec est forma verbi dei, haec facies est praeconum verbi.

In gladio morietur.

Hic impie calumniatur verba prophetae, ut[3] faciat eum magis odiosum, mentitur enim et verba prophetae sinistre regi proponit.†† Comminatus erat propheta interitum domui Hieroboam hoc est filiis, hic vero ad Hieroboam prophetiam sinistre torquet. Idem per omnia hodie nobis quoque accidere videmus. Hanc[4] impietatem damnant omnes prophetae. Ipsi impietatem populi damnabant. Impius populus se eis opponebat suae impietati patrocinaturus, quod essent[5] dei populus, haberent[6] verbum dei etc. Sed prophetae has promissiones dicebant non ad impios, sed ad pios tantum, quorum paucissimi

---

1) deest: ergo — seditionis. Legitur: ergo qui contra regem loquitur, qui male minatur, seditiosus est. Sic prophetae occidebantur, arguebantur seditionis. 2) deest: Sed — praeconum dei. Legitur: Nihil igitur mirum est, ea nobis quoque obiici. Cur enim essemus in meliore conditione, quam fuit Dominus noster Iesus Christus, quam omnes sancti prophetae fuerunt? 3) deest: ut — prophetae. 4) deest: hanc — ipsi. Legitur: Prophetae npietatem populi damnabant. 5) esset. 6) haberet.

---

†) Perpetua piorum doctorum accusatio, quod seditiosi sint et seductores. ††) Prophetae verba calumniose ad regem delata.

semper fuerunt, pertinere, et hos tantum esse servandos propter promissiones patribus factas, reliquis omnibus perditis. Atque hoc est quod Esa. ait, si fuerit numerus filiorum Israhel ut harena maris, reliquiae salvae erunt; et quod Paulus ait ad Rhom. XI.† nunquid deus repulit populum suum, absit, nam et ego Israhelita sum etc. Egregia scilicet pars populi.

Sanctificatio†† regis est.

q. d.: Abi, non prophetabis hic, es ist des konnigs gstifft. Cave te opponas regno Israhelitico per deum instituto, fuge, ne deprehensus occidaris. Hic non erit quod manduces, vade ad Iudam. Sic audiunt ministri verbi, sic fugari eos oportet etc.

*Non sum propheta.

Varie[1] in hoc loco torserunt se interpretes, sed frustra; nam quod supra dixi de ordinibus propheticis, idem huc quoque pertinet, ut sit sententia†††: Non sum de choro vel de ordine prophetarum, nam erant ordines prophetarum hinc filii prophetarum in sacris historiis dicuntur auditores et sectatores prophetarum.

Armentarius sum etc.

q. d.: non in hoc praedico, ut victum mihi inde quaeram, non lucrum meum aut divitias sector, sed mea manu victum quaero, contentus sum vellicare[2] sycomoros (maulbehr).[3]

Non stillabis†††† super domum Israhel.

Hoc verbo crebro utuntur prophetae pro verbo

*) Incipit p. LXXVII. MSCi.

1) Varie se. 2) Villicare. 3) deest vocabulum germanicum

†) Rom. 11. ††) Sanctificatio. †††) Non prophetam se esse negat, sed de ordine prophetico. ††††) Stillare.

praedicandi, siquidem qui praedicat, is stillat, nempe cum iram dei et poenam futuram annunciat, hoc est: comminatur et admonet priusquam sequatur calamitas, qua sequente sequitur larga pluvia.

Fornicabitur,

id est: stuprabitur.

Funiculo,

id est: distribuetur tuus ager.

Polluta,

id est: in captivitate etc.

Caput Octavum.†

Novissima duo capita in hoc propheta,†† novissimi duo sunt sermones, quibus tanquam fessus praedicando praedicit totum[1] populum penitus perdendum tam ad regnum quam sacerdotium. Et[2] veresimile valde est, loqui eum de vastitate et captivitate non solum[3] Babylonica, sed etiam[4] novissima illa tempore Christi facta, quando una cum regno etiam sacerdotium interiit.[5]

Uncinus pomorum.

Allusiones verborum in aliqua lingua non possunt in aliam linguam transfundi.††† Ita hic in hebraeo allusio quaedam vocum[6] est, quam

1) deest: totum. 2) deest: Et veresimile — eum. Legitur: Loquitur enim de sqq. 3) deest: solum. 4) deest: etiam. 5) periit. 6) vocum seu paronomasia est.

†) In coll. Ienens. sequitur contextus totius capitis secundum vulgatam edit. ††) Ien.: Hoc et sequenti capite extrema mala praenunciat suo populo. Vuitt.: Argumentum sequentium capitum. †††) Allusione vocum similiter sonantium comminatur interitum.

oportet nos circumloqui. Significat[1] autem hebraeum vocabulum corbem vel caveam sive canistrum, in quo altilia retinentur et pascuntur. Bipharíam autem interpretantur. Alii canistrum fructuum, alii caveam altilium vertunt, sed hoc posterius mihi placet, ubi scilicet saginantur volucres et mactentur. Sententia ergo est, q. sic d. propheta: Quia frusta omnia dicuntur huic populo* imminet ei devastatio et mactatio, nihil aliud eum manet quam miserabilis interitus, quia video caveam plenam animalibus mactandis, finietur et devorabitur totum quicquid est huius populi; sicut id patet clare ex sequentibus, ubi allusio illa verborum exponitur.

Venit finis super populum meum Israhel.

Eadem forma verborum est in hebrao ac si germanice dicas: Ich hey eyn reis, et respondeat aliquis: Ich wil dich recht reissen. Longe aliud est frons seu ramus quam rapere et tamen agnominatio et affinitas vocum est. Eadem allusio hic quoque est in hebraeo, quae lingua latina non potest reddi.

Non adiiciam ultra ut pertranseam eum.

Eadem phrasi usus est in priori capite†: Non adiiciam ultra superinducere eum, id est: non

*) Incipit p. LXXVIII. MSCi.

1) Desunt omnia quae sequuntur: significat — exponitur. Legitur: Nam vocabulum Kelub Kaitz†† significat canistrum plenum fructibus aestualibus, huic vicinum est aliud vocabulum Kez quod significat terminum. Ludit igitur paronomasia. Vidisti Kaitz, ego Kez faciam, hoc est, faciam finem cum hoc populo, et abiiciam eum, siquidem frustra praedico et doceo, sicut addit: Venit sqq.

†) Et regno et populo praedicit interitum. ††) Kelul Kalez [sic!]

connivebo amplius ad eius impietatem, non amplius parcam ei.

Stridebunt cardines templi.

Hoc est: Veniente novissima illa captivitate et illo fine, de quo iam dixi, demolientur et destruentur universa palatia, totum regnum cadet, domus regia pessum ibit, prorsus cum impetu destruetur.

Multi morientur in omni loco.

Male redditum est, sic autem in hebraeo legitur: Multitudo cadaverum in omni loco proiiciet[1] silentium. Miseriam captivitatis describit. Duo autem significat: primo cessaturum regnum,[2] prorsus interiturum esse quicquid est regni. Deinde etiam homines praedicit in universum conculcandos et perdendos. Tot[3] enim praedicit fore cadavera, ut ubique magnum futurum sit silentium, magnam miseriam et solitudinem. Id enim significat hebraea lingua* per nomen silentium, nempe destructionem et devastationem omnium ac interitum, quem sequitur silentium, hoc est solitudo et quasi desertum, ut, quando pestis in aliqua urbe grassatur, non sunt conspicui multi homines etc. Sic et Virgilius vocat umbras silentes. Quando autem ait:

In omni loco,

totius populi interitum et vastitatem significat, sicut in principio capitis dixi.

---

*) Silentium in lingua hebraea.

---

1) deest: proiiciet silentium. Legitur: loco erit, ıae cum silentio efferent 2) et prorsus sqq. 3) desunt nnia quae sequuntur a: tot — dixi. Legitur brevissime: a ut etiam si qui remaneant, tamen in luctu et lachryis miserrime vivant, hoc enim per silentium significat.

Audite hoc qui conteritis pauperem.

Iam admonet eos suae impietatis,† quod scilicet ipsi sint huius calamitatis caussa propter peccata, quae et supra reprehendit.

Conteritis.

Rectius absorbetis et facitis cessare egenum, usque adeo opprimitis pauperes, ut nihil* eorum reliqui maneat, omnia eorum bona ad vos redeunt per impiam vestram avaritiam et tyrannidem.

Quando transibit mensis,

non messis.

Et venundabimus[1] frumenta, ut[2] imminuamus mensuram etc.

Avaritiae impiae capita attingit; quatuor enim in eis reprehendit, sicut vides, q. d.: non habetis pares vobis in avaritia. Adeo pauperes deglubitis, vestra avaritia efficitis, ut, quicquid habent pauperes, ad vos veniat, idque efficitis impia fraude, cum corrumpitis mensuras et merces.

---

*) Incipit p. LXXIX. MSCi.

---

1) venundabunt. 2) Desunt omnia quae sequuntur ab: ut — quisquilias. Legitur: Utitur propheta valde illustri figura, ad significandam inexplebilem pecuniae cupiditatem. Tam, inquit, avari et lucri cupidi estis, ut dies Novilunii vel Sabbatum, quibus non licet facere operas, et questum exercere, annus vobis esse videatur. Nec sufficit vobis sex dies questui et avaritiae†† vestrae relinqui integros, etiam septimum et sanctum diem sabbati cupitis polluere negociationibus, ut cumuletis opes. Addit autem, quomodo id faciant, fraude scilic[et] et iniuriis, minuendo mensuram, corrumpendo merces et Quisquilias sqq.

---

†) Impietas causa malorum. ††) Invehitur ad imp[ro]bam avarorum cupiditatem.

Pro calciamentis,

id est: vilissimos eos ducitis.

Quisquilias.

Hoc quartum est vitium quod taxat, nempe quod vendunt peripsema et purgamenta, sive paleas ac pulverem tritici pro bono tritico, quod non vendunt purgata frumenta pauperibus, sed mixta pulveribus et purgamentis, ut fiat maius foenus. Id quod et nostri mercatores facere solent, et omnes qui res venales habent. Insignem vero[1] avaritiam pontificum taxat,† quando inquit, eos indigne ferre mensem, hoc est novilunium; nam[2] hic dies sacer erat, in quo feriabantur. Hoc novilunium indigne tulisse dicit sacerdotes, nempe quod non licuerit eis tum negotiari et pauperes pecuniis insidiari. Atque ita quia aliquid decebat eorum impiae avaritiae, male habebat eos festorum et sabbathorum celebratio.

In superbiam,

id est: contra.

Et ascendet quasi fluvius.

Iterum male translatum est in nostris latinis bibliis. Sic autem est in Hebraeo: Et ascendet sicut fluvius consummatio eius, et eiicietur et epotabitur sicut fluvius Aegypti. Vocabulum hebraeum[3] anceps est, nam significat et fluvium[4] et lucem. Itaque incertum est, utrum velit significare. Est autem sententia, q. d. Sicut repentina aliqua vis nimbi incidit, ita consummatio et deva-

1) Additur: ut dixi. 2) deest: nam — celebratio. egitur: quod non liceret eis tum negotiari, et pauperum ecuniis insidiari. 3) Aditur: יאר. In collectt. latine legiur: Leor.†† 4) flumina.

†) Avaritiam pontificum taxat. ††) Leor.

statio super populum meum veniet, et defluet sicut fluvius Aegypti, id est: absorbebitur[1] ab Assyrio in quem migrabit absorbendus et deglutiendus, sicut fluvius Aegypti, in mare refluens absorbetur.

Occidet sol in meridie.

Hi sunt Hebraismi,† sicut et supra dixi; nunquam enim legitur id factum, ut sol in meridie occiderit.[2] Tenebrae†† significant adversitates et rerum infelicem successum, lux felicitatem significat et bona tempora; inde serenitas faciei laetitiam significat, sicut est psalmo 37†††: Lumen oculorum meorum non est mecum. Itaque sicut supra cap. V. inquit: qui convertit diem in noctem *obscuram, ita hic quoque dicit occisurum dicit[3] solem in medio die,†††† (id quod vocat diem luminis) quando maxime sol conspicuus est et clarus, hoc est, quando summe florebit regnum, quando maxima erit securitas, tum omnes peribitis, nihil tale suspicantes. Tollemini in altum, ut lapsu graviore ruatis, id quod agit deus cum omnibus impiis. Et cum nihil minus credunt, quam se perituros esse, tum visitat eos dominus, et suo iudicio perire facit. Atque hoc est, quod Paulus ait 1. Thessal. V. †††††: Cum dixerint pax et securitas, tunc repentinus eis superveniet interitus. Hieronymus transfert hoc ad tempus passionis Christi,

*) Incipit p. LXXX. MSCi.

1) deest: absorbebitur — absorbetur. Legitur: Sicut Nilus immaniter exundat, ita quasi diluvium super populum hunc inducam, ut dissipentur in gentes etc. 2) Additur: quare metaphorice intelligenda sunt. Tenebrae enim sqq. 3) deest: dicit.

†) Subitus et violentus praedicitur interitus. ††) Vuitt Tenebrae; lux. †††) Psalm. 37. ††††) Meridie solem occ dere. †††††) 1. Thess. 5.

sed circumstantia et consequentia textus id fieri non sinit si penitus introspicias.[1]

Inducam super omnem dorsum vestrum saccum.

Hic mos† fuit Hebraeis, ut lugentes et moerore confecti induerentur sacco,†† quo externo habitu internam animi tristitiam et moerorem significarent, non quod opus fuerit id facere, sed hic mos eis fuit. Inde Christus in psalmo 68.††† dicit, se indutum fuisse cilicio, hoc est, moerore plenum etc. Sic et rasura capitis†††† quando[2] et nos afflicti capillos solemus evellere.

Quasi luctum unigeniti.

Significat sempiternam††††† fore captivitatem, nunquam esse reducendos. Similitudinem traxit a luctu matris de unigenito filio. Vehementissimus est dolor matris, ubi extincto unico filio nulla amplius spes recuperandae prolis superest etc.

Novissima[3] eius.

Rectius: posteros eius.

Mittam famem†††††† in terram.

Haec ut novissima††††††† plaga hic est, ita omnium est maxima et miseranda, reliquae plagae

---

1) Additur: nam propheta statim se exponit:

Convertam captivitates vestras in luctum.

Nec tamen prohibet, totum hunc locum ad extremam populi calamitatem, quae post Christum exhibitum accidit, et in qua adhuc hodie sunt, accommodare. Nam ita dixi, generalem populi abiectionem hic praedici. Inducam sqq.) sicut nos sqq. 3) deest: Novissima — posteros eius.

---

†) Vuitt.: Mos Hebraorum in luctu. ††) Sacco indui. ††) Psalm. 68. ††††) Rasura capitis. †††††) Sempiterna aptivitas. ††††††) Vuitt.: Fames verbi dei. †††††††) Novissimum malorum penuria verbi.

omnes tollerabiles essent, haec autem horrenda satis est, quando scilicet minatur, se ablaturum prophetas veros et rectum dei verbum, ut nemo sit, qui praedicet, etiamsi avidissime audire velint homines verbum, et[1] ultro citroque pro audiendo verbo cursitent. Id quod in captivitate Assyriaca et in illa novissima Iudaeis contigit. Orandum nobis et vigilandum,† ne eadem fames nobis quoque mittatur, quando iam multimoda verbi dei copia sumus obruti per gratiam dei, ne illo rursus sublato mittantur tenebrae palpabiles et teterrimi errores, ut etsi audire verbum velimus *non sit qui praedicet, sicut Iudaeis, Graecis et[2] Rhomanis verbo dei abundantibus contigit. Sublato enim verbo, quid aliud restat, quam teterrimae rationis humanae tenebrae, quae magistra esse vult, et docere nihil aliud potest, quam doctrinas daemoniorum.†† **Quid enim aliud praedicarent tenebrae, quam tenebras et errores? Lux nulla est, nisi

*) Incipit p. LXXXI. MSCi. **) FAMES VERBI DIVINI.

1) deest: et ultro —. contigit. Legitur: Nam in aliis calamitatibus quantaecunque sint, tamen cum verbum adest, consolatione erigi mentes possunt. Verbo autem sublato††† nulla consolatio, nulla spes est reliqua, sed mera tristitia, desperatio et mors. At Iudaei quidem in superioribus calamitatibus captivitatum et servitutis habuerunt semper prophetas, qui confirmarent languentes animos, eosque ad expectationem futuri Christi erigerent et concitarent, qui erat finem allaturus, non temporalibus sed aeternis calamitatibus, morti aeternae et inferno. Ad extremum autem, cum iam Christus venisset, et ipsi eum nollent recipere et agnoscere Messiam, destituto sunt verbo et durat ista fames usque in hunc diem, ut Israhel excaecatus sit, ut Paulus inquit. Orandu igitur nobis et vigilandum est sqq. 2) deest: et.

†) Adhortatio necessaria, ne et ipsi verbum ami mus. ††) Ratio magistra quid doceat. †††) Verbo s lato nulla consolatio.

per fidem verbi. Et fit deinde quod hic subiicit propheta.

Et commovebuntur a mari usque ad mare,

Hoc est: Hinc inde current quaesituri verbum, et non invenient.† Id quod nos ante promulgationem per gratiam dei verbum plus satis sumus experti. Hinc innumerae istae monachorum sectae,†† alius factus[1] est Carthusianus, alius Franciscanus, alius aliud vitae genus instituit, quo se putaret deo placere, sed nulla fuit conscientiis pax, alius Rhomam cursitavit, alius ad Sanctum Iacobum. Itaque iam grati esse debemus deo optimo[2] maximo, et inaestimabili isto dono recte uti, ne rursum ablato ab ingratis, in maiores incidamus errores, quam unquam[3] antea. Et qui iam pascimur croceis, amplectamur rursum stercora, ut inquit Hieremias††† Thren. 4. Quid enim ante promulgatum iam rursus evangelium aliud edimus, quam stercus papae? idque cum dispendio rerum et animae. Nos autem ingrati†††† sumus;[4] principes pergunt esse Midae, quorum esset doctorum hominum studia excitare et alere,* hic[5] egregios sumptus facere deberent, ut verbum et recta studia copiose docerentur, qui iam antea sathanae ministris immensam pecuniae vim dede-

*) principum officium.

1) deest: factus. 2) deest: optimo, maximo. 3) deest: unquam. 4) deest: principes — doctorum. Legitur: et principes, praecipue autem episcopi, quibus ecclesiae provehendae cura incumbit, sacra studia nihil curant. Cum enim deberent doctorum sqq. 5) et egregios in ea re sumptus facere, ut sqq.

†) Tenebrae et miseriae sublato verbo. ††) Vuitt.: Sectae monachorum. †††) Hieremias. ††††) Vuitt.: Ingratitudo pro verbo revelato.

runt,[1] sed hic nemo audit. Surdo narramus fabulam. Quod si perrexerimus tales esse, idem iudicium super nos veniet quod hic comminatur propheta; id quod fere iam per impios[2] prophetas incipit etc.

In die illa deficient virgines pulchrae.

Hic fructus[3] est huius teterrimae famis,† q. d.: multae erunt formosae et lepidae puelli,[4] multi erunt egregii iuvenes, sed omnes marcescent et peribunt, ut nullus eorum possit esse usus, hoc est: peribit egregia iuventus, quae si docta fuisset et verbo dei educata, rebus publicis potuisset praefici, alios docere potuissent et res publicas recte per deum administrare, sed quia verbum dei ablatum est, pereunt erroribus seducti, nullius usus sunt etc. Quid aliud etiam fuerunt hactenus universi*tates†† nostrae per orbem quam voragines optimorum adulescentum,[5] qui quando a parentibus mittebantur ad discendam pietatem, ad discendas bonas artes, ut rebus publicis rursum praeesse possent, nihil aliud didicerent quam egregie perpotare, scortari, et omni impietate et barbarie imbuti perdebantur. Sic perierunt ista

*) Incipit p. LXXXII. MSCi.

1) deest: sed — fabulam. Legitur: aut qui optimi sunt suas sequuntur voluptates et ecclesias negligunt aut crudeliter in bonos doctores saeviunt et ecclesias vastant. Quod si sqq. 2) Additur: et fanaticos doctores incipit etc. 3) est fructus. 4) puellae. 5) deest: adulescentum — ingenia. Legitur: optimorum ingeniorum et corruptelae iuventutis? Non eo solum, quod magna licentia vitiorum esset, id minimum est, sed quod nulla liberalis doctrina extaret, quod pietatis studium molestis, inutilibus et perniciosis sophismatibus esset obrutum, quibus bona ingenia impedita ad nullam frugem pervenerunt. Idem sqq.

†) Fructus penuriae verbi. ††) Universitates.

impietate optima quaeque ingenia.* Idem fructus quoque ex monasteriis† rediit. Sic necesse est in medio meridie palpare sicut caecum in tenebris ubi verbum dei non habemus quo regamur et illuminemur etc.

Qui iurant in delicto Samariae.

id[1] est, in idolo Samariae. Pulchre vocat cultum illum rationis humanae extra verbum dei institutum: delictum, indicans, non Sathanam sed verum deum voluisse colere et ardorare; sic enim putabant, ut supra copiose diximus, isto cultu deo placere, quandoquidem in honorem veri dei instituerant, non idolis. Sed quia denuo sic alligabant cultui ab ipsis excogitato, de quo nullum habebant verbum dei, putantes se in hoc deo fore gratos, ideo abominatio erat deo. Sicut fuerunt quoque opera omnia nostrorum monachorum et sacrificulorum etc. vide supra.

Caput Nonum.††

Omnino novissima duo capita,††† ut dixi, ad finalem vastitationem totius regni et sacerdotii

*) Universitates et monasteria.

1) Quae sequuntur usque ad finem capitis omnia desunt; sed legitur: Quod Latinus delictum fecit, in Hebraeo est execratio, dirae, maledictio. Vocat autem sic idolum, quod cum colerent, relicto vero dei cultu, merebantur iram dei et maledictionem. Debet autem hoc generale esse ad omnes impios cultus, quos, cum verbum dei non adest, ratio excogitat ad deum placandum. Deus enim non solum non colitur et placatur isto modo, sed provocatur ad magis affligendum, ad augen-

†) Monasteria. ††) In coll. Ien. sequitur contextus totius capitis secundum editionem vulgatam. †††) Summa huius et praecedentis capitis.

pertinet.[1] Praecedens caput proprie excisionem regni habet, hoc novissimum proprie ad interitum sacerdotii spectat, ut videbimus in visione.

Percute cardinem et commoveantur superliminaria, et[2] secuit (vel scidit) eos in capite omnes (vel omnium) et reliquum eorum etc.*

Habet haec visio, percutiendum esse cardinem, qua percussura crepent superliminaria.† Hoc est in summa: frangam sacerdotium et totum auferam una cum regno, et quicquid residuum fuerit de populo. Sic perdito et **regno et sacerdotio vagabitur[3] passim per orbem, nullam stabilem habituri sunt mansionem, ubi possint commorari, semper instabilem sedem sunt habituri, id quod tremore superliminarium significat.

Cardine[4] percusso,

id est: sublato capite, sicut hic ait, hoc est regno et sacerdotio prorsus sublato. Haec figura loquendi passim est in prophetis, ut in psalmo†† 67: Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli perambulantium in delictis suis. Idem quoque est in capite 3. Abacuc†††: Percussisti caput de domo impii, denudasti fundamenta eius usque ad

---

*) Vera lectio ex Hebraeo. **) Incipit p. LXXXIII. MSCi.

---

dam iram et cumulandam poenam, sicut in aliis prophetarum locis videmus.

1) deest: pertinet — visione. Legitur: pertinent. Quare si quis volet ita partiatur, ut praecedent caput proprie ad excidium regni, hoc novissimum proprie ad interitum sacerdotii referat. 2) deest: et — etc. 3) vagabuntur. 4) deest: Cardine — prorsus sublato. Legitur Avaritia in capite omnium. Haec figura sqq.

---

†) Sacerdotii et regni eversio significata per cardinem et superliminaria. ††) Psalm 67. †††) Abacuc

collum. Haec omnia in summa significant auferendum esse ab eis et regnum et sacerdotium, sicut et Christus ait Math. 21.† Nam quid aliud hodie sunt Iudaei qui adhuc vivunt quam miser sine capite truncus*? Miserrime enim per orbem dispersi nullam stabilem habent sedem, nullumque regnum ac sacerdotium etc. Et hanc percussionem cardinis[1] exponit ipse quando statim subiicit:

Scidit[2] eos in capite,

hoc est, auferet regnum et sacerdotium. Tremorem autem sive commotionem superliminarium copiosissime magna copia exponit in iis quae sequuntur, novissima eorum in gladio interficiam, non erit fuga eis, nec erit, qui possit evadere.

Si descenderint usque ad infernum etc.

Potentialiter[3] intelligendum; sicut et nos eodem modo solemus loqui. Significat nusquam eos fore tutos quorsumcunque fugerint,†† sicut et Moyses horrendissime[4] eis comminatus est Deuteron.††† 28. Erit vita tua quasi pendens ante te, timebis nocte et die, et non credes vitae tuae, mane dices, quis mihi det vesperum[5] etc. Idem per omnia hic videmus.

Ponam oculos meos contra eos,

hoc est: observabo eos diligenter, ut noceam, ut

*) NOVISSIMA ABIECTIO IVDEORVM.

1) Additur: cardinis, ac tremorem sive commotionem superliminarium, copiosissime exponit in iis quae sequuntur. 2) deest totus locus a: Scidit — Si desciderint. Legitur: Novissima, id est: posteritatem eorum in gladio interficiam. Non erit fuga eis, nec erit qui possit evadere. Si descenderint sqq. 3) Additur: est. 4) Horribiliter. 5) Vespertinum.

†) Matth. 21. ††) Nusquam tuti futuri. †††) Deuteron. 28.

perdam, non ut bonum faciam eis. Huius[1] reddit rationem, cur scilicet non poterunt effugere, quia, inquit, contra se habent dominum deum, omnipotentem et omnium creaturarum conditorem, quem nemo fallere nemo fugere potest, a cuius magnificentia necesse est tremere omnes creaturas. Ideo huius iram non poterunt fugere. Atque ita opponit eis potentiam et maiestatem divinam, quando inquit:

Dominus qui tangit terram etc.,[2]

q. d.: frustra speratis, vos esse evasuros.

Et fasciculum suum super terram fundavit.

[3]Idem est vocabulum quod 1. Reg. X.† versum est: Ecce cuneus prophetarum obvius ei. In Mose quoque vocabulo fasciculus est versum,[4] ut Exod. 12.††: Fascicu*lumque hisopi tingite[5] Quidam colligantiam elementorum significari volunt, sed sententia Hieronymi††† magis mihi placet, q. d.: Dominus in caelis sedet et commoratur, et tamen suum cuneum, suum populum, hoc est ecclesiam suam in terra habet, quam tuetur; fundavit enim eam firmissime, ne contra eam praevaleat Sathan.[6] Si quis autem alteram sententiam probat, per me licebit.

---

*) Incipit p. LXXXIV. MSCi.

---

1) deest: Huius — rationem. Legitur: Reddit enim rationem piorum. 2) deest: etc. 3) Praemittitur: אגודה. In coll. Ien. legitur: Egudah,†††† in Vuitt.: Aguddah. 4) Versum est. 5) iungite. (In MSCo. male pictum, qua de caussa vitiose edit. legit iungite. In Exodo 12, 22 legitur: tingite.) 6) deest: Si quis — licebit. Legitur: Hanc sententiam††††† etsi non improbem, tamen magis an logum mihi esse videtur, ut accipiatur coelum sicut i

---

†) 1. Reg. 10. ††) Exodus 12. †††) Hieronym sententia. ††††) Egudah. †††††) Sententia Lutheri.

Numquid ut filii Aethiopum.

Praeoccupat[1] propheta et tacite eorum quaestioni respondet, sicut et supra cap. 5. copiose de hac re diximus, quando dicit: Et erit dominus exercituum vobiscum sicut dixistis, summa ergo huius totius loci est; non est personarum acceptio† apud deum, q. d.: non est quod gloriemini, vos esse populum dei, quod vocarit vos dominus sibi in peculium[2] prae omnibus populis terrae, sicut habet Moyses,[3] quia pactum domini non observatis,[4] auferemini de terra,[5] quicunque peccaverit, reus erit domini, sive Israhelita sive Aegyptius fuerit, nihil proderit vobis quod patrocinamini vestrae impietati promissionibus dei vobis exhibitis, quae non ad vos pertinent dum dei verbo non creditis, sed impii estis,* sicut et Petrus Act. X.†† inquit: In veritate comperi, quoniam non est per-

*) IMPII TVENTVR SE PROMISSIONIBVS DEI MALE INTELLECTIS.

---

evangelio, pro ecclesia et regno Christi, ut sit sententia: Dominus parat in coelo††† palatium suum, hoc est: regnat in ecclesia per evangelion et liberam gratiam, latissime et liberrime. Terra autem est quasi fasciculus seu ergastulum quoddam in quo ceu in fasciculo colligatos habet malos et improbos homines, quos per rigorem legis potenter regit et coercet, ut sic complectatur duo summa beneficia divina. Primum et maximum conservationem ecclesiae per verbum: deinde conservationem politiae per leges et poenas. In utroque enim maxime illustratur potentia divina.

1) deest: Praeoccupat — loci est. Legitur: Hunc locum quidam sic accipiunt, quod si quasi occupatio, quae respondeat cogitationibus Iudaeorum, cur abiiciantur cum tamen tot habeant promissiones, ut sit sententia: Nihil proderit vobis, quod sitis Iudaei, nam non est personarum sqq. 2) populum. 3) sed quia sqq. 4) ideo auferimini sqq. 5) et quicunque sqq.

†) Deus non est personarum acceptor. ††) Actor. 10. †††) Caelum. Ecclesia.

sonarum acceptor deus, sed in omni gente, qui timet eum, et operatur iustitiam, acceptus est illi, q. d.: Respicit timentes et observantes verbum suum, contemptores vero perdit, quicunque tandem sint, sive[1] Iudaei, sive Aegyptii aut Aethiopes.[2]

Ecce oculi domini super regnum peccans.

Hic clarissime videmus dominum transferre regna,† et alium populum contra alium excitare, quem[3] faciat sibi tributarium, et qui alius regnum evertat sibique usurpet, sic perire fecit potentissimum Rhomanum[4] regnum, et victoria superiores[5] facti sunt barbari, quos Rhomàni penitus contemnebant. Idem agit cum omnibus regnis, quae perdere vult, sicut hic ait: oculi domini sunt contra regnum peccans, q. d. quale quale tandem id fuerit, sicut ipse exempla hic recenset de translatis regnis, de Aegyptiis, Palaestinis et Syris ex Cyr. Male enim, ut in 1. cap. huius prophetae copiose diximus, Cirene legitur.

Veruntamen non delebo Iacob dicit dominus.

Hoc est, quod supra in cap. 3. et quarto de reliquiis servatis copiose diximus. Hic enim mos est prophetis, ut post comminationem subiiciant††

1) deest: sive Iudaei. 2) Additur: Sed ego hanc sententiam††† nolo sequi: videtur enim propheta comminari eis excidium, aliorum populorum exemplo. Quemadmodum per vos eieci Cananaeos, per Assyrios Syros, per Philistinos Caphtoras, per Aethiopes multos alios vicinos populos, propter peccata sua: ita etiam vos per Romanos propter vestra peccata eiici sinam. Ecce oculi sqq. 3) deest: quem — usurpet. 4) regnum romanum. 5) facti sunt superiores populi barbari sqq.

†) Deus transfert regna. ††) Ien.: More prophet. consolationem subiicit. Vuitt.: Consolatio de reliq servandis. †††) Lutheri sententia.

etiam* consolationem propter pios. Est ergo sententia: Etsi totum regnum, totum sacerdotium peribit, tamen reliquias mihi servabo, ne omnes intereant,[1] sicut et Esaias ait, si fuerit numerus filiorum Israhel ut harena maris, reliquiae salvae erunt.

Ecce[2] ego praecipiam et nutare faciam etc.

Haec expositio est aperta omnium superiorum. Ego, inquit, mandabo, me volente non poterit non fieri, evertam totum domum Israhel.

Et nutare faciam in omnibus gentibus.

Significat motionem, qualem[3] in Cayno fuisse scriptura dicit, et sicut aliquando mutantibus capitibus sunt quidam homines. Idem est, quod Ozeas ait cap. X.: Erunt vagi in nationibus. Declarat similitudine satis dura, quomodo sit concussurus Israhelem, atque ita

Ut non cadet lapillus super terram.

Liranus† hic phrasin hebraicam esse dicit, ut sit sententia: non casurum temere unum verbum de prophetis, quod non sit implendum: Secutus locum qui est in 1. Reg. 3:†† non cecidit ex omnibus verbis eius in terram. Mihi vero non placet, sed meo iudicio haec videtur esse sententia; q. d.: Ita cribrabo et nutare faciam domum Israhel, ut ne[4] unus quidem lapillus in terram cadat, hoc

*) Incipit p. LXXXV. MSCi.

1) Additur: erunt aliqui pauci, qui evangelio credent et salvabuntur. Sicut et Esaias sqq.††† 2) deest totus locus: Ecce — Israhel. 3) deest quod sequitur: qualem — ut non cadet. Legitur: qualis fit cum triticum purgatur cribro. Non cadet sqq. 4) deest: ne unus — vide-

†) Lirani opinio. ††) 1. Reg. 3. †††) Esaia 10.

est, ut nemo evadere possit illam commotionem, nemo excidet ex cribro, nullus prorsus liberabitur, qui in hunc meum cribrum venerit. Id quod et hodie in Iudaeis videmus.* Hac sententia modo non habeo meliorem. Hactenus duravit[1] praeoccupatio illa prophetae de perdendo toto Israhele.† Iam sequitur locus elegans de regno Christi, qui sit restituturus regnum contemptum Davidis, et reducturus Israhelem in aeternam securitatem, nempe spiritualiter praedicando evangelium fidei[2] etc.

In die illa suscitabo tabernacula David.††

Citatus est hic locus Act. XV.††† Summa eius est: Destructo sic regno et sacerdotio congregabo et reaedificabo tabernaculum David quod[3] cecidit, venientque in illud etiam ex omnibus gentibus, qui credituri sunt quanquam non sint de domo David. Hic locus proprie, ut dixi, de regno Christi est intelligendus.

Tabernaculum[4] David,††††

intellige ipsum populum David, progeniem David (dem[5] Stam Davids), sicut et[6] Esaias XI.††††† in

---

*) non appropinquabit. Vide cap. 5.

---

mus. Legitur: ut tamen granula, hoc est boni serventur, et tantum pulvis, hoc est, improbi Iudaei et mali in terram decidant et pereant. Expono†††††† enim vocabulum quod lapillum significat, pro grano, et est valde apta et consolatoria sententia, quod etsi commune periculum bonos et malos videtur manere, tamen deus bonorum curam agat, eos servat et defendat. Hactenus sqq.

1) deest: duravit — prophetae. 2) gratiae. 3) deest: cecidit. Legitur: labefactum et quasi collapsum est, venientque sqq. 4) Additur: enim. 5) deest germanica versio. 6) deest: et.

---

†) Transitio. ††) De regno Christi. †††) Actor. 13. ††††) Tabernaculum David. †††††) Esaia 11. ††††††) Lutherus de piis servandis intelligit.

hanc sententiam inquit: Egredietur virga de radice Iesse,† id est, regnum David, de quo regnare debuit Messias,[1] plane contemptum erat et fere interciderat ac desierat Christo veniente, infima fex saltem supererat,* fuit[2] quasi emortuus truncus, non[3] florebat, ceciderat, ruptum erat; Christo vero veniente suscitatum est,[4] floruit radix mortua et produxit speciosissimum florem et fructum, innovata sunt ómnia et restaurata, rupturae omnes sunt resarcitae,[5] omniaque facta sunt speciosissima. Mirum in modum elegans et pulchra prophetia, quod dixit, ex contemptissima tribu Iuda, quae fere prorsus desierat, aedificarit[6] sibi egregiam ecclesiam electorum, plenam gratia et spiritu sancto, quae[7] magnifica per spiritum facta est. De pompa enim spiritus loquitur, in qua etiam totum regnum Davidis est administratum, habuit enim principes spiritu sancto plenos etc.

Reliquias Idumaeae.††

Hoc est: non solum Iudaei erunt in hoc tabernaculo, sed etiam reliquiae Edom et omnium gentium, quae evangelio sunt crediturae.[8] Mira

*) Incipit p. LXXXVI. MSCi.

1) Additur: Vocat autem radicem, quia plane sqq. 2) et erat. 3) deest: non — erat. Legitur: quod Christo sqq. 4) et floruit sqq. 5) resartae. 6) aedificabit. 7) deest: quae — est. 8) Additur: Sed nota, sicut sui populi reliquias tantum in hoc regno habet, ita etiam Edom et gentium tantum reliquiae Evangelion amplectuntur. Maior enim pars mundi Evangelion vel contemnit, vel persequitur, ut stat illud Christi: Pauperes evangelizantur.††† Item pauper et inops laudabunt nomen tuum domine. Est mire iucunda prophetia. In Hebraeo omnia venustius dicuntur.

†) Radix Iesse. ††) Ut ex Iudaeis, ita ex gentibus reliquiae servabuntur. †††) Matth. 11. Psalm. 37.

iucunda prophetia. In hebraeo longe venustius omnia dicuntur.

Et comprehendet arator messorem.

Mira huius regni metamorphosis,* ut et statim messis arationem sit secutura, tantam dicit fore velocitatem,† tam cito se instituturum, hoc regnum et renovaturum, ut omnis homo sit miraturus, ut simul aretur et metatur. Significat[1] cursum velocissimum verbi evangelici[2] in gentibus, q. d.: Ita velociter promovebit verbum dei in gentibus, ut simul a peccatis convertantur et simul fructificent,[3] simul credent cum Iudaeis, qui iam dudum sunt exculti et docti.[4] Idem vides in Iohele cap. 2.

Montes,

id est: apostoli et praecones verbi.

Et convertam captivitatem populi mei.

De spirituali†† reductione et conversione loquitur, nam corporaliter minatus est supra, se omnes esse captivitati traditurum. Hac[5] reductione reducti sunt omnes, quotquot Christo veniente evangelio crediderunt et in tabernaculum illud Davidis[6] per fidem sunt translati, in quo summa securitas, pax et gaudium conscientiae est, in quo existentes uberos fructus faciunt. Hinc in sempiternum non transferentur fide firmati, et spiritu sancto coelitus dato.** Moses††† semper iussit facere et non fiebat,

*) Levit. 26. **) quam dedi. Melius dedero.

1) igitur cursum sqq. 2) evangelii. 3) ac simul credant sqq. 4) edocti. 5) Hac igitur sqq. 6) deest: [illegible] — translati. Legitur: Davidis collapsum et ideo c[illegible] temptum sunt translati per fidem, in quo sqq.

†) Cursus evangelii velocissimus. ††) Spiritus reductio. †††) Moses.

ideo promissiones[1] quoque eis frustra promittebantur. Hic vero quia dominus ipse promittit se facturum, se reducturum, se plantaturum, ideo ratum erit, non[2] evellentur etc.

Τέλος.

Christo Laus. M. D. XXV.

---

1) quoque promissiones sqq. 2) deest finis a: non — MDXXV. Legitur: Sunt autem hic multa significata. Primum quae sint futurae primitiae ecclesiae, scilicet reliquiae Iacob, hoc est Apostoli. Deinde quae sit futura huius regni magnifica dilatatio, nempe quod gentes per apostolos convertentur ad fidem. Magnifice igitur nobis hic commendatur misericordia divina, quod nos gentes, quae sumus civitates desertae et vastae,† imo (sicut Lucae 14. est) quae sumus in agris, extra civitatem positae, sine lege, sine cultu dei, sine bonis operibus, plenae peccatis, dignae morte aeterna, et colimur per verbum gratiae, ut fiamus vineae et horti amabiles et amoeni, in conspectu Dei et Angelorum, unde postea tanquam ex plantis foecundis alii horti instruuntur et parantur, ut ita gloria et regnum dei per nos quoque amplificetur et crescat. Agamus†† igitur deo gratias pro hac inexhausta sua erga nos benevolentia et amore, et rogemus, ut vere sic excolamur, ut et deo tanquam horti amoeni placeamus et fructibus nostris fruantur homines, perque nos ad pietatem invitentur. Amen.

---

†) Amplificatio divinae misericordiae erga nos. ††) Adhortatio ad gratiarum actionem.

FINIS.

ABDIAS

I.

PROLEGOMENA.

Prior qui nunc sequitur in Abdiam prophetam commentarius D. Martini Lutheri adhuc ignotus a Georgio Buchwaldo, scholae latinae Cygneensis magistro, ss. theologiae licentiato, philosophiae doctore anno superiore in bibliotheca senatoria Gymnasio addicta inter varia Lutheri scripta partim iam priore tempore ab aliis perscrutata, partim inculta, repertus, accuratissime exscriptus et nobis, qui eum collectioni nostrae adiungeremus, traditus est.

Inest codici H. III. signato, legitur inde a folio CXLVII (verso) usque ad folium CL (rectum).

Stephanus Rothius, senatus Cygneensis scriba, dum praelectionibus doctoris publicis Vuittembergae institutis studiosissime interesset, has adnotationes ex ore magistri ipse excepit et quantum potuit alato calamo descripsit.

Tempus, in quo Lutherus prophetam nostrum explanaverit, in codice Cygneensi non denotatur, praecedit autem Abdiae Amos, sequitur Ionas et Micha. Uno quidem tenore Lutherum has prophetas delineavisse constat. A codice Altenburgensi vero edocemur, praelectionem Calendis Februariis

MDXXV. finitam esse. Incepit ergo Lutherus Abdiae tractationem circa Idus Ianuarias.

In hac nostra codicis editione principe Rothii schedas ad fidem verborum ac literarum expressas typis repetivimus. Vocabula nimio abbreviata Lic. Dr. Buchwaldus emendavit, emendationes uncinis conclusas apposuit, versuum enumerationem addidit, foliorum codicis indicium notulis commendavit, adnotationes vel in marginibus vel inter lineas codicis obvias suo loco collacavit, errata investigavit, denotavit, correxit.

Adnotationes

in

Abdiam Prophetam

ex

praelectione D. Martini Lutheri

Vuittembergae anno MDXXV.

exceptae.

[1] ABDIAS PROPHETA.

Hic propheta varie laceratus est a commentariis. Iudaei dicunt hunc prophetam esse qui conservavit 100 prophetas contra Iesabel, sed nihil habent nisi agnomen. Sed mea sententia: hic propheta fuit circa tempus cap[*tivitatis*]: Ba[*bylonicae*]: vel post, primo: eadem ferme adfert quam hiere[*mias*]: ca: 49. qui fuit tempore cap[*tivitatis*]: Ba[*bylonicae*]: et vidit. 2. quod prophetat contra Edom exultantem supra cap[*tivitatem*]: Iudaeorum, [2] et quia gaudes tu Edom, et tu quoque vastaberis pro ista impietate. Simile in ps.[3] super flumina etc. concordat praecise. Memor esto in die Ierusalem, id est: quales erant in tempore capt[*ivitatis*] Caldaeorum. Synchronus igitur fuit Ieremiae et paulo post. Edom nunquam fuit tantae potentiae ut opprimeret Iuda aut Israel etc. ut patet ex li[*bris*]: regum. Unus fuit de novissimis hic propheta. Unde facilis est iste transitus prophetae a cap[*tivitate*]: Ba[*bylonica*]: ad adventum Christi. Haec de tempore prophetiae hujus. Summa autem est prophetare adversus Edom vindictam dei eo quod comm . . . . sunt et operati Caldaeis adversus Iudaeos etc. dicit tandem tale regnum futurum quod subiuget Edom etc. eo tempore quo veniet novum

---

1) Incipit fol. 147. B. MSCi. 2) v. 1. ss. 3) Ps. 137, 7.

regnum, tu etiam subiugaberis, regnum Christi futurum per evangelium describitur etc.

Visio obadia,[1]

de pro ad,

famam audivimus, inter gentes missum, eam,

scilicet Idumaeam, loquitur de terra. vult terrefacere istos ..... Idumaeos istis metaphoris. Dominus loquitur de fama, es ist eyn geschrey komen quod legatus sit missus ad gentes. metaphora sumpta a rebus bellicis ubi legati mittuntur ad concilia etc. ich hab meyne botten schon außgeschickt, quod alii per leges agunt, ego spiritu meo. loquitur deus quasi sit homo. Inter gentes, scilicet Caldaeos, in proelium, in bellum. verba legati qui conciliabit sibi copias gentium contra Idumaeos.

In gentibus,[2]

inter gentes, premit fiduciam et tollit superbiam eorum. Natura fuit invisus Iudaeis hic populus, fraterna odia atrociora, inter coniuges: quanto amor ardentior, tanto etc. gutter weyn macht gutten essig. non tam quod erep[*ta*] est benedictio, sed quod cogit esse sub iugo Iudaeorum. videris tibi magna, sed vix musca es ad —

contemp[*tibilis*]:

ut sis contemptus tu valde.

[3]praesumptio cordis tui[4]

imposuit tibi quae exaltas, omnia dicuntur ad premendam eius fiduciam, putas te magni nominis esse in populis, faciam ut sis contempta, in cor[d^] vehe[*menter*]: praesumis, ista praesumptio imp[o]net tibi.

1) v. 1. 2) v. 2. 3) Incipit fol. 148. A. MSCi. 4) v.

petrarum.

putas terram tuam vehe[*menter*] invictam, regio Idumaeorum montosa, montana Edom in deu[*teronomio*].[1] Petraea Arabia, deserta, foelix, ab urbe hebrona. zela, petra, rupes. Idumaea potior pars Arabiae pe[*traeae*]. a petra cognomen habet.

qui habitat in sciss[*uris*] petrae,

confidis terram tuam montosam et diff[*icile*] expugnari, ut helvetiorum. Alludit simul ad urbem petram, urbem habes regiam et munitissimam petram in quibus scissuris putas et tutum fore.

et exaltasti sedem

vel habitationem tuam, putas te bene aedif[*icasse*] et non posse eripi etc. **als könde nyemand hynauff kommen.**

Qui dicis,

et dicis, **trotz feyßer** etc. qui **hereynbrechen,** ecce confisi sunt in fort[*itudinem*] carnis, non in for[*titudinem*] dei. Non solum non eris nihil munita sed et nihil eris etc.

Si exaltareris,[2]

deducerem, dicis te habere **hohe schlosser, felßer,** ut aquila. Vide quam oderit dominus istas fiducias carnis. etiam si habitares in stellis etc. tamen per gentes deducam te ad terram etc. ita deducam, ut nihil sit residuum.

Investig[*averunt*],[3]

protulerunt. Insidias, vinculum. Tua fiducia provocat me ut perdam te funditus. [4]**Du solst wunschen** ut fures et latrones intrassent ad te qui aliquid reliquisent, ego nihil relinquam, etiam abcondita in petris deducam etc. In petrosis locis

1) Deut. 1, 1. 4. 2) v. 4. 3) v. 5. 4) v. 5.

potest quis se abscondere. nemo poterit fugere. Sic consolatur propheta populum suum Iudaeorum contra vindictam Idumaeorum etc.

Conticuit,

transitive supra etiam in Ozea[1] verbum hoc, late patens usus eius est, demoliri quicquam ut sileat, redigere in nihilum ut sileat. Ich wil dich stil machen, ich wil dich kleyn machen, ach wie kleyn ist, der prius voluit mundum fressen. fures mochten dich still machen vnd kleynlauttig etc. wen sie dyr den homut weg rissen etc. nonne reliquos fore aliquot racemos. Si pauci latrunculi venirent vnd blunderten, sedarent [2]aliquo modo den homut et reliquissent aliquid, sed ego non sic agam sed mittam exercitum ad quem estis, te totum perdent etc. eyn gulden hinder den oren hattest must herfur etc. emittent te etc. Iere. 5[3] qui coniungitis terminum agris etc. Ipse expellent te usque ad fines, ut non habeas ultra fines etc. usque nullum habeas terminum in quo habites etc.

[4]Prudentia,

intelligentia. fides in sociis etiam, du hast gutte nachparn, essen et bibunt tecum, sed quando zum treffen kompt, sunt contraria, ut Papa et Caesar francorum, iudicio dei fit, non es int[*elligens*], du merckst nicht, bist eyn nar etc. wilt eyn kluger man seyn. Istud regnum gloriatum est de prudentia, semper Esau fuit feyn man etc. homines foederis cum quibus pacem habes, werden dich teuschen venientibus Caldeis, werden dyr schaden thun etc. in Ezech[5] amatores tui werden dir die nasse abschneyden etc. teu[*tonice*]: wer den teuffel zu gevatter bit, ka seyner nicht loss werden. quos amicos vis potentes,

1) Hos. 4, 5. 2) Incipit. fol. 148. B. MSCi. 3) Erratum pro Ies. 5, 8. 4) v. 7. 5) Ezech 23, 22..

postea habebis dominos etc. quid sit habere amicos magnos videmus etc. Sicut capitur bestia laqueo abscondito, ita tu capieris a sociis tuis.

Numquid non,[1]

nonne.

A meridie,

Theman.

Timebunt,

terrebuntur, fugient. Theman etiam illa terra Idumaeorum appellata est. Vide Gen. 38[2] Themas nepos Esau. principes nomina terrae dederunt.

pru[*dentiam*]:

intelligentiam, o Themas, o Idumaea, iam habes sapientes multos, sed calamitate illa veniente nescies quid ages, omnis sapientia eorum devorata est. ps.[3] multa sapimus et pru[*dentes*] sumus in tempore foelici, in tempore adverso seyn wyr vorlorn, nisi deus dederit. In adversis werden sie alle zcu narren etc. Non loquitur de sapientia docendi, sed de administrandi regni, qui [sic!] . . . . regibus etc. tollit omnes munitiones, foedera, prudentiam, sapientiam, omnia in quibus hactenus es confisus.

Timebunt,[4]

erschrecken, nescies wu hynauß, ut quando pavor venit in exercitum in bello etc. optime nam es disposita etc. dabo verzagt hertz. [5]prae interfectione vel iactatione,[6] solche schlachtbanck anrichten, ut occidatur vir Edom, do eyn man, hie eyn man, vel do eyn hauffen mener, hic etc. destributum [sic!] est vir. viri hie und dort, do ist eyn stadt expug-

1) v. 8 s. 2) Gen. 38, 11. 15. 42. 3) e. c. Ps. 33, 10; 107, 27. 4) Insuper: pavidi erunt. 5) Incipit. fol. 149. A. MSCi. 6) v. 10.

[*nata*] dort eyne etc. Damit wirt der reyßige gezceuck matt werden.

propter iniurias fratris tui,

das ist der zcorn, quia es iniurius populo Iudaeorum qui est frater tuns. ideo irascor, peribis in aethernum. quae est iniuria quam fecit in fratrem?

In die qua stetisti ex adverso etc.[1]

haec est iniuria etc. Hic videtur loqui ferme circa tempus captivitatis Ba[*bylonicae*[: exinanite exinanite[2] etc.

exercitum,

facultatem, substantiam, utrumque significat verbum hebraeum.

Alieni,

Caldaei captivum ducerent quicquid poterant. Ierusalem non est captivata nisi per Caldaeos. Idumaei haben eyn gutten mut gehabt, et societatem coniun[*xerant*] isti cum Cal[*daeis*]:

Ideo non videbis in die fratris,[3]

q. d. du wirst nicht mehr sehen deyn lust an yhn. Non est simpliciter videre unum, sed est mit lust sehen nach seynen willen etc. In die, wenn es deynem bruder wirt übel gehen, ich wils eyn ende machen,

non iactaberis, mag[*nificabis*] os tuum, ruinae id est: afflictionis.

non intrabis in urbem etc.[4]

mit seufsten cum Caldaeis,

in malis,

wens yhn ubel gehen, angustiae tribulationis, afflictionis etc.

---

1) v. 11. 2) Ps. 136, 7. 3) v. 12. 4) v. 13.

non mitteris tu ad facultates eorum,
zum thor hynehn in portionem vel partem praedae.

Et non stabis iuxta liberationem[1]

verbum habet contrariam significationem duorum verborum vastare et eripere. Idumaei fuerunt hefftiger quam Caldaei.

tribu[*lationis*]:

angustiae. fugientes occidisti, non potentes fugere conclusisti in domibus et interfecisti.

Dies domini,[2]

irae qua visitat per Caldaeos, es sal dyr vergolten werden etc.

Iugiter,[3]

in circuitu, will yn eynander kochen te et omnes gentes, hab meyn guttle verzceret in sanctuario meo, ich wils machen ut rursum consumaris. eyn reych muß das andere straffen et quod straffen wirt widder gestraff[t]. sic factum est semper.

Haec prima est pars prophetiae, de vastatione Idumaeorum etc. Romani ocupaverunt omnes istas terras.

[4]In monte autem Sion erit salvatio[5] vel evasio.

prior prophetia est de regno corporali Iudaeorum. posterior est de regno spirituali, scilicet Christi. Post cap[*tivitatem*]: Ba[*bylonicam*]: prophetavit hic propheta. Cum ergo post hanc cap[*tivitatem*]: et vastitatem Idumaeorum prophetat de ereptione in Zion, non potest intelligi nisi de Christi ereptione. Differunt ista duo regna Iuda Israel. Israel ira vastatum ut non sit reliquum,

---

1) v. 14. 2) v. 15. 3) v. 16. 4) Incipit. fol. 149. B. SCi. 5) v. 17.

reparabile, Iuda sic ut sit mutatum in regnum Christi. alterum intellige de regno spirituali, alterum de corporali.

Et erit sanctus et possidebit domus Iacob, eynnehmen proprie, possidebunt, istud verbum magnificum non potest convenire regno Iuda vel Israel corporali, de regno spirituali intelligit, in quo domus Israel, apostoli et alii. quae possederunt[1] ereptio de regno victi mortis et diaboli, das wirt im Zion angehen. ut in Esa. 2.[2] per verbum evan[*gelii*]: et prae[*dicationem*]: etc. sanctus qui non potest pollui . . gentium hactenus etc.

Posse[*derant*]:

de gentibus dictum est quae in totum orbem terrarum dispersae erant, postea veniente evan[*gelio*]: in oboedientiam fidei congregatae sunt[3] etc. In ista generali possessione gentium possi[*debit*]: etiam pars domus Iacob,. domus Ioseph, regnum Israel, hoc nunquam est corporaliter factum, ergo spiritualiter intelligendum, domus Ioseph non rediit post cap[*tivitatem*]: Ba[*bylonicam*]: haec fient postquam Idumaea devorata est, est redacta in nihilum. significat ergo novam vastationem et ignem. evangelium incorporabit cum ceteris gentibus etiam Idumaeos.

devora[*bunt*],

id est: incorporabunt eos spiritualiter sic ut non rapiantur e manibus. Ioannes[4]: nemo rapiet etc. semel susceptum vere evangelium non potest facile tolli. Regnum hoc Christi sic subiugabit regnum Esau ut reliquas gentes, sic ut nihil reliquum sit quod dominetur regno Christi vel regnet etc.

Prophetia est de divulgatione evan[*gelii*] verbi in omnes gentes.

---

1) In margine: Medos etc. et totum universum et
2) Ies. 2, 3. 3) v. 18. 4) Ioh. 10, 28.

Et haereditabunt.[1]

Do ist jamer, not in textu. cogimur ire in spirituale regnum Christi. Miris et molitis verbis vult hoc dicere, sed magnificis verbis. Scitis in lege distributas tribus et cautum ne misceretur, contra hanc legem non potest prophetari. Australes Israhelitae,

austrum,

id est: Christiani qui erunt tempore Christi in monte Zion qui est austrum. illi possidebunt autem Esau. Zionitas austrum appellat, Christianos humilia, die grunde, campestria vertit die awen. [2]nominat Christianos nomine isto, das sind solche valles, versus occidentem, possidebunt Philistim, hoc non factum est corporaliter, sed in spirituali regno Christi humilia, scilicet in austro, id est: Christiani,[3] ad Zion quae est in austro. Illi idem Vallenses possidebunt regionem etc. hoc est contra Mosen, ergo spiritualiter intelligendum est de Christianis, Petro, Ioanne et Philip qui venerunt in Samariam.

Et Ben[*iamin*[:

quae tribus est citra Ior[*danem*],

Gilead

in tribu Gad ultra Iordanem, quod est contra Mosen, ergo de regno spirituali Christi est intelligendum. Australes iidem sunt Beniaminitae, id est: Christiani, tribus de Iuda.

Et trans[*migratio*]:[4]

das ist noch vil absurdius, illa captivitas, illi Israhelitae qui cap[*ti*] sunt in cap[*tivitate*] Assy[*riaca*] et nunquam redituri et tamen possi-de[*bunt*[: omnia loca, totam Cananaeam biß an

1) v. 19. 2) Incipit. fol. 150. A. MSCi. 3) In margine: Extincto regno oritur regnum. 4) v. 20.

Sidon nan, haec est absurditas quod captivi dominentur, drumb muß spiritualiter intelligi. Iam de Iuda cap[*tivitate*]. Baby[*lonica*] : Et tran[*smigratio*] Ierusalem, darubet Edom gloriert hat, die sollen herumder komen vnd eynnemen regnum Zion et austrum. Ex evidente absurditate textus videtur non posse intelligi nisi spiritualiter.

Sarepte.

vide in li[*bris*]: regum.[1] quod lyra dicit est violentum. Propheta respicit regnum[2] Christi, quod oritur et crescit in ista terra etc. loquitur de oriente regno, kompt auß dem lande nicht.

Bosphoro,

ubi Constantinopolis est, ubi hellespontus, ubi turca est. Hiero[*nymus*] hic a Iudaeo suo deceptus est. loquitur de Ierusalem translata per Caldaeos, isti translati sollens nu außrichten.

Sparath

meo iudicio velim esse nomen proprium in ista terra ut supra Sarepta etc. Sententia ergo erit: Iudaei captivi qui iam sunt in Parath werden austrum per praedicationem evangelii eynnemen etc. Ne quis credat Hispaniam etc. credo non fuisse tum Hispaniam. Videtur allusione deceptus Iheronymus per Iudaeum.

Et ascendent Sal[*vatores*], [3]

id est: duces ut in li[*bro*]: Iudicum, intelligit autem apostolos qui sunt duces verbi, vmb den Esau ist es yhn zu thun, quamvis in omnes gentes dominati sunt eorum apostoli in fide. Idumaea

erit domino regnum.

hoc non est factum corporaliter, sed spiritualite.

1. Reg. 17, 9. 2) v. 21.

ABDIAS

II.

PROLEGOMENA.

Abdiam prophetam Lutherus in scholis publicis Vuittembergensibus explanavit inde ab Idibus Ianuariis usque ad Calendas Februarias MDXXV. Cuius rei testis est codex Altenburgensis a me repertus, ex quo contextum sequentis commentationis integrum recepi additis notis marginalibus ibidem obviis hic asteriscis conspicuis.

Praelectionem doctoris iam anno MDXXXVI. Ioannes Albertus, typographus Argentoratinus una cum enarrationibus in Ioelem et Amos prophetas edidit in tertia parte libri, cuius inscriptionem in Prolegomenis ad Ioelem II. accuratissime exscripsi. Editio facta est codice Altenburgensi ante oculos proposito, fides verborum vero non satis servata apparet. Editor ipse in praefatione liberrime profitetur, retractatum esse commentarium manu scriptum. Praefatur enim:

> Aediti sunt a D. Luthero ante annos aliquot germanica lingua tres ex Prophetis minoribus, Abacuk, Ionas et Zacharias, cum commentariis, in quibus vir ingenio summus, et usu

spiritualium rerum doctissimus, eam rationem secutus est, quae exemplo esse possit diligenti Theologo totius Scripturae commodius et facilius tractandae. Quia autem neque ocii tantum tum publica, tum privata negocia reliquerunt, nec ipse ob aetatem et vires exhaustas tantum laboris suscipere potuit, ut eodem modo reliquos Prophetas interpretaretur: existimarunt quidam ecclesiae plurimum profiturum, si, ut in schola Vuittenbergensi publice praelecti et a studiosis excepti sunt, emitterentur. Etsi enim diligentia, qua in scribendo singulari uti solet, et copia ista ingens rerum qua abundat, in iis desiderarentur, (Nam neque excipi omnia possunt, nec ut maxime excepta essent, eandem gratiam et dignitatem ex tempore effusa habitura erant, quam ista habent, quae sunt diligenti cogitatione et iudicio acri expensa) tamen hoc magni beneficii loco poni debet, unam et simplicem ostendi sententiam, quae prophetarum obscuriores locos evolvat, et utiliter ad nostra quoque tempora possit accommodari. Monet enim nos non solum prioris seculi inscitia, quo illi soli optimi scripturae interpretes iudicabantur, qui in quam plurimas formas transformare eam poterant, sed etiam praesentia tempora plurimum in eo esse positum, si germanam et propriam sententiam alicuius loci habeas. Quod cum in aliarum artiu[m] autoribus fideles magistri spectent, quis n[on] videt in sacris literis eam praecipuam curam e[sse] debere? ubi animi certi aliquid requirunt, q[...]

se in maximis periculis erigant et confirment. Cum igitur felici omine in exemplum omnium prophetarum, excepto Osea et Daniele, incidissem, summa diligentia a studioso quodam exceptum, nolui tanto thesauro ecclesiam privare, quam nunc tot inutilibus et maledicis scriptis quidam homines temerarii obruunt. Et tamen ne quid a me fieret contra voluntatem autoris adhibui ad castigationem horum scholiorum hominem diligentem et studiosum pietatis, qui multos annos Vuittenbergae didicit, ut cum iudicio omnia relegeret, et conferret expositionem ad translationem germanicam. Deprehendimus enim etiam hic verum esse quod Graeci dicunt, δευτέραι φροντίδες σοφωτέραι.

Quare sacrarum literarum studiosis tres prophetas, Iohelem, Amos et Abdiam nunc damus, sicut eos D. Lutherus in schola Vuittenbergensi praelegit. Nec dubitamus, quin hanc nostram operam probaturi sint omnes verae pietatis studiosi. Quis enim non amet simplicem et germanam in locis tam obscuris et intricatis, tum ob historias, tum ob linguae incommoda, quae hodie pene intercidit, sententiam? Et est quoque alia ratio cur nostram operam et studium magis probare boni debeant. Nam cum isti fere, qui hoc seculo commentariis prophetas illustrare conati sunt, aut Iudaicis somniis plus nimio delectentur, aut non necessariis allegoriis historiam obscurent, quae ad praesentem vitam et necessaria maxime et utilissima est. Potest Lutheri haec simplex et germana enarratio docere

studiosos, ut tam allegorias quam Iudaicas opiniones suspectas habeant et in litera, ut vocant, diligenter expendenda sint diligentiores. Nam non immerito hodie reprehendi potest quorundam doctorum hominum studium, qui cum in Iudaeorum libris assidue versentur, iudicium non adhibent: sed ut quidque novum et aliis incognitum inveniunt, id statim arripiunt et saepe insignes prophetarum locos de Christo et ecclesia turpissime corrumpunt. Atqui talium vaticiniorum interpretatio non a Iudaeis nostrae religionis infensissimis hostibus, sed ex novo Testamentó, et Apostolorum concionibus peti debebat. Quid enim sani ab istis expectes, qui Canonem scripturae Christum negant? Huc accedit, quod nulla etiam eruditio, vel doctrina liberalis in Iudaeis sit. Ideo et turpissime in supputatione temporum errant, et alienas opiniones saepe ad textum adferunt, quae longissime a praecedentibus et sequentibus dissentiunt. Longe igitur utilius est ipsos prophetas, longe reiectis illis somniis, cognoscere, et diligenter insistere historiae, quae ad praesentia tempora utiliter et recte transferri potest. Eadem enim semper sunt pericula piorum, idem semper exitus sceleratorum, eaedem fraudes, quibus Satan pios a verbo abducere conatur: eadem divinae misericordiae erga nos inexhausta bonitas, quae et erigit pios, et desperatis rebus opem fert Haec videre in prophetis et eorum propria explicatione, fidem et timorem dei docere et alere, una et vera ratio tractandae sacrae scriptu

rae est, quam et Iudaei et Allegoristae nesciunt. Ideo ad alienas et absurdas transformationes vertuntur, quae neque ad docendos pios, nec ad refutandos Haereticos sunt utiles. Quare has Enarrationes D. Martini commendo omnibus Sacrarum literarum studiosis, tanquam insignem thesaurum: ac daturi sumus deinceps reliquos etiam, si ut spero, nostram hanc operam probarint boni, Valete.

Contendere ergo videmus editorem, hos tres prophetas nunc dari, sicut eos D. Lutherus in schola Vuittembergensi praelegit, sed hominem studiosum ad castigationem horum scholiorum, »adhibitum esse,« non qui tempore praelectionis institutae sed qui »multos annos« Vuittembergae didicit, non ut codicis contextum cum suis ipsius schedis ex ore magistri exceptis conferret, sed ut »cum iudicio« omnia relegeret et conferret expositionem »ad translationem germanicam«. Habemus igitur in editione Argentoratina non Lutheri sanam sententiam atque integrum ingenium sed retractationem serotinam enarrationum doctoris.

Nonaginta novem varias lectiones in nostra praelectione investigavi, quas sub linea transversa numeris arabicis conspicuas denotavi.

Scholas marginales, quibus contextus ex editione de anno M. D. XXXVI. repetitus in collectionis Vuittembergensis tomo IV. p. 530 sqq. et Ienensis tomo III. p. 518. sqq. instructus est, cruciculis signatas in margine nostrae editionis ulteriore collocavi.

In linguam germanicam MDLV. commentarium Argentoratinum vertit M. Stephanus Agricola Curiensis in Variscis ecclesiastes in usum operum collectionis Vuittembergensis germanicorum Lutheri, cuius in tomo VIII. p. 441 invenitur.

Repetitur praeterea translatio vernacula in tomis Altenburgensibus VI, 1036; Lipsiensibus VIII, 309. Halensibus Walchianis VI, 2568.

I. L., D.

ABDIAS PROPHETA.

ἐκ τοῦ κάρπου τὸ δένδρον γινώσκεται.

*M. D. XXV.

ABDIAS PROPHETA,

Interprete

D. MARTINO LVTHERO [1]

Non convenit[2] inter interpretes, quo tempore† prophetarit Abdias, varie[3] iudicant de eo, siquidem initio* suae prophetiae tempus et regem, sub quo prophetarit, non expressit, id[4] quod tamen in quorundam prophetarum libris spectare licet. Hieronymus dicit,[5] hunc Abdiam fuisse, qui paverit in specubus centum prophetas sub impio Achab et Iesebale,[6] ut est in 4. Reg., et ideo contigisse ei donum prophetiae. Sed anicularum somniis

*) Incipit p. XCI. MSCi.

1) deest: M. D. XXV. — Luthero. Legitur: Abdias propheta. Sic et in collectione Vuittembergensi. In collectione Ienensi titulus est: Enarratio D. M. L. in Abdiam prophetam ex praelectionibus eius collecta anno M. D. XXXVI. Argumentum in prophetam Abdiam. 2) Non constat, quo tempore sqq. 3) deest: varie — eo. 4) deest: id quod — licet. Legitur: sicut alii fere solent. 5) deest: dicit. Legitur: Hieronymus in ea opinione est, ut putet, hunc sqq. 6) Iesabele.

†) Ien.: Quo tempore vixerit propheta. Vuitt.: Quo tempore Abdias prophetarit.

similia sunt ea, sicut et pleraque alia Hieronymi, si quando temere de rebus sacris iudicat. Aliter iudicant Iudaei[1] in suis commentariis. Mihi autem omnino videtur prophetasse post[2] captivitatem Babylonicam et sumpsisse suam prophetiam ex Hieremia*[3] id quod indicant quidam loci in hoc propheta, et[4] certissimae circumstantiae convincunt, fuisse eum contemporaneum Hieremiae.† Instituit autem prophetiam suam[5] contra Idumaeos, qui exultabant et maximum gaudium capiebant ex devastatione et abductione Iudaeorum tempore captivitatis Babylonicae.†† Id quod est cernere in psalmo 136†††: Memor esto, domine, filiorum Edom in die Hierusalem, qui dicunt: exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea. Hoc est: Memor esto, domine, et vindica in[6] insultationem istam Idumaeorum, qua insultarunt tuo populo tempore adversitatis, quando captivus abduceretur, memento quales fuerint tum cum excindebatur Hierusalem. Hoc[7] est, ut dixi, quod me movet, cur putem, Abdiam contemporaneum Hieremiae fuisse.

*) Vide Hierem. 49.

1) quoque in sqq. 2) deest: post — Babylonicam. Legitur: tempore captivitatis Babylonicae. (Sic scriptor prius in contextu scribebat, sed in margine libri manu scripti correxit uncinis parvulis denotans, marginalem rectam ac iustam esse Lutheri sententiam.) 3) Additur: maxime ex 49. capite, id sqq. 4) deest: et — fuisse. Legitur: Hae non obscurae circumstantiae sunt, quae arguunt fuisse sqq. 5) Additur: primum, ut consoletur Iudam captivum abductum in Babylonem, futurum enim, ut reducatur Hierusalem. Deinde ut prophetat contra sqq. 6) deest: in. 7) Et hoc est sqq.

†) Vuitt.: Abdias contemporaneus Hieremiae ††) Ien.: Consolatur Iudam spe reductionis. Comminatur Idumaeis. Vuitt.: Argumentum in Abdiam prophetam. †††) Psalm 136.

Summa ergo prophetae est†: prophetat adversus Idumaeos vindictam dei futuram, eo quod tempore captivitatis Babylonicae volupe* eis fuerit misere affligi et in captivitatem abduci[1] Iudaeos, quorum tamen, quia fratres erant, debebant misereri.

Deinde[2]: devastatis rursum illis gentibus, quae regnum Iuda devastaverant iudicio dei, transit ad regnum Christi, quod futurum sit per evangelium, in quo florere debeant reliquiae Ephraim,[3] Israhel etc. Atque[4] ita non videbitur dura transitio, et recte omnia conveniunt inter se, quod alioqui in aliis interpretibus durissime cohaeret.**

[5]Haec dicit dominus deus de Edom: Auditum (famam[6]) audivimus.[7]

Usus est metaphoris tractis a rebus bellicis,†† ut perterrefaceret Idumaeos et calamitatem eis futuram exaggeraret. Est autem tracta metaphora a more bellico, quando solent mitti legati magnis de rebus, adversos[8] soliti componere amicos, q. d. Reliqui reges et principes per legatos suos efficiunt res suas, ego per me ipsum expedio, per meum spiritum.

*) Incipit p. XCII. MSCi. **) vide aliorum adnotationes.

1) duci. 2) deest post deinde: devastatis — dei. 3) vel Israhel. 4) deest: Atque — cohaeret. 5) Praemittitur: Caput primum.††† 6) vel famam. (Vocabulum famam vocabulo auditum in libro MSCo. superscriptum est) 7) audivi etc. (Abbreviatam syllabam ‚mus' editor male pro etc. legit.) 8) deest: adversos — spiritum. Legitur: inituri ɔedera contra communem aliquem hostem.

†) Summa prophetiae. ††) Ien.: Terret Idumaeos iguris ad id usus accommodatis. Vuitt.: Comminatio xcidii Idumaeorum. †††) Sequitur in coll. Ienensi ontextus totius prophetiae secundum vulgatam editionem.

Surgite et consurgamus adversus eam in praelium.

Haec verba sunt legati,† quibus ad praelium excitat gentes, quarum opera et ministerio usurus erat contra Idumaeos devastandos.

Ecce parvulum dedi te in gentibus.[1]

Premit fiduciam et elevat vires et fastum Edom, quo solebant contra Iudaeos insolescere.†† Acerbissima enim erant utrimque odia mutua, qualia esse solent fraterna odia et simultates, ἄσπονδος ergo πόλεμος erat Idumaeis contra Iudaeos, non tam hoc nomine quod Esau praerepta esset benedictio a fratre Iacob, quam quod sub iugo Israhelis esse cogerentur, quod a cervicibus non poterant excutere, nempe imbecilliores Israhele. Est ergo hic sententia q. d.: dominus: Tantam copiam et tam potentem gentium exercitum contra te excitabo, ut tu collatus ad eorum vires, vix musca videberis,[2] et te prae se contemnent, pro nihilo aestimabunt, deglutient te, ut nullus sis amplius.

Superbia cordis tui extulit te.

Rationem subiicit, quare ludibrio expositurus sit et in depraedationem Idumaeos adversario exercitui; quia, inquit, tua opinione et tuis viribus tibi egregie places, insolescis,††† non diffidis tuis rebus, sicut et subiicit:

Quia habitas in scissuris petrarum.

Caussam indicat huius insolen-*tiae, nempe

---

*) Incipit p. XCIII. MSCi.

---

1) Additur: etc. (Male iterum codicis abbrevi ultima syllaba ab editore pro etc. ducta est.) 2) dearis, te igitur prae sqq.

---

†) Verba legati. ††) Fratrum irae acerbissima †††) Insolentia Idumaeorum.

munitam regionem, urbes[1] et agros animare eos, ut sic superbiant, nam etiam ex Moyse liquet petrosam esse hanc Idumaeorum terram, ut Deuteron.†: Circumivimus montem Seir.†† longo tempore. Transibitis per terminos fratrum vestrorum filiorum Esau qui habitant in Seir etc. Latini vocant Petraeam Arabiam; quae sortita est nomen a Zela civitate insigni et praeclara Arabiae Petraeae.††† Zela[2] autem hebraeis petram significat. Huius Arabiae bona pars est terra Idumaeorum. Est ergo sententia loci. Tu confidis in tuis viribus,†††† terram tuam esse montosam, ut non pateat aditus exercitui, itaque difficilem fore expugnatu, sed hanc spem eripiam tibi. Alludit autem hebraico more ad Petram civitatem illam insignem, q. d.: urbem habes regiam et arcte munitam, Petram scilicet, in cuius scissuris putas te securum fore, sed fallet te spes, tantum enim abest, ut in scissuris istis petrarum securus sis futurus, ut es abstrusissimis locis, immo in tota tua terra exercitum contra te venturum non poteris[3] latere.

Exaltasti sedem,

id est: habes munitas arces in montibus.

Quis deducet me in terram.

Describit fastum[4] et insolentiam* eorum et

*) sic insolescunt omnes impii contra deum, idque in cordibus suis faciunt.

1) deest: urbes — superbiant. Legitur: urbibus et arcibus, nam sqq. 2) סלע. In collectionibus legitur latine Zela. 3) queas. 4) Male legit editor: factum eorum et insolentiam sqq.

†) Deuteron. 2. ††) Vuitt.: Seir. †††) Ien.: Arabia Petraea, Zela. ††††) In suas vires confidentes convertantur.

confidentiam de viribus, nempe non esse fisos auxilio et protectione domini, sed suis munitionibus et petris. Sed audi, inquit, quantumvis sis munita tuis viribus et munitionibus, tamen spem omnem tibi[1] eripiam, prorsus redigeris in nihilum atque adeo ut:

Si exaltareris sicut aquila, et inter stellas poneres nidum etc.

Usque adeo non potest deus optimus maximus confidentiam[2] nostri, odit fiducias, carnis, superbiam et insolentiam impiorum cordium, ut passim est cernere in omni scriptura, quod nos a brachio carnis, a confidentia nostri avocat, ut in se speremus, tum fore nos securos etc.*

Si fures venissent tibi etc.[3]

Summa[4] loci est: Potius optare deberes, ut fures et latrones impetum facerent in tuam terram, et ex ea praedam agerent (nam remaneret tibi aliquid, non depraedarentur omnia) quam ut ego

*) vide ps. 43.

1) Eripiam tibi. 2) deest: confidentiam — etc. Legitur: superbiam et praesumptionem ferre, ut nulla tanta potentia sit, quin eam evertat, si homines inde insolescant. Docent autem hi loci nos de timore dei, contra securitatem et praesumptionem impiorum cordium etc. 3) deest: etc. 4) deest: Summa — est in 4. Legitur: Malo haec affirmative legi: cum venient contra te noctu fures et depopulatores. Satis enim firmabuntur etc. Appellat autem Chaldaeos† fures, quod Edom noctu oppresserint tanquam fur nocturnus: et si coram deo vere fures fuerint, cum nihilo essent meliores Edomitis. Plerunque enim accidit, ut fur furem, raptor raptorem, latro latronem adfligat et puniat. Porro verbum דמה,†† quo hic utitur propheta et latinus vertit, conticuisses, id varie interpretes reddiderunt. Est in 4. sqq.†††

†) Chaldaei fures. Fur furem, latro latronem.
††) Damah. †††) Hosea 4.

contra te veniam, qui usque adeo omnia perquiram, et obstrusissima quaeque pervestigabo in omnibus cavernis montium, ut nihil tibi remaneat, ut omnia pereant, et vos omnes quoque una pereatis.*

Quomodo conticuisses.

Varius est usus huius verbi in scriptura. Varie quoque interpretes reddiderunt. Est in 4. cap. Ozeae**: Tacere feci matrem tuam. Et in psalmo 48.† ubi nos legimus: Homo cum esset in honore non intellexit, comparatus est iumentis. Item psalmo 4††: In cubilibus vestris compungite. Significat autem proprie aliquid in silentium et in nihilum redigere, ita demoliri aliquod regnum aut populum aliquem, ut vix vestigia adpareant, ut conticescant neque audeant mutire etc. Sicut germani dicunt de aliquo qui suo malo doctus est: Er ist so[1] feyn stil worden.

Eadem per omnia hic est sententia, q. d.; Ey ich wil dich feyn kleyn[2] machen, du solt recht stil werden. Talis enim est futura ista tua calamitas veniente me cum exercitu meo contra te, ut insultus furum et latronum quantumvis magni ad hanc collati, prorsus non iudicandi sint insultus aut depraedatio, optandum[3] esset tibi, ut opprimereris et in silentium redigereris oppressus a furibus, sed non sunt ista conferenda cum excisione quando ego veniam etc. nam ego non relinquam tibi ullum racenum, omnia abscondita proferam. Haec[4] sive pecunia fuerint sive homines quos te servaturum sperabas. Adeo me vastante nihil evadet.

*) Ex hebraeo: nonne reliquos fecissent tibi racemos. **) Incipit p. XCIV. MSCi.

1) deest: so feyn. 2) kleynlaut. 3) deest: optandum - etc. 4) Legitur: proferam, sive pecuniam, sive homines, quos tu te sqq.

†) Psalm. 48. ††) Psalm. 4.

Usque ad terminum emiserunt te.

Eadem est phrasis, quae est in Esa. cap. V†: Agrum agro copulatis usque ad terminum loci. Est ergo sententia: Expellent te et emittent usque ad terminos sive fines terrae tuae, prorsus te eiicient ex tua terra, ut non sis habiturus fines.

Omnes viri foederis tui illuserunt tibi.[1]

Tollit omnem eorum confidentiam, usque adeo nihil fore in quo possint fidere ingruente vastatione, ut non solum munitissimae civitates et arces non sint profuturae, sed et vicinos[2] populos confoederatos cum eis, fassuros esse et non staturos foedere.

Non est prudentia.*

Hoc est, quod[3] nos germanice dicimus: Du nar, du merckst nicht, non animadvertis, frustra te sperare in brachium†† carnis,** nam futurum est tibi baculus harundineus, quo si te fulcire volueris, corrues, nulla prudentia, nullum consilium, nullae vires tibi proderunt, infatuabo etiam tuos sapientes, ut mutato consilio tibi repugnent quos a te staturos confidis. Hoc est quod Ezech. 23. ait: Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua, et congregabo eos adversum te in circuitu etc.[4]

***Et Hierem. 30: omnes amatores tui obliti sunt tui etc.[5] Idem per omnia accidit Constanti-

*) non est prudentia. **) Hic videmus, cur dicat psalmista: nolite confidere in principibus, in filio hominis, in quo nobis est salus. ***) Incipit p. XCV. MSCi.

1) deest: tibi. 2) Legitur: vicini populi confoedera cum eis non sint staturi foedere. 3) deest: quod — nic 4) deest: etc. 5) deest: etc.

†) Esaia 5. ††) Brachium carnis.

nopolitanis,† dum Turcam[1] sibi in societatem adiunxerunt, paulo post Turcae tributarii facti sunt. Sic saepe nostris quoque temporibus cum imperatore et papa evenit, ut dum imperator papam confideret a se stare, icto scilicet foedere: cum ad rem ventum est,[2] papa mutato consilio adversatus est Caesari etc. Idem et Iudaei experti sunt, dum Rhomanorum amicitiam ambirent, putantes, se victores evasuros contra omnes gentes, quos auxiliarios cupierant, statim dominos sunt experti. *Et hoc loco quod elegantissime dicunt latini homines quaerendos esse amicos†† pares, et cavendum esse a potentioribus.

Perdam sapientes de Idumaea.

Non solum externum praesidium, arma, vim munitiones minatur se ablaturum, ne possint esse tuti, sed et sapientes et[3] prudentes homines,** sicut et Esau fuit, sed hos omnes dicit se infatuaturum et perditurum. Huc spectant passim mihi scripturae loci de confusione sapientiae humanae et consiliorum carnis. Psalm 106:††† Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius, et omnis sapientia eorum devorata est. Et Psalmo 32:†††† Dominus dissipat consilia gentium. Adeo non potest caro in tempore tentationis consilio et sapientia sua sibi mederi.***

---

*) Uuer den teuffel eyn mahl zu gffattern bit, der wirth seyn nicht leichtlich loß. **) sapientia carnis. ***) Esaia 46.

---

1) dum socium sibi adiungunt Turcam, tum crudelem dominum experti sunt. 2) esset. 3) deest: prudentes homines. Legitur: sed et sapientes qui consilio adsint motibus istis. Habuit enim haec terra sapientes et prudentes nomines, sicut sqq.

---

†) Constantinopolitani. ††) Amici pares. †††) Ps. 106. ††††) Psalm 32.

Et timebunt fortes tui Theman.

Rectius: pavidi erunt fortes tui, flüchtig und schüttern[1] werden. Significat enim proprie pavorem illum, qui solet invadere exercitum aliquem in bello concidendum, quando scilicet non vident, qua evadant. Et quod in nostra translatione adpellativo nomine redditum est, proprio nomine legi debet.* In Theman.† Sic enim terram istam vocat, cui a suo nomine (ut solent principes et reges nonnunquam) indiderat nomen Theman nepos Esau, de quo est in Genesi.

Ut intereat vir de monte Esau.

In hebraeo: prae mactatione etc. Ita curabo,[2] ut eradicetur vir de monte Esau, non remaneat aliquis superstes. Caeterum in hebraeo longe significantius est, quam ut possit commode in aliam linguam transfundi, q. d.[3]: Es wirth hie eyn hauff liegen und dorth eyn hauff, occidentur passim in urbibus si qui volent resistere, et sic miseria ista clade conterrentur[4] tui sapientes ut prorsus obbrutescant etc.[5]

**In die cum stares.

Haec est caussa, cur ita irascitur eis. Atque hinc clare patet, id quod de tempore prophetae†† dixi initio huius capitis, quod prophetarit circa tempus captivitatis Babylonicae.

Exercitum,

Rectius facultatem. Atque hic locus me movet,

*) Vide Hierem. 49. **) Incipit pag. XCVI. MSCi.

1) schuchtern. 2) Male legit editor: iurabo. 3) deest germanica argumentatio. 4) conterrebuntur. 5) deest etc

†) Theman. ††) Abdias circa tempus captivitati Babylonicae.

cur putarim hunc prophetam floruisse tempore captivitatis Babylonicae, quia Hierusalem nunquam est capta ante captivitatem illam Chaldaeorum.

Et non despicies.

In Hebraeo: Ideo non videbis; nec tamen simpliciter videre* significat verbum illud hebraeum,[1] sed id quod germanice dicimus: Du wirſt nicht mehr deyn luſt ſehen, non titillabis tete[2] amplius adversis rebus fratris tui.

Magnificabis os tuum.

Non amplius insultabis ei in tempore adflictionis, siquidem et in te calamitatum grando incidet.

In[3] die perditionis.

**Duo tantum sunt hic vocabula in hebraeo, sed interpres latinus intempestina copia delectatus, iam perditionem, iam angustiam, iam ruinam etc. vertit.

Et non stabis in exitibus.

Vocabulum hebraeum[4] utrumque significat: et ereptionem et vastationem, ut est cernere in Psalmo 49:† ne quando rapiat et non sit qui eripiat. Ita et hic utrumque intelligi potest. Est autem sententia: Tu Edom non contentus eras ut

*) Sic est in psalmo 36. cum perierint peccatores videbis. Et Psalmo 90: Retributionem peccatorum videbis. **) Hic locus in libro MSCo. in margine quidem scriptus sed ita adiunctus est, ut nos eum in contextum infigere debeamus.

1) Additur: ראה. In coll. Ienens.: Raah. Vuittenb. Raa.†† 2) te. 3) deest locus ab: in — vertit. 4) Additur: פרק. In coll. Ienens.: Perek,††† Vuittenb.: Parak.

†) Psalm 49. ††) Raah. †††) Perek.

depraedarere fratrem tuum, ut diriperes ei suas facultates, quando me instigante mittebaris cum reliquis gentibus contra eum sed et retinuisti et moratus es oos, qui volebant sibi fuga consulere, atque ita retentos placuit occidi.

Non[1] concludes.

Hoc est, eos qui non poterant fugere pressisti et ursisti ne non omnes occiderentur.

Quoniam sicut tu bibisti super montem sanctum meum.

Minatur omnibus gentibus vastationem,† q. d.: concoquam te et alias gentes omnes, vastabimini una, sicut populum meum vastastis,[2] deglutivistis et bibistis mea bona in sanctuario meo, sed faxo, ut alii populi tua vicissim omnia consumant et deglubant. Sic miro[3] iudicio deus optimus maximus semper novis peccatis quorundam, quos exitat, punit vetera peccata alicuius regni, sicut hic videmus.†† Peccarunt gentes quae populum[4] dei misere afflixerant. Hic minatur dominus huius peccati vindictam, futurum, ut aliae gentes contra depraedatores istos sint venturae, atque ita puniatur peccatum illud vetus novo quodam. Sic Tarthari et Gothi novis peccatis venerunt contra vetera peccata Rhomanorum, qui Iudaeos miris modis presserant. Hodie potens est Turca, sed si non statim interiturus est mundus, veniet[5] fortior aliquis, qui iudicio dei excitatus, Turcam subiiciet etc.

---

1) deest totus locus: Non — occiderentur. 2) de vastastis. 3) meo. 4) misere populum dei. 5) invenie fortiorem aliquem, qui sqq.

---

†) Comminatur gentibus vastationem. ††) Deu peccata peccatis punit.

†Hactenus est prima pars huius prophetiae de comminatione exci*dii Idumaeorum per alias gentes, quas[1] ego Rhomanos intelligo.

Et in monte Sion erit salvatio.

Haec posterior[2] pars†† est huius prophetiae, in qua abductis in captivitatem Iudaeis, et vastatis rursum Idumaeis, qui Iudaeis insultaverant, promittit aliud regnum, quod non potest aliud intelligi, nisi regnum spirituale Christi per evangelium propalatum in omnes gentes. Divisus erat populus Iudaicus in duo regna, in regnum Israhel, quod nunquam erat rursum reparabile semel devastatum, et in regnum Iuda, quod mutatum est in regnum Christi. Id quod summopere necessarium est intelligi ab iis, qui prophetas legunt, in quorum libris crebra fit horum duorum regnorum mentio.** Itaque scire refert loqui hic prophetam de spirituali regno Christi; id quod ipsa litera nos coget credere, nam cum inquit:

Possidebit domus Iacob eos, qui se[3] possederant, indicat domum Iacob recuperaturum sibi regnum et[4] dilataturum, ac sibi subiecturum eos, quorum dominium antea est perpessa. Id quod significat verbum illud in Hebraeo,[5] quod noster interpres reddidit per[6] verbum possidere, sed non reddidit vim hebraeae vocis; significat enim proprie id

*) Incipit pag. XCVII. MSCi **) Duplex regnum Iudaeorum.

---

1) deest: quas — intelligo. 2) altera. 3) te. 4) ac. 5) ירש. In coll. Ien.: Iarasch,††† Vuitt.: Iaras. 6) deest: per verbum.

†) Epilogus prioris partis prophetiae. ††) Ien.: Altera pars, promissio regni Christi. Vuitt.: Altera pars de regno Christi. †††) Iarasch.

quod germani dicunt einnemen.[1] Hoc tam magnificum verbum non potest convenire aut regno Iudae† externo aut Israhelis, quandoquidem Israheliticum regnum nunquam erat restituendum, id quod aperte liquet ex historiis sacris. Itaque pugnantia illa urget nos ut de spirituali regno Christi intelligamus, nempe futuros esse ex populo Israhelitico apostolos et discipulos alios Christi, qui nova praedicatione evangelii totum orbem essent[2] sibi subiecturi, sicque instituturi novum regnum et aeternum. Atque hoc est quod dicit:

In monte Syon fore evasionem, vel salvationem novam,

hoc est: ex Syon exituram talem praedicationem, quae credita liberaret a morte, peccato et inferis. Hancque primum ex Syon venturam esse, sicut et Esaias ait cap. 2:†† De Syon exibit lex, et verbum domini de Hierusalem. Et Iohelis††† 2:* In Hierusalem erit salvatio.[3]

Et erit sanctus,††††

id est non poterit amplius pollui a gentibus ut antea factum est.[4]

---

*) Vide Iohel. c. 2.

---

1) deest: einnemen — pugnantia. Legitur: occupare. Quia autem coniungit regnum Iuda cum regno Ioseph seu Israel, quod tamen nunquam restitutum est, et dicit, utrunque recuperaturum pristinas vires, cogit nos pugnantia illa ut de spirituali sqq. 2) sunt. 3) Additur: Et Psalmo 110.††††† Ex Sion emittet dominus sceptrum tuum etc. 4) Additur: quia per evangelion remissio peccatorum affertur. Haec cum adest, nulla peccata et damnatio nulla nocere potest. Praeterea spiritum sanctum habent qui quotidie in sanctis mortificat carnem et sancta opera exuscitat.

---

†) Regnum Iuda cum regno Israhel coniunctum significat regnum Christi. ††) Esaia. 2. †††) Ioel. 2. ††††) Sancti †††††) Psalm 110.

Et erit domus Iacob ignis etc.

In ista universali omnium gentium subiectione, dicit etiam Idumaeos esse huic regno subiiciendos. Absurda omnia sunt et pugnant cum historia, si corporalem† subiectionem intelligamus, nam quid minus convenit quam domum Iacob fore ignem, et domum Ioseph flammam,[1] et domum Esau hoc est Idumaeos fore stipulam, quae sit a flamma devoranda. Ad[2] haec domus Ioseph post captivitatem Babylonicam nunquam rediit, neque domus Iuda unquam possedit Idumaeos, postremo hoc omnium est absurdius[3] quod cum antea prophetarit Idumaeos omnes perituros et in nihilum redigendos, hic tandem dicat etiam[4] igni devorandos. Itaque omnino cogunt nos ista, ut de divulgato per apostolos et per alios discipulos ex Israhel evangelio in omnes gentes intelligamus, qua praedicatione devorarunt, id[5] est, incorporaverunt[6] regno Christi spiritualiter, ne possent amplius de manu Christi rapi, ut ait Christus in evangelio. Vere enim semel adprehenso evangelio, non facile Sathan praevalet. Id quod factum est, ut indicant annales, nam Arabia illa petraea, in qua fuerunt Idumaei, insignis locus fuit sanctorum hominum evangelio revelato, fuit[7] illic sanctus Antonius et complures alii sancti patres.

Non erunt reliquiae.

Adeo subiugabit sibi domum Esau, ut ne[8] reliquiae quidem remansurae sint,[9] nihil erit quod

---

1) Additur: quae ipsa iam quasi in cinerem redacta erat, et domum Esau, hoc est Idumaeae fore stipulam a flamma devorandam? 2) Nam domus sqq. 3) absurdissimum. 4) igni etiam. 5) deest: id est. Legitur: et. 6) Additur: eas. 7) deest: fuit — patres. Legitur: id quod Esaias quoque promittit. 8) non. 9) Additur: hoc est, nihil sqq.

---

†) Spiritualiter haec accipienda.

contra hoc regnum Christi possit praevalere. Nam per evangelium Christiani fiunt domini omnium creaturarum.† Haec de vi et efficacia praedicati evangelii in[1] gentes.

Et possidebunt hi qui ad austrum sunt[2] etc.

Mira est hic contradictio si literam et externum quoddam regnum intelligas.†† Primum dicit: possidebunt, deinde possidebuntur.[3] Regnum Israhel in duodecim tribus erat divisum et diligenter lege Moysi cautum erat, ne tribus inter se miscerentur, id quod est cernere in Moyse. Quandoquidem[4] ergo aperte hic dicat[5] Australes, hoc est: qui sunt ad Austrum, possessuros esse montem Esau etc.[6] Omnino aliter intelligendum[7] est quam ut habet litera. Est ergo sententia: Christiani, apostoli et alii discipuli qui futuri sunt ad austrum in monte Syon scilicet, in quo primum praedicatur evangelium, ii, inquam, sua praedicatione fructum facient in Idumaeis.

Et campestria.

(Rectius: humilia[8] valles inter montes amoeni,[9] die gründe) possidebunt Philistaeos, id quod nunquam corporaliter factum est post captivitatem Babylonicam, nam etiam totum regnum non potuit superare et subiicere sibi Philistaeos. Igitur de

---

1) inter. 2) deest: sunt etc. 3) Additur: Item. campestria possidebunt Philistiim. Praeterea quod maximum est, regnum sqq. 4) Cum igitur aperte sqq. 5) dicit. 6) deest: etc. Legitur: Item Beniamin possessurum Gilead, contra quem mandato divino a Mose et Iosua te divisa erat etc. Omnino sqq. 7) intelligenda sunt, qu: nuda habet sqq. 8) seu valles. 9) amoena.

---

†) Christiani domini omnium creaturarum. ††) C·tradictio secundum literam etc.

spirituali illa subiectione per evangelium intelligen-
*dum est.†

Ephraim.

Etiam hoc contra legem est. Igitur per apostolos id factum est, quando iverunt in Samariam nuntiaturi evangelium. Similiter[1] etiam id quod sequitur.

Beniamin possidebit Gilead.

Beniamin citra Iordanem est. Gilead vero ultra Iordanem in tribu Gad. Igitur necessitas cogit nos, ut omnia ad praedicationem evangelii referamus.††

Et transmigratio exercitus etc[2]

Hoc vero longe prioribus et absurdius, nempe, eos pressuros esse totam terram Chananaeorum, qui tamen in captivitatem sunt abducti, neque unquam reducti, quo, si literam tantum spectes, quid dici potest absurdius? Idem est, quod sequitur de transmigratione Hierusalem, hoc est, captivos ex Israhel possessuros esse civitates Austri, hoc est, eas civitates quae circa Hierusalem et in Edom sitae sunt.

Usque ad Sarepta.

Eadem est haec vox[3] cum illa, quae est in

*) Incipit p. XCVIII. MSCi.

1) deest: Similiter — Gilead vero. Legitur: Diligenter igitur notabis hunc textum, tanquam clarum testimonium et certum, quod lex, Christo veniente, per evangelion erat abroganda. Nam Beniamin citra Iordanem est, Gilead vero sqq. 2) deest: etc. 3) Additur: צרפת. In collectionibus legitur latine Zarpath.†††

†) Haec omnia spiritualiter debent intelligi. ††) Lex per Evangelium abrogata. †††) Zarpath.

3. Reg.† 17: de civitate iuxta Sidonem, in qua fuit vidua, quae pavit Heliam.

Quod vero Liranus†† nescio quas nugas hic profert et vult intelligi Franciam,[1] mihi omnino non videtur convenire, violenta est et detorta glossa, quae ne speciem quidem veri habet. Vide[2] quae notavit Lira.*

Similiter errant etiam in nostra translatione interpretes in vocabulo:

Bosphoro.

Hieronymus††† producit testimonium sui Iudaei, a quo linguam hebraeam didicit, quod in Bosphorum Thraciae transtulerit Constantinus imperator Iudaeos, atque in eo loco expectent rursum se[3] instituturos regnum; et nescio quae alia commenta, sed falsus est bonus vir Iudaico figmento. Nos omnino videmus loqui prophetam de illis locis, quae sunt in terra Chanaan, ubi regnum Christi primum per evangelium coepit. Caeterum in hebraeo est Bisphorod,** id est: ad Phorod,[4] quae vos nusquam alibi habetur in bibliis. Ideo Iudaei etiam comminiscuntur quidvis, nempe esse Hispaniam, sed id omnino non convenit, neque puto aliquem Iudaeorum scire quid sit. Et noster interpres falsus[5] allusione nominis, pro בִּסְפָרָד[6] interpretati sunt bosphoro, id quod ridiculum est.

*) Vide adnotationes Lirae. **) בִּסְפָרָד[7].

1) Additur: secutus Rabinos. 2) deest: Vide — Lira. 3) deest: se. 4) ספרד. In collect. Ienensi: Spharad††††; Vuitt.: Sepharad. 5) falsi. 6) בספרד. In coll. Ienensi: Bispharad†††††; Vuitt.: Sepharad. 7) בספרד. In coll. Ienensi legitur: Besipharad†††††† in Vuit Sepharad.

†) 3. Regum 17. ††) Ien.: Lirani somnia. Vuit Liranus. †††) Ien. et Vuitt.: Hieronymus. ††††) Siph rad. †††††) Bispharad. ††††††) Besipharad.

Intelligendum est[1] ergo ignobile aliquod opidum in terra Chanaan, quod iniuria temporum obscuratum est, ut hodie non possimus scire, quid sit hoc loco; nam Iudaica commenta frivola sunt et anilibus fabulis similia.

Et ascendent salvatores.

[2]Salvatores duces vocat, ut est in libro Iudicum, ubi multos misit eis* salvatores,† hoc est duces, qui ducerent eos et praeessent eis, praeirent, si quando dimicandum esset cum inimicis. Ita hic apostoli†† et alii discipuli salvatores vocantur, nempe qui nuntiando evangelium, laetum illud nuntium, liberaverunt eos ab omnibus hostibus, ab omnibus insultibus Sathanae et portarum infernarum, et qui iudicaverunt eos in fide, dominati sunt eis in iustitia et iudicio, sicque praepararunt domino regnum aeternum.[3]

Christo[4] LAVS.

M.D.XXV.

1. die Februarii.

Vuittembergae.

*) Incipit p. C. MSCi.

1) deest: est — similia. Legitur: ergo est vel civitas, vel regio aliqua Assyriae, ubi populus captivus est habitus. 2) Praemittitur: מושעים. In coll. Ien.: Moschiim.††† Vuitt.: Moseim. 3) Additur: Est autem insignis locus, quo nobis ministerium verbi et ministri verbi commendantur.†††† A quibus cum tanta beneficia accipiamus, decet sane nos non esse tam ingratos: alioqui dabimus poenas ingratitudinis. 4) Desunt quae sequuntur. Subscribitur: FINIS.

†) Vuitt.: Salvatores. ††) Apostoli salvatores. †††) Moschiim. ††††) Commendatio verbi et ministrorum.

Novi Ruppini typis E. Buchbinderi.